



~~RAD~~  
4912

~~611-8~~  
13

*[Large cursive scribble]*

*[Large cursive scribble]*

811  
A N D R E A E  
V E S A L I I B R V X E L -

lensis, de Humani cor-  
poris fabrica,

\*

Ad Carolum Quintum  
Imperatorem.

✠

T O M V S I I .

*Quinq; reliquos libros complectens, quorum  
materiam sequens pagina docet.*



L V G D V N I  
A P V D I O A N . T O R N A E S I V M .

M . D . L I I .

*in "Rodriguez M"*

CONTENTA IN HOC  
TOMO.

- LIB. III. De Venis & arterijs.  
LIB. IIII. De Neruis & reliquis propa-  
ginibus.  
LIB. V. De Organorum nutritione, ac  
simulantium constructione, & instru-  
mentis generatioui.  
LIB. VI. De Corde & particulis ipsi  
subministrantibus.  
LIB. VII. De Cerebro & organorum  
sensus hermonia.



ANDREAE VESALII BRUXELLEN-

sis, de Humani corporis fabrica,

LIBER III.

Quid vena, & quæ ipsius substantia & usus.

CAP. I.




SSIVM musculorumq; historia superioribus libris enarrata, proximum videtur, venarum arteriarumq; per uniuersum corpus distributionem aggredi: si quidem Galenus in primo de Administrandis sectionibus libro, hunc in Anatome discenda ordinem obseruandum recte preceperit. Nam alius fortasse earum partium, quæ peritoneo & costas succingente membrana & caluaria continentur, descriptionem, non venarum modo ac arteriarum, verum & nervorum quoq; descriptionem oportere necessario precedere, haud inepte arbitrabitur, quod absq; earum partium notitia, omnis de venis, arterijs & neruis sermo tam difficilis futurus sit, ut ego nequaquam improbauerim hunc librum, & quartum qui

neruis

CONTENTA IN HOC  
TOMO.

- LIB. III. De Venis & arteriis.  
LIB. IIII. De Neruis & reliquis propa-  
ginibus.  
LIB. V. De Organorum nutritione, ac  
simulantium constructione, & instru-  
mentis generatioui.  
LIB. VI. De Corde & particulis ipsi  
subministrantibus.  
LIB. VII. De Cerebro & organorum  
sensus hermonia.

de  
Et  
di  
li  
co  
ti  
ar  
pt  
in  
no  
m  
in

  
**ANDREAE VE-**  
**SALII BRUXELLEN-**  
*sis, de Humani corporis fabrica,*  
**LIBER III.**

Quid vena, & quæ ipsius substantia &  
 ulus. CAP. I.



**S** S I V M musculorumq;  
 historia superioribus libris  
 enarrata, proximum vide-  
 tur, venarū arteriarumq;  
 per vniuersum corpus di-  
 stributionē aggredi: si qui-  
 dem Galenus in primo de Administrandis se-  
 ctionibus libro, hunc in Anatome discenda or-  
 dinem obseruandum recte præceperit. Nam a-  
 lius fortasse earum partium, quæ peritoneo &  
 costas succingente membrana & caluaria cō-  
 tinentur, descriptionem, non venarum modo ac  
 arteriarum, verum & nervorum quoq; descri-  
 ptionem oportere necessario præcedere, haud  
 inepte arbitrabitur, quod absq; earum partium  
 notitia, omnis de venis, arterijs & nervis ser-  
 mo tam difficilis futurus sit, vt ego nequaquā  
 improbauerim hunc librum, & quartum qui

neruis dedicabitur, quinto libro, sexto ac septimo subijci, eosq; presentem anteire. atq; id maxime, cum quis sectionum prorsus rudis in istos libros primum inciderit, & non in nostra Epitome vel obiter sese exercuerit. Ne tamen longius in presentia à Galeni & ceterorum qui ipsum precessere dissectionis professorum placito declinem, hunc librū venis arterijsq; consecrabo, à venis, quod plures sint, atque arterijs magna ex parte insternantur, sumpto sermonis exordio, liberaq; sententia lectori in nostris libris transponendis relicta. Vena igitur pars est instrumentaria, teres, fistulaeq; instar cauita, & vniuerso corpori sanguinem partes emittiturum vnā cum naturali spiritu insigniter (si quis modo sit) caliginoso deferens. Hæc unica peculiari propria ve constat tunica, quæ colore, crassitie & forma, membranis respondet, sed aliās ab illarum natura plurimum differat. Membrana nanque simplex ac similare corpus censetur, & omni ex parte quomodocumque discerpatur, perpetuò membrane nomen retinet. Vena autem tunica, corpus est instrumentarium, ex similaribus partibus, fibris videlicet, conformatum. Quemadmodum enim membranei musculorum tendines, ferè vnico fibrarum genere intexuntur, atque hac occasione non in similarium, sed instrumenta-

Quidvena.

riarum



varum partium classem reponuntur, ita vena  
tunica triplici fibrarum genere constituitur.  
Huiusmodi fibræ Grecis *ivev* nuncupantur, &  
substantia quidē, formā, & colore musculorum  
fibris respondent, actione autem plurimum ab  
illis variant. Hæ enim carnea musculorum  
substantia obsita, arbitrario: ille verò nulla  
carne implicite, naturali motui præficiuntur.  
quippe vt motus è nostro arbitrati pendentes,  
fibrarum in musculis auxilio perficimus, sic  
naturales motus vniuerso corpori subseruien-  
tes, fibris quibusdam obeuntur, quæ organis to-  
ti corpori famulantibus intertextæ sunt. Quæ-  
quam naturales motus non omnes, sed mate-  
riæ duntaxat alicuius attractio, retentio &  
expulsio, huiusmodi fibris adimpleatur. Voco  
autem in præsentiarum vim attractricem, re-  
tentricem & expultricem, non quæ singulis  
partibus ad sui nutritionem à Natura est in-  
genita, sed quæ quedam corporis partes com-  
mune vniuerso corpori munus præstant. Et-  
enim prorsus alia censetur attractio cibi per  
stomachum in ventriculum, & sanguinis è  
cava vena in dextrum cordis sinum, & aëris  
ex arteria venali in sinistrum cordis sinum, &  
seminis in uterum, & sanguinis in venas, &  
spiritus in arterias, quam attractio, cuius bene-  
ficio partes illæ nutrimentū sibi familiare, &

quo priuatim aluntur, ad sese pelliciunt. Rursum  
longè alia excretrix facultas est, qua ventricu-  
lus cibum à se confectum in intestina propellit,  
& qua rursus intestina superiora eundè in in-  
feriora protrudunt, & qua cor sanguinè in pul-  
mones ac vitale spiritum simul cum sanguine  
impetu per corpus ruente in magnâ arteriam  
mittit, & qua sanguinem vna vena pars in  
subsequentem continuò derinat, & qua uterus  
fœtum & vesica urinâ excernit: quàm ea sit,  
qua nunc dictæ partes proprij nutrimenti recre-  
menta à se abigunt. Ad hæc, prorsus alia puta-  
tur cibi potusq; in ventriculo, & fœtus in ute-  
ro, & vrina in vesica, & sanguinis in venis,  
& spiritus in corde retentio, quàm ea sit cuius  
beneficio cor, ventriculus, vesica, uterusq; fami-  
liare nutrimentũ sibi seruât, & retinèt. Motus  
igitur omnibus partibus proprij, atq; alijs non  
subministrâtes insita partibus duntaxat vi, ci-  
tra fibrarũ opem omnino fiunt. Sed partes quas  
aut attractionè, aut retentionè, aut expulsionè  
partibus alijs, vel toti etiã corpori administrâ-  
tem & commodam subire necessum est, ad eam  
functionem fibras quasdam sibi vendicant,  
quarum auxilio illam complent. Et quemad-  
modum tres specie sunt motus, ita quoq; triplex  
fibrarum genus à Natura constructum est, re-  
ctum videlicet, obliquum & transversum. Ac  
recta

recte quidem fibre attractioni conducunt, obliquae autem retentioni, transuersae expulsionioni. Recte enim sunt, quae secundum organi longitudinem expanduntur. Obliquae autem, quae secundum obliquum organo obducuntur. Atque haec circulares sunt: sed quum in duplici sint diffinitione, inuicem contrariantur, ac se mutuo X littera, aut potius duorum inuicem implexorum circularum modo decussatim interfecant, ita commode quicquid organi cauitate comprehenditur, retinentes. Transuersae secundum corporis latitudinem exacte transuersim locantur, corpusque orbiculatim, quemadmodum obliquae, ambiunt. quanquam interim transuersae, circulares orbicularesque; priuatim nuncupentur. Disceat porro quibus fibrarum naturam (si modo molestius duxerit hominem hoc solo nomine aggredi) quoties ventriculus, aut intestina alicuius animalis mensae apponentur, si unguibus ventriculi & intestinorum fibras inuicem dinellere, eaque corpora nihil praeter certas quasdam fibras inter se ordine, & prout parti ex usu erat, intertextas esse, expendere haud grauebitur. Idem spectabit, dum bovis vesicam, aut asinum ingluuiem instari intuebitur: quandoquidem triplex illud fibrarum genus in disienta vesica manifesto sese spectandum offeret. Contra si membranam aliquam, ut quae

costus succingit, aut peritonæum, in manus quis  
 assumpserit, leui negotio discet hanc simplex si-  
 milareq; corpus esse omni ex parte sibi par, nul-  
 lisq; eiusmodi fibræ conformatum. Quum itaq;  
 vena (vt oratio vnde discesserat reflectatur)  
 organum sit, vniuerso corpori in sanguinis ad-  
 ministracione vtiliter subsersuens, Natura cor-  
 pus ipsius membranæ ac fistule instar cauum  
 constituit, ac certis quibusdã fibræ, non autem  
 vt fors ferebat intertextuit, q̄s nempe quas san-  
 guinis administracioni vtilis fore cognouit.  
 Quamobrem quum sciret venã necessariò san-  
 guinis administracioni vtilis fore cõmunica-  
 uit fibras, quibus vena sanguinem in ipsius al-  
 liceret cauitatẽ. Deinde quia sanguinis ad sub-  
 sequentem venæ partem tanquam per riuum  
 propulsione opus erat, trãsuersis quoq; fibræ eã  
 donauit. Ne verò statim vniuersus sanguis in  
 proximam venæ partem citra moram ex alia  
 assumeretur propelleretur 've, obliquas etiã fi-  
 bras venæ corpori implicuit. Ex tribus itaq; fi-  
 brarũ generibus venæ corpus instar albæ mem-  
 brane, q; seu neruæ tunice constatũ est, disten-  
 di & rursus (vt contentæ materiei appositè  
 congruat) in sè collabi aptum. Preter hanc pe-  
 culiarem tunicam, vena aliam subinde affei-  
 scit, plerisq; etiam corporis partibus communẽ.  
 Quandocunq; enim venæ longo tramite aliquò  
 ducunt

dicuntur, aut osi, aut duriori cuiuspiam corpori  
 incumbunt, aut alicubi suspenduntur, tum mem-  
 brana illis veluti alia peculiaris tunica obten-  
 ditur. Huiusmodi tunica vena per vniuersum  
 corpus induitur, quoties extra viscus aliquod,  
 aut muscoli corpus eminent, nec visceri aut  
 musculo intexuntur. Tunc enim semper ex con-  
 terminis membranis alia quedam tenuis tunica  
 ipsis obuoluitur, cum tutioris ductus, tum ad  
 vicinas partes firmioris nexus gratia. Cete-  
 rum vena corporibus quibusdam inserte, ac in il-  
 lis propagatae, huiusmodi tunica nequaquam in-  
 digent, quod abunde in illis corporibus firmen-  
 tur, quodque ea vnica impedimento esset, quo mi-  
 nus prompte sanguis ex venis sudaret, aut ut  
 sanguis in venis collectus, substantiae alicuius vi-  
 sceris vim tardius experiretur. Et hac potissi-  
 mum ratione in nulla corporis parte, vena neque  
 tenuiorem adipiscuntur suam peculiarem tunicam,  
 neque in plures diffunduntur soboles, quam in ie-  
 coris substantia, que succum in venis contentum  
 in sanguinem mutatura, suisque recrementis libe-  
 ratura erat. Omnes venas ratione primaria ut  
 sanguinem singulis corporis partibus deserant,  
 rerum Opifex procreauit: quanquam quibusdam  
 earum ramis, ut portae venae propaginibus, ad  
 cibi in ventriculo elaborati ad iecoris portas  
 attractione, ceterum alijs ad excrementorum (ut quae

Lib. 4. de  
usu part.

in renes seorsum sanguinè deferunt) repurgationem abutatur, quas omnes suo loco commemorabimus. Num verò ipsè (ne sanguis frustra nullam à vene corpore elaborationè sentiens, per venas deflueret) quandam sanguificationis vim venis indiderit, non adeò promptè assertum velim, etiamsi id omnibus confessum sit dissectionis proceribus. & si fortassis hæc virtus venis tribuitur, ea non rubicundum parabit sanguinem, sed vene corporis modo album. siquidem in omni naturali corporis nostri partium concoctione, concoctum necessariò sibi concoquentis colorem asciscit. Verùm iam tempestiuum erit, ex quibus nam partibus arteria fabricetur, persequi.

Quid sit alteria, quæq; ipsius substantia  
& usus. CAP. II.

Quid arteria.

**A**rteria vas est similiter vt vena membraneum, teres ac fistula modo cauum, quo vitalis spiritus, & tenuis flammis calidusq; sanguis per vniuersum corpus diffunduntur, quorum beneficio, ac dein arteriæ ipsius motu (qui dilatatione ac contractione fit) naturalis singularum partium calor vitalisq; spiritus refocillantur. Porro Hippocratis adhuc, & Platonis, & Aristotelis tempore, arteria nuncupabatur, quia inspirantes è naribus aut ore  
aërem

aërem in pulmones attrahimus, quaq; rursus  
 expirantes è pulmonibus eundem educimus.  
 Nobis verò vocatas arterias, illi venas appel-  
 labant: atque arterias à venis nonnulli ex  
 etate distinguebant, quum has quidem non  
 pulsantes, illas autem pulsantes dicerent. Ad  
 hunc sanè modum Hippocrati arteria vene  
 nomine donatur, cuius agitatio, quum in in-  
 fantis partu velox & magna & valida re-  
 peritur, validam ac vegeto seruidoq; calore  
 præditam in corde irascibilem vim esse testa-  
 tur. Ceterùm alijs arterie nominabantur, ve-  
 ne flavum & spirituosum, ac per corpus im-  
 petu diffusum & tenuis subtilisq; substantia  
 sanguinem vniuerso corpori deducentes. Ita  
 enim Platoni arterias venas vocare libuit,  
 quando in Timæo attestatur, cor simul & ve-  
 narum fontè esse, & sanguinis qui per omnia  
 membra vehementer circumfunditur. Nam  
 quum vasa pulsantia (inquit Galenus) nondùm,  
 vt nunc, arterie dicerentur, sed tantùm illam sic  
 veteres appellarèt, quæ ex ore in pulmones di-  
 uaricatur, iure Plato vt distingueret, quarùm ve-  
 narum cor esse sanguinem vellet, sanguinis qui  
 per omnia membra impetu defertur, meminit.  
 Aristoteles autem in libris de Animalium par-  
 tibus, & eorundem historia, subinde arteriã  
 venarum nomen elargitur. Nam reliqua præ-  
 teream

Lib. 2. Mor-  
 borum vni-  
 ga.

In libris  
 de Placitis

teream loca, is magnam arteriam caue vene  
 comparans, in tertio historie de Animalibus  
 illam minorem venam crebro appellat. Sed suc-  
 cessu temporis eam que ex ore in pulmones per-  
 tingit, asperam vocare veteres ceperunt: vasa  
 autem pulsantia, naturalemq; calorem recrean-  
 tia, leues nuncupauere. Verum nunc sola que  
 ab ore in pulmones diffunditur, suum nomen  
 seruauit, asperaq; arteria uocatur. Arteria itaq;  
 similiter ac vene membraneo constant corpo-  
 re, comprimi ac in se collabi, & rursus disten-  
 di idoneo: at longe solidiori, duriori, ac ex pluri-  
 bus tunicis conformato. Arteria enim duas pe-  
 culiaries sibi vedicat tunicas, quarum exterior  
 profecto robore ac crassitie venarum peculiari  
 tunica respondet, interior autem plurimum disse-  
 ctionis procerum suffragio, crassitie huius ferè  
 quintupla: ac postmodum totum arterie corpus  
 ad venam collatum sextuplum censetur. Hec  
 tunica quibusdã, quia durior & quauis mem-  
 brana longè crassior sit, *χονδριδύς* seu cartila-  
 ginea appellatur. Vnde etiam Arabes forsitan  
 arteriam neruum pulsatilem vocauerunt. Tu-  
 nica arterie similiter vt vene, fibris cõforman-  
 tur: ac interior quidem transuersis duntaxat  
 intertextitur, exterior verò rectis, & quibusdã  
 mediocriter obliquis, transuersis autem nullis  
 constat. Interior arterie tunica, ceu cutē quan-  
 dam



dam interne intestinorum & vetriculi superficiei modo continet, late continuèq; araneorū tele manifestò persimilem, in grandioribus quidem arterijs conspicuam, ac à nonnullis tertie arterie tunica loco descriptam. Quarta verò alia peculiaris nulla est, sed veluti quibusdam venarum, ita quoq; arterijs alicubi membrana tenuis obhaerescit & circumtèditur contegens, aut stabiliens, aut connectens ipsas proximis partibus, quemadmodum de altera venarum tunica retulimus. Atq; haec omnia instissimè à summo rerum Opifice sunt extracta, qui in hoc arterias (viti in Capitis initio dicebam) formavit, vt ille vitalem spiritum & sanguinem impetu per corpus diffusum, singulis partibus deducerent, ingenitumq; calorem recrearent. Fibras enim arterie corpus, eiusdè quo vena vsus gratia sortitur, ac plurimas quidem transuersas exigit, vt ocys ipsi ex sinistro cordis sinu immissum sanguinem & vitalem spiritum toti corpori dispenset, neq; aliū in transmittendo recipièdoq; rhythmum, quam cor ipsum efficiat. Ad hoc naq; munus magnopere transuersè conducunt, quas expulsionì à Natura perfectas esse dudum asseruimus. Ob sunt autem expulsionì insigniter oblique, vt que materias retineant ac reseruent. Vnde etiā Natura paucissimas obliquas arterijs elargitur

tur. Que quum tenuiorem rarioremq; & velociori impetu ruentem substantiam, quam vene, erant amplexura, ac dum vivit animal perpetuò dilatande constringendaq; merito etiam durioribus & crassioribus pluribusq; tunicis conformantur.

Quis venarum & arteriarum numerus.

CAP. III.

Quot in uniuersum corpus vene, & item Arteria deriuentur, si uniuersæ soboles vasorumq; omnes distributiones enumeranda sint, indicare arduum prorsus est, atq; propemodum impossibile. At si vene arteriaq; propriam exigentes circumscriptionem, ac veluti proprijs terminis finitæ, duntaxat numero quodam sint complectende, in prociuctu est numerus. In nativis enim absolutisq; hominibus omnes vene ut plurimæ quaternario numero comprehenduntur, quæ cæterarum omnium radices cęsentur. Atque vna ex caua iecoris sede prodiens in bilis vesiculam, ventriculum, lienem, intestina, mesenterium & omentum excurrit. Secunda ex gibbis iecoris, aut, ut quibusdam visum est, ex dextro cordis sinu originem sumens, in reliquum corpus solis duntaxat exceptis pulmonibus, innumera ramorum serie dispensatur. Tertia, è dextro etiã cordis sinu nata, frequent.

admo;

Quatuor  
venæ.

admodum propagine in pulmones digeritur.  
 Verum hanc venam hoc sibi peculiariter vendi  
 care audies, quod arteriarum constet corpore,  
 unde etiam arterialis vena nuncupabitur.  
 Quarta ab umbilico in iecur, ut sic dicam,  
 producitur, ac ad fœtus nutritionem duntaxat  
 animali famulatur, neq; hic in venarum nume-  
 ro rectè haberi potest, vixq; propria circumscri-  
 ptioe donatur. Ab his itaq; venis reliquæ omnes  
 quæ in corpore occurrunt originem mutuantur,  
 eisq; continuæ sunt. Arteriae autem numero bi- Duae arte-  
 ue censentur, una quæ ex sinistro cordis sinu nae.  
 originem capiens, in uniuersum corpus præter  
 quam in pulmones, dispergitur. Altera ex eodè  
 cordis sinu pronata, in solos pulmones distri-  
 tur: quæ quia venæ corpore constat, venalis ar-  
 teriæ nomen obtinuit. Porro duæ arteriæ ab  
 umbilico secundum vesicæ latera descendentes,  
 ac fœtui quodammodo propriæ, cum magnæ ar-  
 teriæ propaginibus iuxta ossis sacri regionem  
 uniuertur, quare etiam propriarum arteriarum  
 loco neutiquam recensende veniunt. Caterum  
 si fœtus venæ et arteriæ priuatim sibi aliquid  
 vendicent, id suis locis ubi fœtus vasorum tra-  
 detur historia, fiet obuium. iam enim opere-  
 precium est à perfectorum venis exordium ser-  
 monis sumere, ac singularum enarrata distri-  
 butione, ipsarum usum diuarcationisq; rationem  
subiun

subiungere. Verum quoniam singulis corporis partibus arterias venasq; deduci oportuit, nonnullae autem partes procul ab horum vasorum initijs distant, longè optimum fuit, neque toto numero ramos ex principijs originem sumere, quot corporis sunt partes huiusmodi uasis indigentes: neq; omnino multos: sed summopere expediebat maxima organa caudicum instar unoq; principio deduci, & ab illis in proximas partes veluti ramos propaginesq; derivari, à quibus singulae partes, quod sibi familiare sentiunt, in nutritionem allicerent.

De glandulis, uasorum diductibus roboris gratia immixtis adnexisq;.

CAPVT IIII.

Sicut Natura uenae & arteriae praeter proprias ipsarum tunicas, aliam subinde membranam circumdedit, cuius beneficio opportunè coterminis partibus alligetur, tutoq; prorepat: sic quoq; quum minimè ignoraret unumquodque vas inibi noxijs opportunè expositum esse, ubi in ramos discinditur, tunc fissionis gratia, praeter eiusmodi membranas, substantiam quandam mediocriter mollem modiceq; cedentem condidit, qua nodorum in arboribus ritu, vasorum diuarcationes, sic passim repleuit, bancq; ramorum scissionibus substravit ac circumdedit, ut nulla ipsarum facile findi, vel in-

ualida

uvalida fieri possit. At quoniam per motum violentiorem vasorum diuersiones iniurijs potissimum patent, & super molli ac mediocriter cedente substantia opportunius vasa quiescunt, & demum huius auxilio quamuis moueantur vehementius, impercussa integraque custodiuntur, Natura haudquaquam ut fors ferebat, singulis vasorum distributionibus huiusmodi substantiam interiecit. Quandoquidem haec paucissima, aut nullam propemodum diuisionibus, quae neque suspensa feruntur, neque articulis qui in acutum angulum flectuntur extenduntur ve incumbunt, communicauit, quod illas vasorum partitiones ex violento motu nihil passuras ei perspectum esset. Verum ubi diuisiones quapiam membrana suspensa, aut super articulos, qui in acutos mouentur angulos longius porriguntur, eaque plures in istiusmodi sedibus numero habentur, Natura hanc de qua agimus substantiam non mediocri copia circundedit, uti per uniuersam parte distributionem est cernere, quod haec nimirum uniuersa membranis duntaxat suffulta ad ventriculum, lienem & intestina excurret. Pari insuper ratione in membranis amplitudinem thoracis intersipientibus, & in cerebro super cerebri testes (quod imbi suspensa ferantur venae) hanc substantiam procreatam ex confectione doceberis. Sub superiori vero pectoris of-

sis sine, sub auribus, ad asperæ arteriæ caput, in  
 axillis, in cubiti flexu, in inguinibus, in poplite  
 & alijs nonnullis corporis sedibus, propter adia-  
 centium partium motus & numerosam vaso-  
 rum distributionem, eiusmodi substantiam di-  
 uisionibus interijci, in sermone progressu ostens-  
 dam. Substantia hæc communi nomine. Grecis  
 ἀδὴν & ὄζυον dicitur, Latinis glans & glanda  
 & glandium, estq; omnium corporis par-  
 tium summè imbecillis, ac fluxionibus impri-  
 mis obnoxia. Haud enim decuisset partes reli-  
 quis viliores corpori usum præstantes, cæte-  
 ris validiores esse, imò deiectis viribus prædi-  
 tas & recrementis excipiendis aptiores creati.  
 Ceterùm non omnis huiusmodi corporis substā-  
 tia, colore, forma, nomine, duritia sibi respōdet,  
 quedā enim mollior, rubicundior, & quercinæ  
 gladii forma prorsus dissimilis est, qualis ea cer-  
 setur quæ principio gracilium intestinorū non  
 procul ab inferiori orificio ventriculi exporri-  
 gitur. & ea quæ in elatiori inferioris mēbrane  
 omenti regione sub vētriculo cōssistit. Hæc quia  
 rubicundior, idq; potissimùm in canibus, & mol-  
 lior & vndiq; sibi similis visitur, à carne Gre-  
 cis πέρυγεος & λιανόπερον nūcupatur. Quæ  
 verò in iugulo sub pectoris osse habetur, iam di-  
 cte propemodum specie respondet, & à Grecis  
 ὄζυον, à Latinis autem communi voce glan-  
 dium

dium appellatur. Ceterum que in reliquo corpo-  
 re passim occurrit, & nuper dicta durior est,  
 glâdis quercine imagini quodammodo accedit,  
 & peculiare nomē in quibusdā corporis sedi-  
 bus obtinet. Cuius generis in cerebro glâs pinee  
 nucis imaginē referēs, & forsità in mesenterio  
 lactes seu per id distributæ glâdes cēseri possunt.  
 Verūm hominis fabrica etiā alijs donatur glan-  
 dulis ad alios vsus, quā ad vasorū firmā di-  
 stributionē procreatis: in quarū numero glans  
 habetur, cerebri pituitā ad palatū defluentem  
 excipiens, tonsille glâdes laryngis radici adna-  
 tæ, glâdosum virilis vesicæ cervicis corpus, cui  
 semen deferentia vasa inseri docebimus, quodq;  
 vasorū diuicationi vix quicquā auxiliatur.  
 Cuius verò potissimū vsus gratia nuper com-  
 memoratæ glâdes paratæ sint, suis locis abunde  
 persequar. hic enim suffecerit glandes cōmemo-  
 rare vasorū distributioni præfectas, ex quibus  
 nonnullæ nō solum vasis præsent, verū etiam  
 aliquæ meatibus humectâdis præterea idoneæ  
 censentur. quæadmodum glandes in mesenterio  
 repositæ, et que duodeno intestino exporrigitur,  
 vt intestina lento humore imbuāt, progenitæ à  
 dissectionum professoribus creduntur. Aliæ rur-  
 sus replendis sinibus & cavitatibus etiam sunt  
 accommodæ, vt que in faucibus omnium infi-

Ad finē se-  
 cūdi de 5<sup>e</sup>  
 mine Gal.

axillarum & inguinum cauitates infarciunt. Quae autem in mamillis habentur, praeterquam quod lacti generando subferuunt, etiam vasorum partitiones utcumque firmant ac roborat. At de his omnibus, uti paulo ante innuebam, suis locis affatim differemus, oratione ad venarum seriem nunc properante.

Venae portae ortus, ipsiusq; propaginum series.

CAP. V.

**I**N iecoris substantia ab omnibus demissioribus & quae orbiculatim consistunt extremis ipsius partibus exiguae admodum numerosaeq; venarum propagines incipiunt, quae versus iecoris medium porrectae, sensim in maiores soboles, & inde in grandiores adhuc tantisper coeunt, donec omnes (quae profecto sunt quam frequentissime) in quinque, interdum etiam in pauciores ramos colligantur, qui in caua iecoris regione versus eius medium, ad interiora tamen & posteriora, iuxta dorsum magis viti, maiorem & impense amplam constituunt venam, quae nobis portae vena nuncupabitur. Haec ad eum modum ex iecoris cauo enata, aut (si non minus verè quam clarè loqui voles) omnes nuper dictos ramos, soboles & propagines in iecoris substantia dispargens, obliquè deorsum versus sinistrum procedit in multos venarum surculos,  
ad bi



ad bilis vesiculam, ventriculū, intestina, lienem, omentum, mesenterium, hac serie digesta. Primum duos valde exiguos ramulos ex superiori, seu anteriori sui corporis parte (non autē latere) bilis vesiculæ cervici distribuit, qui eam cervicem amplexantes, ac in surculos capillorū modo prætenues diducti, in vniuersum vesiculæ corpus eo pacto excurrunt, quo in alba adhertēte ūe oculi tunica, venulas porrigi cernimus. Post hos aliquanto inferius ab elatiori quoq; et anteriori vene corporis sede, versus dextrum tamen latus magis acutus ponitur ramus, nuper commemoratis insignior, qui humiliter ventriculi orificium et ventriculi portionem huic iuxta dorsum proximam aliquot ramulis adit, nulla prorsus sobole anteriorem ventriculi sedem perreptans. At portæ vene caudex deorsum magis protensus, postquam hos diffudit ramos, in duos maximos b. rtitur truncos, quorum elatior (quem & sinistrum doctrinæ studio opportunè nominabimus) propemodum vniuersus in ventriculū, & omentum, & quandam coli intestini regionem, quæ secundum humiliorē ventriculi sedem fertur, deinde & in lienē absimitur. Alter, qui et humilior & grādiōr est, ac dexter merito appellabitur, totus penē in mesenterium & intestina exhauritur. Ab

portæ in duos truncos distributionem, utriusque  
 insignis vena ventriculo exporrigitur, quæ  
 omenti membrana superiori suffulta, & sub  
 dextra ventriculi fundi sive transversim pro-  
 ducta, exiguis frequentesque venulas certo ordi-  
 ne, ac quodammodo geniculatim ventriculo di-  
 uaricat, qui & anteriorem & posteriorem fun-  
 di ventriculi regionem multa sobole aliquous-  
 que intertexunt. Hæc vena ubi ad mediâ fun-  
 di ventriculi sedem processit, in quosdam exi-  
 guos ramulos finitur illi venæ contiguos, quam  
 non multo post reliquam fundi ventriculi re-  
 gionem occupare audies. Porro quemadmodum  
 hæc vena plurimas venulas ex elatiori ipsius  
 sede seriatim ventriculo offert, ita quoque in-  
 numeras venularum soboles per totam dextram  
 superioris membranae omenti regionem diffun-  
 dit, illis ferè numero correspondentes, quas in  
 ventriculi fundum spargi paulò antè dicebam.  
 Verùm præsens vena interdum, neque id sine in-  
 frequenter, à portæ vena supra quâ illa in duos  
 grandes truncos bipartitur, originem obtinet,  
 imò quandoque à sinistro portæ trunco non semel  
 hanc ipsam pronasci observauimus. Quemad-  
 modum verò hæc subinde in ortu variat, ita  
 etiam vena quæ ipsam subsequitur, non idem  
 semper principium exigit. nunc enim à dextro dex-  
 tri trunculaterè, nunc verò à latere dextro venæ

portæ caudicis priusquam is in duos eiusmodi  
 truncos dirimitur, vena quædam originem du-  
 cit, quæ primum intestinorum quod duodenum  
 vulgò vocamus, numerosa serie implicat. Hæc  
 enim intestinum ad medium ferè ipsius longi-  
 tudinis primum contingens, deorsum ad reli-  
 quam intestini longitudinem paulo ultra ieiuni  
 principium exporrigitur, & superiori membra-  
 na omenti & glandoso corpore huic intestino  
 adnato suffulta, geniculatim intestinorum sedi,  
 quam perreptat, ramulos dispergit, non negli-  
 gens interim glandosum quo sustinetur corpus.  
 nam & illi, & omenti regioni quæ proreptit,  
 furculos quosdam impartitur. Cuius verò natu-  
 ræ illud corpus sit, in Capite præcedente execu-  
 tus sum: quanquam idem rursus in quinto li-  
 bro Galeni nomine, qui falso id inferius ventri-  
 culi os cõprimere ac occludere opinatur, agen-  
 dum erit. Hic enim sermo reliquæ, quam portæ  
 vena molitur, distributioni dedicandus est. Si-  
 nister itaq; portæ truncus transversim ad infe-  
 riorem omenti membranam, quæ hæc posteri-  
 ori ventriculi subijcitur regioni, properat, hæc-  
 omenti sede dein & glandoso corpore huic mē-  
 brane innato sustinetur, apteq; suffulcitus in  
 plurimas notatu dignas soboles digeritur. Non  
 procul enim ab ea sede, quæ à portæ caudice tri-  
 cus iste discinditur, inferioriq; omenti mēbrana

Lib. 4. de  
 Part. vfu.  
 Sinistri trū  
 ci series.

implicatur, ab elatiori ipsius regione venam  
 germinat, quæ non admodum frequenti ramo-  
 rum serie in gibbum ventriculi, quæ dextram  
 dorsi sedem id spectat, diffunditur. Ab humilio-  
 ri autem trunci sede, alia diducitur vena, nuper  
 dicte quodammodo in ortu respondens, quæ de-  
 orsum in dextram inferioris omenti membrana  
 regionem furculos aliquot deriuat, & quibus-  
 dam ramulis in colum intestinum, quæ hac  
 omenti membrana id continetur, præsens vena  
 pertinet. Porro ulterius in sinistri trunci ver-  
 sus lienæ progressu, præter exiguas soboles quas  
 priuatim glanduloso ipsum suffulciant corpori  
 elargitur, ab elatiori sua sede venam promit  
 omnium ventriculum aduentium facile capa-  
 cissimam. Hæc inferiori quoque omenti membra-  
 na continetur, & obliquè sursum versus fini-  
 strum sub vetriculo quæ dorso id inmittitur pro-  
 repens, mox in ascensu huic vetriculi sedi duos  
 communicat ramos, vtrinq; singulos, in hanc  
 ventriculi sedem multis etiam furculis disper-  
 sos. Reliquum vene sursum ad elatius ventri-  
 culi orificium, per ventriculi posteriora expor-  
 rectum, ad dextrum orificij latus ad anteriora  
 ipsius orificij emergit, & totam anteriorem se-  
 dem ambiens, secundum sinistrum eius latus  
 denuò in posteriora retorquetur, ac vt semel di-  
 cam corone prorsus modo ventriculi superius  
 orifi

orificium concinnè perreptat, in progressu rectà  
 deorsum in ventriculi corpus ramos genicula-  
 tim offerens, qui magnam ventriculi sedem oc-  
 cupant. A superiori autem sede, vena hæc rama-  
 los etiam diffundit, sed exiguos prorsus, & in  
 stomachi terminum, quâ is ventriculo cōtinua-  
 tur, excurretes. Porro inter cæteras propagines,  
 ab hac vena coronæ ritu ventriculi elatius ori-  
 ficium succingente exortas utcumq; insignis ve-  
 na ab ipsa pronascitur, quâ à posteriori ven-  
 triculi regione secundum dextrum orificij la-  
 tus antrosum contendit. Atq; hæc propago à  
 dextro eius venæ latere nata, secundum supe-  
 riorē ventriculi sedem, inferius ventriculi adit  
 orificium, id frequentibus utcumq; venis am-  
 plexans, & in progressu geniculatim ramos in  
 priorem posterioremq; ventriculi sedem spar-  
 gens. Iam commemorate venæ tot propagini-  
 bus in ventriculum pertinenti, alia respondet,  
 ab humiliori sede sinistri venæ portæ trunci  
 prodiens, ac inferiori omenti membrane impli-  
 cita, quæ non ita longè ab initio in duos ramos  
 plurimum ab invicem discedentes bipartitur,  
 ex quibus denuo quam plures surculi deorsum  
 prorepunt, & in coli intestini partem (quæ in-  
 ferioris membrane omenti beneficio tanquam à  
 mesenterio ad dorsum committitur) excurren-  
 tes, & nonnullis propaginibus inserti in partē

inferioris membrane omenti, que intestinis incumbit, ac veluti à colo intestino pronascitur. Atq; hæc quidem de hominibus me hæcenus dixisse arbitrator. nam à sinistro portæ trunco ne minima quidem soboles canibus ad colum intestinum digeritur, vti etiam in ipsis colum intestinum nulla ex parte omento alligatur, adeò vt neq; mirandum sit, si hac orationis serie interdum à Galeni placitis recedam, qui simiarum venas, vt ipse etiam ad Antisthenem scribit, ex professo docens hominum venas non persequitur. Ceterùm postquam sinister portæ truncus commemoratas eduxit propagines, ad lienem transuersim accedens, in duos ramos secatur, qui rursus in alios partiuntur, atque hi denno in alios tantisper dirimuntur, quousq; numerosa ramorum serie in cauam simam ve lienis sedem recta linea secundum totam lienis longitudinem inferiori membrana omenti perpetuo suffulti implantentur, acq; infinita sobole venulas oppidò quàm graciles inuicemq; implexas, per vniuersum lienis corpus digerant. Ab infimo ramo, lienis inferiora petente, priusquam sinister portæ truncus in frequentissimas soboles illas dispergatur, interdum tenuis vena prodit, que in sinistram inferioris membrane omenti sedem vno atq; altero surculo dispensatur: idq; tunc potissimum, quando primus

In lib. de  
Venarū &  
arteriarum  
sectione.

primus maioris in humiliorem omenti mēbra-  
 nam pertinentis vene diductus angustior est,  
 quam ut commodè vniuersæ membrane inibi  
 ramos communicet. Præterea à ramo quopiam  
 ex illis qui ad superiorem lienis regionem re-  
 punt, quum is iuxta lienem consistit, vena ex-  
 oritur, quæ dextrorsum lata, atq; omenti mem-  
 brana superiori intertexta, in eam ventriculi  
 sedem pertingit, quæ elatiori lienis sedi propin-  
 quior visitur. Hæc quandoq; sed rarius, in ven-  
 triculi tunicas adeo excurrit, ut non admodum  
 procul à sinistra sede superioris orificij ventri-  
 culi distet. quod autem hæc vena illud conti-  
 gerit, vidi nunquam. Neq; etiam præsens vena  
 ab elatissimo lienem adeuntium ramo promi-  
 tur, sed ab illo qui ferè huic proximus est. Quæ-  
 admodum verò hæc iuxta eminentiorem lienis  
 partē principiū ducit, sic à maiusculo ramo imā  
 lienis sedem accedente, alia exurgit vena ut-  
 cumq; insigni amplitudine donata. Hæc perinde  
 atq; nuper dicta dextrorsum retorquetur, &  
 sinistram ventriculi fundi regionem perre-  
 ptas, illi accuratè cōuenit vene, quam ad fundi  
 medium vsq; dextram eius sedem amplecti re-  
 tulimus. Ambæ enim ad hoc medium in exiguis  
 definiunt ramulos, mutuoq; implicantur. Dein  
 sinistra perinde ac dextra in sinistra fundi ven-  
 triculi sedem sirculos geniculatim antrorsum  
 retror

retrosumq; differt, ac superiori membranæ omenti in sinistram ipsius partem oblongas frequentesq; soboles communicat. Ceterum canes ea quam fundi ventriculi dextram sedem adire commemoravi, destituuntur: & illius vicem ea supplet, que sinistram fundi sedem ramis conserit. Atq; ad hunc modum frequentissimè sinistram portæ vene truncum absumi spectabis. non rarò autem adhuc in hominibus ex singulis venis concavæ lienis regioni iam inserendæ, singulas venas in ventriculum ad eum modum digeri, ac lienem ventriculo pertinaciter colligari comperies, quo duas nuper commemoratas à venis lienem accedentibus propagari scripsimus. Atq; hic sedulo observandum venit, huiusmodi venas ab eis que lienem accedunt in ventriculum digestas, neq; distributionis formæ, neq; colore, neque implantationis speciei, quicquam ab alijs in ventriculum excurrētibus venis differre. Dexter vene truncus (quem in intestina potissimum diffundi narrabam) quæ primùm mesenterio à dorso nascenti committitur, in tres præcipuos discinditur ramos: qui in alias denuò innumeras venarum soboles diaricati, inter duas mesenterij membranas producuntur, atq; inferiorem posteriorem u. intestinorum partem que mesenterio alligatur, & quam dissectionum professoribus cavam vocare lib

Dextri cavæ  
dixis portæ  
trunci  
series.



re libuit, amplectentes, in ieiunium, ileum, caecum & dextram coli sedem, qua id dextro reni & iecori adiacet, finiuntur. Quot verò ab his discendantur soboles, quum prorsus sint innumera, dictu est arduum: deim non omnibus eandem distributionis exhibent seriem, quãuis (vti diximus) ad intestina illa propagines excurrant. A tertio dextri portæ trunci ramo, qui in sinistram partem mediæ mesenterij potissimum discinditur, insignis vena in sinistrum mesenterium, quod colon à liene ad rectum vsq; intestinum dorso alligat, porrigitur, atq; nunc dictis venis in intestina diffusis similiter, in plures deriuata surculos, eam coli regionem, qua à ventriculi sinistra sede ad rectum vsq; intestinum pertinet, adit. Inter omnes sinistri mesenterij vene ramos, vnus insigni magnitudine inter duas sui mesenterij membranas (quemadmodum ceteri omnes rami) intertextus, secundum colî finem deorsum sub recto intestino prorepat, multas venulas ex superiori anteriori ve ipsius sede ad eam intestini partem, qua porrigitur, depromens. Præsens ramus quum ad recti intestini extremum vsq; contendit, non amplius rectâ sub intestino deducitur, sed in plures vtcumq; exiles diffusus ramulos, finem recti intestini orbiculatim amplectitur. Porro etsi frequentissimæ sint trium nunc dictorum dextri portæ trunci

ramo

ramorum soboles, tamen plures numerosioresq; in gracilia, quam crassiora intestina distribuunt, cuius ex dissectione obuium est. Quo enim intestina ventriculi fundo sunt magis continua, eo pluribus venarum implicantur surculis, quoniam ex illis plus succi quam ex sedi vicinioribus sit exugendum. Quemadmodum verò nonnullis prius enarratis venae portae ramis corpora quaedam glandulosa atq; ad amussim quodammodo carnea attendi circumduciq; dicebam, sic etiam ramorum per mesenterium ad intestina diffusorum sectionibus, glandulae quaedam interiacent proportionem in magnitudine cum distributis propaginibus seruantes. In grandioribus enim propaginum diductibus (quemadmodum ubi dexter portae truncus in tres primos ipsius ramos finditur) magnae reponuntur glandulae, in subsequenteribus verò horum ramorum diuariationibus graciliores minoresq;. Huiusmodi quoq; glandulae, capillorum modo praetenuis venulas, à venis quas interiacent mutuantur. Us

Venae portae distributionis ratio.

has igitur propagines portae vena digeritur, quae omnes aut ad nutritionem, aut excrementi aliquius expurgationem, aut in ventriculo excocti cibi in iecoris portas deductionem, propagatae censentur. quippe quas bilis vesiculae oblatas dicitur, alimentum illi subministrare ad eam excurrunt. Pari modo propagines numerosa sobole  
in omen

in omentū diffisse duntaxat vt illud emutiat,  
 multoq; adipe imbuant, à portæ vena deriuantur.  
 Propagines lienem petentes rerum Conditor  
 fecisse conicitur, vt simul lieni alimentum de-  
 ferant, atq; ex iecore feculentum sanguinē seu  
 melancholicum succum in ipsum expurgent.  
 Quum enim crassius sanguificationis recremē-  
 tum his propaginibus in lienem vehatur, &  
 quum hæc illud lieni porrigant, simul quoq; ne-  
 cessariò lieni nutrimentum offerunt. siquidem,  
 vt in quinto libro, non sine religione tamē qua-  
 dam, scripturus sum, lien atrum illud sangui-  
 ficationis recrementum in sui nutritionem con-  
 ficit, & lien per venas ab illis que lieni inseri-  
 tur in ventriculum profusas, quod ipsi ex fecu-  
 lentiori sanguine reliquum est, neq; sibi conco-  
 quere ac adaptare valet, in ventriculū eructat.  
 verum id non (vt dissectionum professores ma-  
 le arbitrantur) in superius ventriculi orificium,  
 diffundens, sed ad fundum præcipuè, quò maior  
 vena à venis lienem aduentibus exorta, in vē-  
 triculum pertinet. Surculi capillorum modo te-  
 nues ad glandia in hoc à rerum Opifice dedu-  
 cuntur, vt illa à portæ ramis alimentum colligant.  
 Cæterum relique omnes portæ propagines  
 in ventriculū & intestina digestæ, duplici no-  
 mine extruuntur, partim vt illis nutrimentum  
 subministrēt, partim vt suis finibus et osculis in-  
 vent

Porta no-  
mina.

Libro 6. de  
Placitis.

ventriculū & intestina hiantibus cōfectum  
à ventriculo cibum ex ipso ac intestinis exu-  
gant, atq; ad iecur tanquam concoctionis offi-  
cinam toti humano corpori communem trans-  
ferant. Ingressus autem & ascensus in hanc re-  
gionem, ex multis, quæ nunc narrauimus, stri-  
ctis itineribus vnus preparatur, ipse nimirum  
portæ venæ caudex, quem veterum quissimū Na-  
turæ operum peritus ante Hippocratem πύλας  
nuncupauit, à quo in hunc vsq; diem portæ ve-  
næ nomen ad nos manauit, ipsaq; (vt & Gale-  
nus testatur) à nonnullis portæ iecoris, ab alijs  
ianitrix appellatur. verum nonnulli totam ve-  
nam hoc nomine donari nolunt, sed partē ipsius  
duntaxat, quæ primū à iecoris substantia cer-  
nitur libera. Dicitur & caudicis nomine τελε-  
χαια, quod etiam nomen Galenus interdum  
cauæ venæ quæ iecori est proxima, & præterea  
magnæ arteriæ, quæ à corde pronascitur, tribu-  
isse videtur. Dein portæ venæ ab alijs etiam ie-  
coris manus nūcupatur, quod iecur ea ad elabo-  
rati in ventriculo cibi attractionem tanquam  
manu vtatur. Sunt qui lacteam appellent, quod  
succus quem hæc ab intestinis iecori desert, la-  
cteus sit. Porro venam portæ, succum eum quem  
è ventriculo, præcipuè autem ex intestinis ad se  
allicit, atq; in iecur desert, iecoris modo in ipso  
deductu concoquere, ac eidem preparare, & in  
rudem

rudem sanguinem mutare haud facile concessero: quantumvis grauiter id in quarto de Vsu partium libro Galenus asserat. Nullam enim sanguificationis vim membraneo & coriaceo vene corpori assignare possum: & si que esset, illa profecto album pararet sanguinē, non secus quam à vètriculo emutata, lacteū colorem referunt, vti & ventriculi substantiā albam. nō autem iecoris modò concreti sanguinis instar rubram esse liquido cernimus. Atq; hoc Galeni placitum non semel ab ipso repetitū altiùs refererem, nisi Galenus ipse sexto de Dogmatibus Hippocratis & Platonis eam mutasset sententiam suūpsius, quo acriùs Aristotelem oppugnaret, oblitus. Ramum portæ, quem sub recto intestino decliuem ac mesenterio suffultū porrigi scripsimus, nonnunquam ad feculenti sanguinis per ani venulas, sanguine interdum manantes, expurgationem plurimum conducere arbitror. Quandoquidem dum aut ob lienis obstructionem, aut aliud quodcunq; ipsius vitium, feculentus sanguis non vniuersus, vel nullus planè in lienem absimitur, vel lien eundem ad ventriculum eructare nequit, huius rami beneficio certis quibusdam interuallis, vti mulierum menstrue purgationes solent, per anum excerni credo. Rarius enim ex vniuerso corpore hemorrhoidum vitio laborantibus ad vene

*caue ramulos in sedem pertinentes, lutosum  
 eiusmodi sanguinem regurgitare verisimile  
 nobis videtur, dum veram vene portæ distri-  
 butionem perspectam habemus. Quippe ex hac  
 coniecturari est promptissimum, qui is sanguis  
 à liene non attractus, aut ob meatuum obtu-  
 rationem non admissus, vnde fluebat rursus  
 regurgitet, atque sua gravitate per ramum ad  
 intestinum rectum pertinentem deorsum pro-  
 cumbat, ibiq; tantisper referretur colligaturq;  
 donec nimium turgentes vene osculis referatis  
 per anum manare illum sinant. Huic mee sen-  
 tentie magnum robur adiecit is quem hoc san-  
 guinis defluxu per interualla laborantem rese-  
 cuimus. Huic enim minor, sed durior lien fuit,  
 & vena sub recto intestino excurrens, pollicis  
 quasi crassitiem superauit, eoq; modo sanguine  
 turgebat, quo iam parturientium animalium  
 venis vterum amplexantes, insigniter amplas  
 distentasq; cernimus. Verum hæc paulo latius  
 à nobis relata sunt in epistola, qua dextrâ axil-  
 larem in laterali morbo (si modo dextram aut  
 sinistram feces, quicquam interfit) aperiendam  
 docui, ac proinde nunc ad vene caue seriem est  
 accedendum: nam portæ venam secandi modum  
 ad finem Quinti libri rejiciendum duxi, in quo  
 omnium nutritionis generationisq; organorum  
 administrationem vnâ persequar.*

Quoniam

Quonam pacto venæ cauæ soboles in iecoris substantia, portæ venæ propagibus cōmittantur, quaq; ratione vena caua à iecore prodeat. aut in ipsum ramos diffundat.

CAP. VI.

**P**Rolixè admodum de vena caue exortu agendum esse, si quis autorum cōtrouersiam in medium adferendam arbitraretur, cum pleraq; Galeni loca, ipsius operibus passim interiecta, tum maximè sextus de Hippocratis & Platonis dogmatibus liber attestantur, quem vniuersum huic questioni, ex quo nam viscere venis origo ducatur, dedicauit. Si enim ex proposito eadem disceptatio mihi aggredienda foret, neutiquam Galeni argumenta oscitanter præterire liceret, quin singula seorsim essent accuratissimo studio examinanda, et quæ vera, & quæ falsa ducerem, enarranda. Haudquaquam enim adeò Galeni verbis acquiescendum est, vt omnia quæ illic in Aristotelem congerit, verà indubitataq; esse ducamus. Vti iam in sermone progressu, qui veram venæ caue seriè enarraturus est, cuius reddetur obuium. Quippe relicta de venæ caue ortu (de quo non immerito Herophilus ille Anatomicorum coriphæus ambigebat) contentione, ipsius distributionem

c 2 aggr

aggrediar, quam quidem à corde auspicarer, si modo à maxima amplissimaq; vene caue sede hanc auspicandam opinarer. Nã contra Galeni placitum, in Aristotelice sententiæ robur, velimus nolimus, nobis quantumuis etiam rirgentibus, fatendum erit, vene caue orificium quod ad dextrum cordis sinũ pertinet amplius esse, quàm vene caue corporis amplitudinem, quacũq; etiam ex parte hãc metiendam duxeris. Deinde subsequens Caput commentum Galeni falsum esse docebit, quo cauam, quã iecoris gibbo committitur, amplissimam esse astringit, quodq; illam statim ab exortu in duos truncos arterie magne modo fundi, ac vnum superiora petere, alterũ verò deorsum explicari, & postmodum ex illis truncis eum qui deorsum secundum lumborum vertebrae fertur, grandiorem esse tradit. Vnde etiam ilico in Galenum propria ipsius iacula, quæ ex fontium fluuiorumq; ductibus & arborum radicibus tanta industria & callide texuit, repellẽda veniũt. Eodem modo Galeni dogma prorsus est respiciendũ, quo venam cauã ex corde prodire insiciatur, quòd illic non similiter, vt magna arteria, enascatur, hoc est, quòd mox ab ortu in duos truncos non diuidatur, sed rectã secundum cordis latus ducatur. Primum enim, vt falsum & dissectio nis professori indignissimum est, Galeni axio-

ma,



ma, quo venam è iecoris gibbo pronatam in duos truncos, perinde ac magnam arteriã, partiti affirmat: ita etiam non sua demonstratiua methodo concludit, hac occasione cauam à corde non oriri, quòd reèta secundum cordis latus porrigatur. Nã si quis arteriæ ortum attente examinauerit, animaduertet profecto (quod & Galenus nõ ignorabat) illam è cordis basis medio tanquã ex ipsius centro enasci, ac proinde si arteriæ pars aliqua deorsum diuenda fuerit, ab ortu statim arteriam necessariò diuidi oportuisse. Venã autẽ que ex cordis basis late-re (vtpote vas mollius quã arteria) secundum Aristotelis sententiã enascetur, nõ oportuit in duos truncos statim ab ipso ortu discindi, quum citra diuisionẽ peropportunè sursum deorsumq; repere possit, illaq; diuisio incassum fieret, præterquam quòd prorsus esset inartificiosa. Nam si hinc prodiens vena, arteriæ modo bisurcaretur, primum ipsius origo & caudex aliquousq; in dextram thoracis sedem omnino proroperet, ac inde primùm diuideretur, cuius diuisionis trunci denuò sinistrorsum deberent duci, si modo versus corporis medium (vt nunc fit) caue caudex porrigi debuisset. Accedit huc Galeni argumentum, nunquã nõ grauissimè ab ipso resumptum: Si cor venarũ esset principium, omnes venas necessariò oportuisse ad cor pertinere,

gere, vti sanè ad iecur pertingunt. quasi verò  
 arterialis vena ad iecur non minus, quam por-  
 ta vena ad cor, accederet. Aut si forte Galeni  
 sententiæ suffragaturi contenderimus, arteria-  
 lem venam ob id ad iecur non pertinere, quòd  
 arterie constet corpore, cōcedamus rursus oportet  
 venalem arteriam venæ corpore efformari,  
 atq; ab illa sinistri cordis sinus sede principium  
 petere, à qua caua è dextro cordis sinu nasci-  
 tur. Adde & hæc nō secus ab origine in dextrā  
 pulmonis sedem & in sinistram duci, quàm ca-  
 ua sursum ac deorsum à corde ducitur: ac dein  
 venam arterialem aliquādiu vnum caudicem  
 ab ortu seruare, ac postea in duos truncos diui-  
 di. perindè sanè ac magna arteria, quæ simili-  
 ter ac vena illa arterialis è cordis basis medio  
 pronasci, suo loco docebitur. Præterea irrefuta-  
 bilis illa (vt Galenus inquit) demonstratio, quā  
 in Aristotelē de animalibus dextro cordis sinu  
 destitutis contexit, minimè efficax est: quando-  
 quidem illis animalibus caua vena vnicò cor-  
 dis sinui eū in modū tunc cōmittitur, vt in a-  
 lijs dextro sinui, quū et his animalibus sanguis  
 à iecore ad cor arteriarū saltē nomine (etiam si  
 non pulmonum occasione) diffundatur. Et quis  
 obsecro eò venit stupiditatis, vt Aristotelē ca-  
 uam venā eiusmodi animalibus ex dextro ven-  
 triculo, quæ non habent, exoriri voluisse cū Ga-  
 leno

leno dicat, & non cognoscat Aristotele aliud orationis genus de animalibus pulmone deſtitutis, quàm de illis quæ hoc non priuantur, inſtitutum fuiſſe? Ad hæc, quis perfunctoriè in diſſectionibus verſatus ambigit, argumentum quod à membranulis venæ cavæ oriſificio præſectis ducitur, per venalis arteriæ membranas dilui poſſe? Neque ſat ſcio quid de avium venæ cavæ diſtributione Galenus commiſcatur, quum nihil peculiare in venæ cavæ ſerie in illis obſervem, niſi quod iecur duabus fibris ſeu lobis ipſis priuatim conſtituatur, à quibus ſi caua principium ducit, proſectò arteriæ magnæ ritu ab origine in duos truncos non dividitur. Inſuper Galeno, quando cauam à corde non oriri aſſerit, eo quod arteriæ modo non pulſet, animadvertenda venerat arterialis venæ ac venalis itidem arteriæ natura. Pariter quum obijcit, cor ſanguificationis vim iecori per cauam non offerre, quod illa coriacea ſit, ipſi expendendum erat, quàm breue interuallum inter cor & iecur conſiſtat: & quo pacto ipſe in quarto libro de Partiũ uſu, toti venæ portæ ſanguificationis facultatem iecoris virtuti ſimilimam tribuerit. Cuius venæ diſtributionis ſeriem Anatomici à iecore incæperunt recensere, non autem ab inteſtinis et vetriculo, à quibus conſectum ex cibo & potu ſuccum in iecur deducit. Sed

ne hic Galeni dissectionis, atq; adeò totius medicine principis placita, nimis vilipendere, ac seriatim ipsius quæ adhuc reliqua sunt argumenta resellere videar, & non potius tanquã pro aris & focis vnã cum alijs medicis, qui manus sectioni nunquam adhibent, pugnare, ac probabilia saltem affingendo defendere, à iecore seriem venæ causæ iam auspiciabor, quòd ab hoc sanguinem in causam deriuari, aut saltem ex portæ propaginibus in causæ soboles assimi non negem. Ortum verò causæ hinc esse non ita annuo. Neq; quicquam à me de ipsius origine assertum volo, quicquid etiam casu mihi inter scribendum exciderit, ne hircosis quibusdam medicis calumniãdi ansam ipse suggerã, qui non nisi huius generis nugas morãtur, & interim osium ac musculorum cognitionem & vasorum reliquam seriem tanquam ad se nihil pertinentem reijciunt: & si forte hic quicquam texere in me possent, mirè suis pestilentibus odijs nos traducerent, probe & tacite ad innumera loca conuiuentes, in quibus Galeni lapsus Anatomicos hæctenus ostendi: & fortè in posterum illos silentio vel ob hoc non sum preteriturus, vt eiusmodi sycophantis & vitiligatoribus inuidiæ, & in illis quæ propter inscitiam auersantur exercendi argumentum prebeam. Verùm ideo de causæ principio ex iecore

core nihil absolutius subijciã, quòd iecur mihi potius è venis quæ ipsi intextur, quàm venas ab ipso, vel etiã in prima fœtus conformatione, originem ducere colligatur. Aliud enim nihil in quinto libro iecur esse audies, quàm venularum infinitam sobolem, cui concretus sanguis (qui propria iecoris est substantia) obnascitur, quum interim venæ caue os ad cor pertinens, simile prorsus sit magnæ arteriæ, & venalis arteriæ arterialisq; venæ orificijs: quæ à corde enasci nemo sane mentis inficiari potest, si modo diuersæ quasi substantiæ corpus (vt ligamentum ab osse) ex alio pronasci affirmare audemus. Ceterum quemadmodum (ne fortè rur-

Cauæ in  
iecore fe-  
rics.

sus aliò excurrat oratio, cui, ne prolixior fiam, rationes nullas ex sententia addo) ab extremis iecoris partibus orbiculatim ex ipsius concaua sede exiguis venularum propagines paulatim ad iecoris medium versus posteriora contententes inuicem coire, maioresq; venas constituere diximus, et deinde ex maioribus illis rursum grandiores tantisper effici, quousque omnes illæ soboles in venæ portæ caudicem finiant: pari etiam ratione ad concauæ venæ generationem (vt ita modò loquar) ex summis orbicularibusq; iecoris finibus, in gibba ipsius sede, innumeræ venularum propagines exoriuntur, quæ sensim versus medium posterioris sedis ie-

Cauæ ve-  
næ nomi-  
na.

coris prorepentes, in insigniores venas coeunt: atque hæc rursus in ampliores eoque colliguntur, donec tandem in elatiori iecoris parte, qua dextram vertebrarum sedem respicit, in unam congregiantur venam, que ab insigni amplitudine Græcis *νοίδα*, *μεγάλη* interdum, & *σελεχιάα* (quemadmodum & portæ vena) deinde & *ἡπατιὺν*: in Arabum autem interpretibus vocatur *hanabub*, vena ventrem habens: Latinis verò *caua*, magna & *iecoraria*, rarius autem *caudicis vena* nuncupatur. Vnde verò nonnulli hanc Galeno communem vocari scripserint, non satis assequor, quamuis existimem hos illa delusos vena, quam eo nomine in cubito peritiores medici vocant. Vti etiam dextri cubiti axillarem, Hippocrates iecorariam, non minus quam ipsam cauam quæ cordi proxima est, appellauit. Porro venæ cauæ rami per iecoris corpus exporrecti, portæ ramis incumbunt, & vtriusq; venæ ramulorum extrema osculis inter se coniuuent, vt cauæ propagines optimè citissimeq; sanguinem iecoris beneficio in portæ ramis elaboratum, ac bile flaua feculentoq; sanguine repurgatum, transsumant, & postmodum vniuerso corpori ad partium enutritionem deducant. Venarum itaque cauam constituentium, atque è iecore educularum coitus, non in medio gibbi iecoris perficitur, vt

Anat

Anatomicorū vulgus ridiculè arbitratur : sed, ut iam prius admonui, in ea parte iecoris quæ dorsi seu spine dextro lateri proxima est. adeò sanè ut nihil prorsus substantiæ iecoris toti posteriori venæ caue parti, quæ dorsum spectat, obduci cernatur. Neq; rursus, quemadmodum Galeno & omnibus dissectionum professoribus hæcenus visum est, venæ caue rami ex iecore procedentes, cauam in eum modum constituunt, quo portæ venam efformari colligiq; dictum est : aut ut radices ad arboris caudicem pertinere conspiciamus. Nam caue rami, ac si venam per posteriorem iecoris sedem rectè quodammodo deorsum porrectam, & dumtaxat iecoris cuidam sinui innatam ingrederentur, eam constituunt. Sunt autem hi duo insigniores rami, propter iecoris elatiora, in anteriorem caue sedem, non autem latera, aut posteriorem sedem, subingredientes, qui neutiquam cum venæ caue amplitudine sunt comparandi. imò si non nimis anxie in Galeni verba mecum iuraueris, neq; tuis oculis fidem derogaueris, proculdubio asseres venam cauam à corde deorsum per iecoris posteriora ferri, atque ab huius anteriori sede duas insignes venas pullulare, numerosa serie in iecoris substantiam diffusas. Præter eas venas quas caua, simulatque deorsum à corde descendens, iecoris substantiæ aduæ

adnascitur, iecori offert, in reliquo ipse per  
 visceris posteriora descensu (qui sanè breuissi-  
 mus est) paruulos etiam spectabis ramulos ab  
 anteriori caue sede etiam in iecoris substãtiam  
 excurrentes, & in omnibus hominibus nume-  
 ro neustquam pares. Atque hæc omnia sedulo  
 hominem secanti, adeò sunt obuia, vt nullus  
 nunc vene caue seriem spectans, nõ multò ma-  
 gis probauerit hanc, quod ad seriem, non autem  
 sanguinis ductum attinet, oportere à corde pri-  
 mum describi, ac demum ipse ad superiora  
 inferioraq; ductum esse enarradum. Sed quum  
 concedam sanguinem qui in caua passim con-  
 tinetur, à iecore confici, vene caue ramorum  
 distributionem à iecore quodammodo auspi-  
 catus sum, ac deinceps eam vene partem pri-  
 mum describam, que supra iecur consistit, non  
 eam que ad partes iecori subditas porrigitur:  
 longè omnibus de caue ortu postpositis alterca-  
 tionibus. Quanquam interim sedulo studiosos  
 adhortor, vt nullis autorum suffragijs fidem  
 dantes, ipsi non modo hominis iecur, verum &  
 simiarum & canum, quibus alia iecoris forma  
 accidit, aliaq; ramorum à caua in iecur series,  
 accuratè secent, ac vene caue iuxta iecur &  
 cor progressum examinent, dummodo inutili  
 quoque Anatomes parte delectentur. Quo an-  
 tem id fieri debeat artificio, partim in calce  
 quon



quinti libri, partim & in sexti libri fine do-  
cebitur.

Venæ cauæ, eius partis quæ supra iecur  
consistit, distributionis series.

## CAPVT VII.

**H**Audquaquam Galeno & reliquæ Anato-  
micorum turbe illius placita sectanti sa-  
tis fuit, falsum venæ cauæ ortū à iecore cōmuni  
seī, ac vt ab Aristotelis placito verius declina-  
re viderentur, fingere, venam cauam mox à  
suo è iecoris gibbo progressu in duos truncos ar-  
teriæ magnæ modo bipartiri, vnumq; ad supe-  
riora corporis, alterum verò ad inferiora duci:  
quinimo vt etiam probaret sanguinem in cor-  
de non generari, adūcere non veritus est, trun-  
cum qui superiora petit multò strictiorem esse,  
minusq; amplum illo qui deorsum porrigitur.  
Sed iam asseruimus, cauam in eiusmodi trun-  
cos non diuidi: & etiam veritati neutiquam  
consonum est, cauæ venæ partem quæ inter ie-  
cur dextramq; cordis aurem conspicitur, angu-  
stiores illa videri, quæ sub iecore lumborum  
vertebris explicatur. quod non persunctorie in-  
ter dissecandum obseruari velim: quo minus  
aliquis, qui mihi secanti non astiterit, aut ipse  
sectionem studiosè non fuerit aggressus, hæc me  
confingere arbitretur. Nam si quis obiter se-  
ctioni

Etioni studium impendat, & iecur aut cor, aut  
 aliud membrum inter secundum mouens, plus  
 sanguinis in venae partem vertebrae lumborum  
 exporrectam, quam in illam quae supra iecur  
 habetur propulerit, is sanè Galeni sententiæ sub-  
 scribet. at si vicissim ex hac venae parte in illâ  
 sanguinem compressum sursum duxerit, leui  
 opera Galeno non amplius assentietur. Pre-  
 terea, vbi hæc sectione indagauerit, necessum  
 est Galeni rationem prescius expendere, qua  
 conficit ascendentem venae partem multo oportere  
 minorem esse descendente, quod hæc plures  
 quam illa partes enutriet. Nam si hæc Galeni  
 ratio vera est, etiam citra sectionem ipsius com-  
 mentum nulli non innotescet, quandoquidem  
 ascendens pars plus sanguinis contra Galeni  
 dogma, quam inferior quae lumborum verte-  
 bris exporrigitur, requirit. Primum enim neque  
 bilis vesicula, neque ventriculus, neque intestina,  
 neque omentum, neque mesenterium, neque lien ra-  
 mulum aliquem à caua assumunt, hæcque sub ie-  
 core collocantur. Verum soli renes, altera vesti-  
 ca, testes & crura, & inferior abdominis pars  
 ab ea quae descendit caue parte sanguinem adi-  
 piscuntur. Ab ascendente verò septum transuer-  
 sum & vniuersus thorax alitur. nam & tho-  
 racis pars iecori proxima, ad secundam vsque  
 lumborum vertebrae pertinet, à vena con-  
 iugis

ingis experti nutrimentum obtinere audies. de-  
inde manus, collum & caput vniuersum, vt  
taceam nunc sanguinis copiam in cerebrum tot  
venis scaturientem, & eam qua in cor defer-  
tur, non solum cordis & pulmonis omnium ma-  
ximi visceris nomine, verum & omnium arte-  
riarum quas sanguine ad cor delato impleri  
credimus, & arteria demum, si cum descenden-  
te caue portione comparentur, quanto minus  
quam illa sanguinis continent? Sed quorsum spe-  
ctat eiusmodi rationes, vt Galeni placitū sub-  
uertatur, colligere, quum sectio iam admonitis  
studiosis abunde non hoc solum infirmet, sed &  
alia que in Galeni libris de Hippocratis &  
Platonis decretis passim leguntur, quam pluri-  
ma, à medicis propter secundi imperitiam, &  
nimiam quam autoribus damus fidem, tanquam  
Apollinis oracula, libenter cōcessa. Ceterum ego  
in presentia relictis Galeni placitis, partem ca-  
ue ascendentem lubens persequerer, quò oratio  
vera duntaxat enarrans minus excresceret,  
& Galeni nomine non interrupta, longè redde-  
retur facilior. Verum ea ipsius est autoritas, &  
nostra in illum obseruantia, vt nisi ipse inter-  
dum quando illius sententiæ non acquiesco, ad-  
monerem, nullus non me falsissima proponere  
sibi persuaderet: quum interim collatis inuicem  
ad hominis sectionem locis, in promptu sit, an  
perpe

perperam ab illo declinem. quod si alibi accidit, profectò nūc in venæ caue serie mihi quantūuis inuito continget: quam prius aliquousq; verè persequar, ac postmodum vbi à Galeni dogmatibus sermo dissenserit adyciam. Vena itaque caua nervosam septi transversa partem in dextro ipsius latere peculiari foramine permeat, unā etiā cordis involucri perforans, quod insigni amplitudine tum alibi septo continuatur, & conascitur, tū potissimum vbi caua septum transit, ac septo duas non vulgares offert propagines, per uniuersam septi sedē multiplici sobole excurrentes, & ramulos quoq; cordis involucri, quā id septo committitur, diffundētes. Quum primum verò caua septū superauit, mox dextrorsus versus sinistrū cordisq; basim dextrū latus procedens, sinistro ipsius latere adaperitur, atq; in dextrū cordis sinum pertinet. Nō quidem vt Anatomicorum sex scribit, aliqua propagine aut ramo quopiam, verū duntaxat foramine quodā seu scissione adeò ampla, vt caue venæ amplitudo ipsi nequiquam conferenda sit. Anteriori caue venæ parti hic dextra cordis auricula conascitur. A posteriori verò caue ad cor connexus sede, insignis vena promittitur (non autē, vt Galenus libro de Venarum sectione docet, exigua) quæ secundum cordis posteriora & sinistrum latus ita porrigitur, vt cordis basim

coro

Cordis basim  
cinges  
vena.

corona modo succingat, ac ab inferiori ipsius se-  
 de ramos deorsum ad cordis vsq; mucronē di-  
 spergat. quorū precipui sunt, qui cordis substan-  
 tiam illic petunt, vbi hæc est crassissima. Vnde  
 etiā frequentiores venas sinistro cordis lateri,  
 & vbi sinuū ipsius septum consistit, nobis oc-  
 currūt. Hæc vena interdū gemina visitur, grā-  
 diori quidē à posteriori sede orificij caue initiū  
 ducente, minori verò ab anteriori sede. Verūm  
 longè sæpius vnica tantū obseruatur, etiam si  
 Galenus alibi hæc perpetuò geminam esse scri-  
 pserit. Vena caua a cordis basi sursum ascēsurā  
 gracilior fit, & cordis inuolucrū perforat, &  
 versus corporis medium sensim ducta magne  
 arteriæ innititur, non autem retrorsum ducta  
 vertebrarū corporibus insidet, quæ à stomacho  
 occupantur, cui rursus aspera incumbit arte-  
 ria, & huic non infima magne arteriæ propa-  
 go cui vltimo caua instermitur: adeò sanè vt  
 quā caua tantū à vertebra distet, mirabili ar-  
 tificio illis vena fuerit offerenda, quæ ipsis co-  
 stisq; sanguinem subministraret. Quū enim se-  
 ptum transuersum impedimento sit, quo minus  
 caua vbi sub iecore exporrigitur, ac renibus so-  
 boles dispensat, vertebra costisq; propagines tri-  
 buere queat, & deinde quum cordis basis adeò  
 à vertebra eleuetur, & vasa in pulmones dif-  
 fusa cauam à vertebra ita subleuent, vt etiam  
 d hinc

Libro 7. de  
 Administ.  
 dissect.

hinc ad ipsas caua nullos deriuare queat ramos, rerum Opifex à caua magnam eduxit propaginem, postquam hæc cordis inuolucrum transcendit, atq; pulmonis dextræ partis cum sinistra connexum (qui vasorum pulmonis interuentu perficitur) superauit, ipsaq; dorso propinquius quàm antea accedit. Hæc propago seu vena à dextro caue latere pronata, deorsum ad quartæ propemodum thoracis vertebrae corpus contorquetur, & decliuis secundùm dextrum vertebrarum latus porrecta suo sine vnâ cum magna arteria, sub septo transuerso ad aliquot lumborum vertebrae pertingit. Hæc vena, caue vicè toto progressu gerit, quo ipsius caudex vertebrae ita atque in lumborum regione nequiuit contingere, ac geniculatim ramos ad vertebrae ipsasq; adeo dorso partes offerre. Porro caua hanc sine coniuge & pari venam à se tam grandem deprompsit, vt arteria magne ritu vtrinque ad costarum interualla, vt nunc dicam, ramos germinare posset, quos quidem à lateribus non diffudit, sed ex media regione posterioris ipsius sedis, quæ vertebrae inuititur. Quia verò coniuge priuatur, neque in altero latere parem assiscit à caua propagine, ἄφυγον Græci, nos venam absq; coniuge, & paræ expertem nominamus. Oritur autem potius à dextro caue latere, quàm à sinistro, quòd

quòd secundum dextram dorsi sedem explicari debuit, sinistra nimirum sede, & media quodammodo à magna arteria dignissimo organo occupandis. Ab anteriori etiam caue sede non enascitur, ne frustra tunc longiori ductu quàm nunc versus dextrum reflecti, itaq; spinam accedere deberet. A posteriori quoq; principium sumere nequiuit, quòd hæc sedes alijs incumbat organis, quodq; hinc venam coniugis expertem dextrorsum magis deici, quàm nunc, oportuisset. Ab hac vena utrinque geniculatim pullulant propagines, singula ad unum nouem costarum inferiorum interuallum perreptantes, que in verarum quidem costarum interuallis ad eam vsque sedem contendunt, vbi hæc in cartilaginem degenerant: in spuriarum verò costarum interuallis, etiam in anteriora magis abdominis, quàm interualla pertinent, propagines hæc pertingunt, abdominis musculis etiam implicite. In ipso autem per costarum interualla progressu ramos diffundunt, qui in musculos illi thoracis sedi quam ipsæ perreptant incumbentes, disperguntur. Præterea ab hac sine pari vena ad singulas secundum quas deducitur vertebrae soboles quædam pertinent, que in vertebrarum corpora, & dorsalem medullam, & in musculos his sedibus accumbentes excurrunt. Præ-

terea membranis thoracem intersepientibus, qua ille dorso continuantur, ab hac vena surculi etiam offeruntur. Deinde non obaudiendū est, ab huius vene lateribus, quam primum ab ortu vertebrae contingit, subinde ramum quoque educi, eumq; in tenues prapagines diuisum, etiam sui lateris superiores costas adire, atque inibi in membranam costas succingentem numerosis, sed gracilibus surculis distribui. atque hi non seriatim ac rectā secundum costae ductum feruntur, quemadmodum rami inferioribus costis digesti, verum errabūdo ductu excurrunt. Atque id adeo frequenter in hominibus (quod his scilicet multo breuior thorax, quam quadrupedibus, a natura datus sit) vñ venit, vt eodem anno in publica sectione in viro & item muliere omnes thoracis costas enutriti, interdum Patavij viderimus. Et Bononiae etiam (vt priuatas sileam sectiones) quum primum illic dissectioni praesset, atque de vene sectione in laterali morbo satis pertinaciter contenderetur, vna eademq; demonstratione tria nobis obtigerūt hominū cadauera, quibus omnes thoracis costas huius vene propaginibus enutriti, nemo ex tanto eruditorum virorū cœtu inspicari potuit. Atq; vt id subinde obseruatur, ita sane interdū hanc sine pari venā, quā ad nonam ferè thoracis pertingit vertebram, in duos

Variavene  
pari care-  
tis series.



in duos truncos diuidi cernes, quorū vnus quidē dextri lateris costarum radicibus, alter autem sinistri exporrigitur, siq; lateris costis, quā prorepat, ramos offert. Interdū verò à sinistro vene pari carētis latere in eadē propemodū regione, grandem venā pronasci obseruabis, illi prorsus similem quæ à portæ vena inferiorem omenti membranam adeuntium facillē maxima est. Hæc enim vbi primum transuersim vertebræ illius cui exporrigitur corpus transcendit, in duos ramos diffunditur, quorum alter sursum, alter deorsum secundum costarum radices fertur, ac suarum costarum interuallis ramos deriuat. Non secus sanè quàm si Natura aliquando maluisset, vnum grandem ramum à dextro latere hîc ad sinistrum porrigi, quàm super singulas vertebrae vnus tenuem gracilemq; ramulum ferri. Ad eò vt mihi etiam persuasum sit (quamuis id nunquam viderim) interdum à sinistro cauæ caudicis latere, vbi iugulum contingit, venam depromi, quæ secundum sinistrum vertebrarū latus decliuis ducta, sinistris costis ramos offerat, illa, quam sine pari venam nūcupamus, dextris costas dūtaxat alente. Atq; huiusmodi vene ortū nō tantū à iugulo primum posse fieri, sed paulò inferius, etiam agnus attestatur, in quo tale aliquid semel obseruauim. Verūm eiusmodi non nisi rarissimè oc-

currentes venarū series, Anatomes studio non aliter expendendas putauerim, quā si interdū sextum in manu digitū, aliud ue monstruosum se spectandum offerret. Adeo vt si quādo in publicis sectionibus hæc obseruo, ea tanquā non essent, tacite prætereā, ne artis cādidati in omnibus corporibus hæc obseruari arbitrentur. Idq; tanto, non in sectionibus solum, sed modo in absoluto hominis histōria persequenda, faciendum duxi studiosius, quanto pertinacius ipsos monstruosa illa admirari, experientia non semel didici: quum interim ipsis dolendū magis esset, tale ad integram sectionem corpus obtigisse, quod ab hominū canone plurimum variat, nisi fortè etiam crebro absolutorum & non monstruosorum hominū sectionibus astitissent, Galeni præcepta ad finem libri primi de Administrandis sectionibus nobis datū nunquā negligentes. Porro iam sermoni adijciendum est, mihi hæctenus in homine nihil esse prætermisissum: vti sanè arbitrabitur, qui Galeni placita sedulo euoluens, primū à me quintam pulmonis fibrā seu lobum requireret, quo causa in interuallo inter septū & cordis inuolucrum ex Galeni sententia suffulciretur. Quippe quum hunc lobum Galenus in simijs reperisset, immeritò oscitantie alios dissectionis proceres arguit, quasi illum ignorassent: vti sanè & Galenum is lateret, si hominū

cadau

Libro 7. de  
Administ.  
sect.

cadavera potius quàm simiarum secare ag-  
gressus fuisset. Quum enim in homine nullum  
sit interuallū ductus venæ cavae à septo in cor-  
dis inuolucrum, sed uti superius docui, hæc duo  
simul connata vnà semelq; perforantur, nullus  
sanè pulmonis lobus hic consistere potest, qui in  
illo interuallo venam sustineret, nisi forte hunc  
(quod summè est absolum) in cordis inuolucrum  
reponi quis sectionum imperitus arbitraretur.  
In caudatis verò simijs, & magis adhuc in ca-  
nibus, amplum occurrit interuallū, inter septū  
transuersum & inuolucrum cordis mucronem, ac  
hic inter mēbranas thoracē intersepientes inane  
vacuum ue est spatium, per quod caua prærepit,  
sibi substratum habens pulmonis lobū, quo mi-  
rabili Naturæ opificio is caue caudex tanquam  
manu apprehenditur & suffulcitur. Proinde  
quando Galeni descriptionem canibus, nostram  
autem hominibus conferes, vtrinq; veram esse  
fatebere. Verum Galeni sententia nusquam non  
à caua priusquam cor pertingat, venas in mem-  
branas thoracem intersepientes, deduci ac di-  
stribui docens, veritati parcat, quum hæc mēbra  
ne venas assumant, partim ab illis ramis quos  
à iugulo ad has ferri audies, partim à vena si-  
ne pari. Caua autem quum ad cor fertur, inter-  
sepientes thoracis cavitatem mēbranis ne con-  
tingit quidem, tantum abest vt ramulos ipsis ita

Libro 8. de  
Placitis li.  
de Sect. ve-  
na. lib. 7.  
de Admi.  
& 2. Com-  
menta. in  
Hippoc. de  
Victus rat.  
in morbis  
acutis.

*tenuēs vt in illas digeri debeant, offerat. Pre-  
 terea alius Galenum in libro de venarū sectio-  
 ne, probe assecutus mirabitur, qui priusquam  
 caue supra cor progressum attingerem, à caua  
 statim atq; in cor pertingit venam arterialem  
 in pulmones porrigi non ascripserim, quum in-  
 terim illud Galeni sit dogma. Quod quàm veri-  
 tati consentiat, ipsa vasorum cōtinuitas arguit:  
 quippe quum nihil ab alio pronasci verè dica-  
 mus, nisi id ei sit contiguum, aut saltem atti-  
 guum, arterialem venam à caua principiū du-  
 cere neutiquam quis asseret. præterquàm enim  
 quòd arterialis vena sextuplo crassiori constat  
 corpore quàm caua, illa hanc non contingit, sed  
 non mediocris cordis substantiæ portio inter ca-  
 uæ orificij elatiorem sedem & dextram orificij  
 arterialis venæ, intercedit. Dein arterialis venæ  
 orificium non minus in cordis dextrum sinum  
 quàm orificium cauæ orbiculatim liberumq;  
 pertingit, nihilq; minus apparet quàm soboles  
 aliqua à caua ad arterialem producta. Vnde etiã  
 hæc, quia propriam obtinet circumscriptionem,  
 non minus priuatim quàm caua venit pertra-  
 ctanda. Huc accedit Galeni de venæ pari caren-  
 tiis principio, sibi non constans sententia. Primū  
 enim in commentario decimo secundi libri in  
 Hippocratem de victus ratione morborum acu-  
 torum, sibi ipsi ter pugnat, nam in initio sermo-  
 nis de*

nis de vene caue per thoracem distributione  
 vniuersim inquit, venam octo inferiores costas  
 enutrientē à caua pronasce antea quàm ad cor  
 pertingat. mox subiicit, in quibusdā animalibus  
 supra cor hanc à caua depromi: in homine autē  
 ex ea caue sede eādē emergere docet, qua hæc  
 dextram cordis aurem contingit. Rursus sub  
 oblitus aliquanto inferiùs subnectit, hominis  
 infernas costas à vena enutrirī, quæ sub corde  
 à caua exorditur. Huic sententiæ propemodum  
 conformis est, quæ in sexto libro de Hippocratis  
 & Platonis dogmatibus legitur, quum scribit,  
 cordis inuolucrum simul cum omnibus mem-  
 branis, quæ tum thoracis cauitatem intersepūit,  
 tum quæ pulmonem ambiunt, alimentum ex  
 caua priusquam ad cor deferatur sumere. Quā-  
 do enim inquit, *ὄχι ὄσι περιχάλεφροι τὸν*  
*πνεύμονα*, aliud nihil ipsum intelligere arbi-  
 tror, quàm membranam costas succingentem,  
 quæ maxima ex parte vena sine pari enutri-  
 tur. Non enim intelligit opinor membranam  
 pulmonum substantiæ proximè obnatam, quum  
 hæc ne surculum quidem à caua mutuetur. In  
 libro autem de Venarum sectione, venam sine  
 pari à dextra auris sede ad sinistras thoracis  
 partes proficisci, atq; ad quintam thoracis ver-  
 tebram perferri in quibusdā animalibus at-  
 testatur. In simijs autem, paulo supra aurem in

dextris partibus hanc poni docet, pluraq; hic quam in libro de Victus ratione, costarum interualla presenti vena enutriri fatetur. Eandem sententiam in septimo de Administrandis sectionibus complectitur, nisi quod hic ipsam à vena que iuxta dextrum cordis sinum consistit, pronasci simpliciter tradit: quum illic ad sinistras thoracis partes illam proficisci, male adiecerit. Quinetiam alio septimi eius libri loco hanc sine pari venam ex dextro cordis sinu non secus ac coronalem pronasci docet: quamuis id in simijs haud euenit. At non est quod prolixius alia huius ordinis loca ex libro de Fœtus formatione & aliunde in medium adferam, quum ex modo propositis, Galeni de vena pari carentis ortu progressuq; sententia utcumq; constet que quam veritati consentiat, ex nostra enarratione veram eius vene seriem prosequente, petere licet. In homine enim non minus quam in simijs, & canibus, & suibus, & bobus, & quotquot vidi quadrupedibus à causa procedit, postquam hæc cordis inuolucrum superauit, ac eò vsque pertingit, vbi nullus amplius pulmonum apparet connexus, qui vasorum interuentu perficitur. Et si quis sectioni fidem de rogans, rationem huius vene exortus petierit, illam sanè adinueniet ex nostro sermone, qui Nature artificium in illius vene propagatione superius

Vnde venam  
pari carentem  
enasci oportue-  
rit.

superius enarrauit. Haudquaquam enim hec pari carens vena à caue caudice sub corde enasci potuit, tum quòd nimium periculose suspensa fuisset, propter ingens interuallum ab ea vene caue sede ad vertebra: usque conspicuum: tum etiam, quòd si illinc vena pari carens exoriretur, tota dorsi pars sub corde & ea sede qua eius vene principium nunc exporrigitur consistens, venis indiga relinqueretur: aut Natura denudò aliam venam illinc, vnde nunc illa enascitur, producere debuisset, illis vertebra: alimentum subministraturam. E regione autem dextre auricula: pronasci nullo prorsus modo quinit, quod vasa pulmonem aduentia, venalis scilicet arteria, & arterialis vena, & aspera quoque arteria, illam ad dorsum ferri prohibuissent, nisi ipsa aliquousque prius aut deorsum aut sursum prorepens: aptam descensus sui sedem callidè inuenisset. Præterea si è regione dextre cordis auricula: vena parisi expers diffunderetur, ipsa etiam cordis inuolucrum peculiari foramine secus atque nunc permearet. vnde etiam vel hinc affatim docet, quàm procul à corde principium ducat. Neque est quòd ad huius sententiæ robur, hominis dorsi quàm id cor spectat obliquitatem, adferam: quæ quum multo maior in homine, quàm quadrupedibus aut auibus sit, facile liceret conficere, sine pari venam homini  
etiam

etiã altius,quàm illis animalibus à caua oportere enasci,quòd his & succinctior ductus è regione dextræ auris ad dorsum quàm illi visitur:vti profecto inter secandum non solum incundum est expendere, sed etiam promptum. Quamobrem verò Galenus ita variè & de hominis vena pari carente, ipsiq; nunquam visa, magis perperam adhuc quàm de simiarum vena senserit, in ea Epistola vtrinq; perstrinxi, qua dextri cubiti axillarem in laterali morbo (si modo quid intersit cuius lateris venam diuidas)secandam docui. Galenus enim aliquam rationem alicundè cõminisci studuit,qua Hippocratis sententiam probabiliorẽ redderet,quas sanguinem non mittendum docet, quum dolor inferiora ac sub septum petit. Quasi verò Hippocrates arbitratus fuisset,à vena sine coniuge per phlebotomiam nihil educi posse,aut eã remotius ab axillari distare, quàm vt hec aut alia quæuis, illius gratia aperiri posset. quum interim in pulmonum, cordis, iecoris, ventriculi, lienis & renum affectibus, venam in cubito non Hippocrates solum, sed omnis medicorum chorus fecet. Ceterum quoniam Epistola nuper commemorata, hec prolixius cum aliquot alijs paradoxis persequitur,causæ venæ distributionem deinceps non interrupta sermonis serie aggrediar. ne mihi præter veræ hominis histò-  
ria



vie narrationem in hoc negocium augeam, ut  
 ubi à Galeno dissentiendum est ascribā, ipsiusq;  
 sententiam verbis aliquot resellam: & ne pro-  
 pter meam in eum pietatem, etiam prolixè mi-  
 hi veria petenda sit, quo rabularum animos le-  
 niam, quos miras excitaturos novi tragædiis,  
 si semel atq; iterum Galenum purgare, & fri-  
 uolis quibusdam ratiunculis ab errore vindica-  
 re poterunt, parum solliciti, quòd tot innumeris  
 locis ipsius placita à veritate dissona certò (quā  
 tumuis interim inuitus) ostendam. Hactenus  
 enim non semel expertus sum, quā eiuſmodi  
 homines apud dissectionum imperitos gloriari  
 soleant, quum rationem aliquam excogitassent,  
 qua Galenus excusari, aut ut ipsi loquuntur,  
 cum ostensa à me parte cōcordari possit. Quā  
 turpiter verò se tum postea in publicis sectio-  
 nibus dederint, quum suos Achilles mihi propo-  
 nerent, ipsi probè norunt. Vena igitur caua, post-  
 quam sine pari venam à se diduxit, ad iugu-  
 lum rectā sub pectoris osse conscendit, membra-  
 nis thoracem intersepientibus eleganter sufful-  
 ta, molleq; & glandosum corpus hic in iugulo  
 passim adstratum obtinens, quod Greci Du-  
 μόν, Latini verò communi glandularum no-  
 mine glandium vocant. Est autem glandium id  
 in elatissima thoracis sede exstructum, ut ab  
 omni noxa frequentissimas vasorum distribu-  
 tiones

Caux ad  
 iugulū in-  
 cessus.

tiones hic suspensas, immunes seruet. Vena enim caua mihi primum in duos insignes truncos discinditur, à quibus omnes vene cauae partis ad elatiora corporis porrecte soboles pendet. A sinistro namq; truncò, quemadmodum & à dextro grandis vena promitur, quae primae thoracis costae immixta postquam aliquot à se dispersit ramos, sub clauicula in axillam prope- rat. Ab huius etenim radice exilis vena enascitur, deorsum per costarum radices ad tertiam usq; costam exporrecta, & exigua soboles tribus superioribus costarum interuallis, aliquando duntaxat duobus, derivans. Praesens vena non semper ab eius quae axillam petit, radice promiscitur, verum nonnunquam à caua priusquam in duos illos grandes truncos bipartitur, principium ducit. Quinetiam interdum hanc penitus abesse obseruaturus es, aut aranea filiorum modo pretenuem, quum breuiora illarum costarum interualla ab ipsis incumbente vena quae axillam petit, aliquando autem à vene pari carentis propaginibus (idq; potissimum in dextro latere) satis nutrimenti assumant. Ab anteriori sede illius magne in iugulo bipartitionis, duae prodeunt vene, quae introrsum ductae, ad elatiorem pectoris ossis sedem contendunt, & sub pectoris osse deorsum perreptantes numerosas à se diffundunt soboles. Sinistra  
(quod

(quod & de dextra subauditum velim) secundum leuam pectoris ossis latus, ubi costarum cartilagine ipsi coarctantur, declinans ad abdominis superiora tendit, in progressu ad sex superiorum septem costarum interualla singulas propagines distribuens, quae ad terminum ossis costarum ubi venae coniugae carentis ramos cessare diximus, finiunt. Quemadmodum verò à ramis venae pari carentis, propagines extra thoracis amplitudinem ad musculos costis instratos excidere relatum est, sic quoque à venis ad cartilagineum interualla disseminatis, ramuli notatu digni in musculos pectori incumbentes, ipsasque ad eam mamillis propagantur, si modo ad has à venis pectoris ossi exporrectis, furculi deriuentur. Porro quod ex venis sub pectoris osse deductis reliquum adhuc est, ad latus mucronate cartilaginis deorsum in carnosam rectorum abdominis musculorum partem distribuitur. Venae enim è thoracis amplitudine prolapsae, sub rectis musculis ad mediam usque abdominis sedem feruntur, ramulos quosdam in proximas partes utrinque transmittentes. Quorum praecipuus ad abdominis cutem subit, atque oblique secundum costarum cartilagineum terminos propagatus, in gracillimas & capillorum modo subtiles venulas exhauritur. Ceterum insigniores venarum rami, sub rectis musculis

musculis exporrecli, in plures surculos supra  
 vmbilici sedem cessant, qui rectorum abdomi-  
 nis musculorum substantia implexi, illarū ve-  
 narum terminos finesq; spectāt, quas in sermo-  
 nis progressu, ab imo propter genitalia sursum  
 sub rectis musculis conscendere audies, quum ea-  
 rum vsus quem in menstrui sanguinis ad la-  
 ctis generationē, & sanguinis item ex mamil-  
 larum sedibus ad vterū foetus enutriendi gra-  
 tia reuulsionem, ipsas præbere credimus, expli-  
 cabitur. Harum venarum sub pectoris osse re-  
 ptantium originē ex anteriori mediaq; in iugu-  
 lo bifurcationis sede, vt plurimū fieri animad-  
 uertes. interdum verò eas ab axillarum venarum  
 radicibus, postquam illæ nonnihil à iuguli  
 medio in latera recesserant, enatas obseruavi:  
 quemadmodum aliquando alteram ipsarum,  
 & præsertim sinistram ab axillari, alterā ve-  
 rò ab ipsa bifurcatione pronatam vidi: quem-  
 admodum etiam non infrequenter occurrit ab  
 anteriori venæ cavae sede, vbi in duos insignes  
 truncos partitur, vnicam pronasci, quæ sursum  
 ad pectoris os ducta, in duas discinditur venas,  
 ac vnā dextro pectoris ossis lateri, alteram  
 sinistro exporrigit. Ab his quoq; venis secun-  
 dum pectoris os deducendis, membranæ tho-  
 racis cavitatem interdiuidentes primos mu-  
 tuantur surculos, ac subinde etiam à cava vbi  
 nunc

nunc dictas promit venas, graciles quasdam propagines sibi vendicant, secundum totam membranarum longitudinem cum nervis septi transversis exporrectas. Quinetiam, ut antea monui, à vena pari carente in membranas thoracis cavitatem intersepientes sirculi accedunt, venis quæ adherentem oculi tunicam implicant, quàm similimi. Ab his venis etiam soboles in cordis involucrium, ubi membrane thoracem intersepientes hoc continent, pertingunt. Ceterum vena axillam accedens priusquam è thorace procidit, non ita procul ab ipsius initio ex elatiori sede venam utcumque amplam promit, quæ sursum obliquè in posteriora tendens, ad transversos vertebrarum cervicis processus deducitur, & per foramina illis privatim exculpta sursum conscendens in musculos vertebris proximè adnatos, soboles spargit. At præter illas, certo ordine & veluti geniculatim singulas soboles unicuique foramini nervorum exortibus in cervicis vertebris inciso derivat, dorsaliq; medullæ ipsisq; ad eò vertebris alimentum suppeditat. Quod verò eius vene reliquum est, in calvariam contendit, peculiare sibi cum sua coniuge arteria foramen obtinens, quod ad posteriorem occipitis ossis capituli sedem excavatum antea dixi. Vbi verò vena in calvarie amplitudinem per-

e

tingit,

tingit, in secundum seu sinistrum durae cerebri membrane sinum, vti postea auditurus es diffusus, exhauritur. Praeter hanc venam, alia adhuc ab illa quae in axillam contendit, priusquam è thoracis cavitate labitur, ex ipsius posteriori regione principium ducit, quae in musculos, humilioribus cervicis & thoracis elatioribus vertebrais adnatos, ac capitis dorsiq; & thoracis motibus famulantes, dispensatur. Simulatq; verò axillam petens vena inter primam thoracis costam & claviculam ex thoracis cavitate progreditur, musculumq; perforat qui secundi paris dorsum moventium alter est, non semel eam promit venam quam humeralem postea vocabimus, & ilico atq; declivis ducta glandulas in axilla ad firmam vasorum distributionem à Natura procreatas contingit, quas nunc dicà à se emittit propagines. Primum vtrinque singulas promit venas, ad thoracis quidem anteriora unam, ad posteriora autem alteram. Quae antrorsum exporrigitur, in musculos à pectoris osse & costis ad brachij os & scapulam pertingentes diffunditur, & pectoris cutem simul & mamillas frequentè admodum ramorum serie in mulieribus addit. Vena autem retrorsum proficiens in musculos cavam scapulae sedem occupantes, vicinasq; sedes multiplici etiam sobole digeritur.

Ceter

Ceterum nonnunquam à priori & que pectus accedit vena, interdum verò ab ipso qui in axilla consistit trunco alia grandis utcumque vena exoritur, que deorsum secundum thoracis latus exporrecta, potissimum absimitur in musculum, cuius beneficio brachium declivè dorso admo- uemus. Præter hos ramos maior vena que in axilla habetur, exiguos ablegat surculos glandulis & membranis, que inibi vasorum distribu- tionibus eorundemque colligationibus præsent. Quæ autem serie axillaris venæ reliquum in totam manum excurrat, peculiari Capite mox atque cæteras ascendenti venæ causæ propagi- nis soboles absolvero, expediam. Proinde ad in- gulum rursus sermone conuerso, cæteros trunco- rum magnæ illius in iugulo diuisionis ramos aggrediamur. Vena itaque caua ad eum quem dixi modum priusquam pectoris ossis summum transcendat, in duos truncos diducitur, ac sta- tim à diuisione nuper commemorata vena, que axillam petit, principium obtinet: quod autem alterius diuisionis illius trunci adhuc superest, à media primæ thoracis vertebree cor- poris sede, cui prius innitebatur, modicè rece- dens, sursum extra thoracem protenditur, & simulatque clauiculam pectorisque ossis summum superauit, in duos impares ramos scinditur. In- terior namque exteriori magis quàm plerique ar-  
e 2 bitr

Causæ per  
collum ca-  
putque se-  
ries.

Interior  
iugularis.

bitrantur gracilior est, & secundum asperam ar-  
 terie latus ascendens, nonnullas venulas in  
 speciem capillorum exiles asperae arteriae con-  
 terminisq; membranis communicat. Haec inte-  
 rior censetur iugularis, quae cum sui lateris so-  
 porali arteria versus cerebrum fertur, ac in a-  
 scensu graciles ramulos membranulis sexti ner-  
 uorū cerebri paris in collo & in faucibus etiā  
 septimi paris nervos colligantibus digerit, vni-  
 uerso ductu soporariae arteriae ad calvariae vsq;  
 basim commissa. quò cum peruenit, in duos in-  
 aequales amplitudine ramos disscinditur, ac  
 amplior oblique retrorsum secundum calvariae  
 basim ductus, caluariam simul cum quodam  
 soporalis arteriae ramo ingreditur, foramine  
 vrens sexti nervorum cerebri paris gratia ex-  
 culpto. Qua verò serie in calvariae cauitate  
 praesens ramus digeratur, in cerebri vasorum  
 descriptione assatim persequar: modò autem  
 sat erit, ad calvariae vsque amplitudinem ve-  
 nus, quae eò pertingunt, sermone deducere. Ab  
 ampliori hoc iugularis interne ramo, quum  
 vti diximus in posteriora secundum calvariae  
 basim is contendit, propago diducitur, in elat-  
 tiorē sedem muscutorum pertinens, qui an-  
 teriorem cervicis vertebrarum regionem occu-  
 pant, stomachoq; subiacent. Gracilior verò in-  
 terne iugularis ramus soporali arteria penitus  
 relicta,



relicta, prinato foramine caluariam subit, quod iuxta foramen tertio & quarto pari neruorum cerebri commune calatum retulimus. Priusquam verò ramus ille in duram cerebri membranam digeratur, totusq; in caluariam mergatur, sobolem non admodum insignem ad auditus organum depromit, eam per foramen quoddam transuersum mittens, quod huic soboli & neruulo cuidam quinti paris neruorum cerebri commune censetur. Porò exterior idemq; grandior supra clauiculam facte diuisionis ramus, ab exteriori ipsius latere postquã musculorum dorsum mouentium secundi paris alterum perforauit, insignem à se diducit venam, quæ deorsum versus clauiculam reuoluta ad summũ humerum ipsumq; adeò brachium contendit. Anteaquam tamen huc pertingat, non procul ab ipsius ortu ramum edit, qui in cutem posteriori ceruicis sedi obductam, & externos eius sedis musculos, numerosa venularum serie digeritur. Preter hunc vena sub clauicula brachium petens, alium quoq; grandiozem depromit ramum, in gibbam scapule sedem frequenti etiam sobole dispersum. Deinde quando ad summum pertendit humerum, atq; sub illo in brachium prorepat, priusquam penitus demergitur, in summi humeri cutem propagines derinat, quarũ precipue in cutem

e 3 diger

digeruntur, quæ musculum integit, cuius opa  
brachium attollimus. Eiusmodi propagines in-  
terdum, idq; potissimum in mulieribus, ad ma-  
millarum vsque cutem excurrunt, deorsum in  
priora secundum claviculã errabundo progres-  
su deductæ, & ante sectionem in plerisq; mu-  
lieribus virescente quodammodo aut cæruleo  
colore apparentes. Qua autem serie eius vena  
brachium adeuntis reliquum (quod humerariã  
venam constituit) in manum digeratur, poste-  
riùs dicam, quando peculiari Capite ipsius axil-  
larisq; vene distributionem persequar. Cete-  
rùm maior ramus, quæ supra claviculã haberi,  
atq; ab externo suo latere humerariã germina-  
re diximus, sub cute ac lato buccas mouète mu-  
sculo secundum colli latus ad fauces porrigitur,  
exteriorem efformans iugularem, quæ non pa-  
ri semper modo (vti in vociferantibus, aut aliàs  
vi spiritum retinentibus, & vetulis indies ob-  
seruamus) per colli cutem fertur, sed serè qua-  
druplicè distributionis speciem proponit. Prima  
(quam frequentius est cernere) ea est, quæ vnus  
tantum ramus hic sub cute ad fauces vsque  
procedit, in ipso progressu nullibi insigniter di-  
scissus, sed dumtaxat graciles ramos in muscu-  
los conterminamq; cutem partim recliã, par-  
tim obliquè, & interdum transuersim con-  
scend

Exterioris  
iugularis  
series.

scendentes, variè spargens. Secunda autem ea  
 visitur, qua in medio ductu iuxta colli longi-  
 tudinis medium iugularis in duos insignes ra-  
 mos dirimitur, & unus quidem in priora, al-  
 ter in posteriora quodammodo sursum prope-  
 rat. Tertiam rarius accidere conspiciamus, ni-  
 mirum qua propter claviculam adhuc, ubi  
 humeraria originem ducit, exterior iugularis  
 in duas propagines diffunditur, quæ sursum  
 sub cute inuicem distantes feruntur. Quarta  
 ex tertia paratur. aliquoties enim ille propa-  
 gines inuicem perpetuò distant, ac nusquam  
 se mutuò contingunt. interdum verò ad humi-  
 liorem faucium sedem mutuò rursus coeunt,  
 ac ex ambabus una constituitur vena, quæ  
 mox bipartita, uti modo subiungam, in ramos  
 cessat. Verùm subinde & ex tertia serie al-  
 lia adhuc consurgit differentia. Nam ali-  
 quando altera, neque illa sanè minor propa-  
 go, cuti non subtenditur, musculo recondita  
 qui à pectoris ossis summo & clavicula pro-  
 natus, mamillari temporis ossis processui in-  
 seritur. atque ea propago in eum modum  
 submersa, frequenter adeò insignis occurrit,  
 ut etiam nonnulli dissectionum professo-  
 res hanc internam iugularem videantur  
 appellasse: illam venam interim negligentes,  
 quam prius internam iugularem vo-

minauimus. Vtunque igitur exterior iugularis aut vnica vtrinq; aut in medio per collum ductu, aut statim à clauiculis gemina ascendat, semper cuti quâ proreperit insignes notatunq; dignos offert surculos, ac quum ad fauces vsq; iuxta inferioris maxille humiliorem sedem sub aurium regione contendit, sui portionem ad oris interiora & duram cerebri membranâ transmittit, reliquum verò ipsius in faciei cutem & illius musculos, & ad tempora, & post aures, & vniuersam breuiter capitis cutem transfunditur. Portio interiora oris subiens, in primis suis scissionibus glandulas exigit, quæ in faucibus sunt inferiores, quasq; tertiu glandularu genus in sexto libro recensuimus. His glandulis quæ vasorum hinc præsumunt distributionibus, ab interiori externe iugularis portione ramuli dispensantur, mox notatu digni in laryngem & glandulas ipsi proximè adnatis, & musculos ossis v referentis, & lingue, & vniuersim ad omnes faucium sedes surculi deriuantur, quorum insignis sub lingua secundum ipsius longitudinem proreperit, in multiplices & errabunda serie prorepentes ramulos scissus, Quinetiam ab hac iugularis portione præter grandem ramum qui in caluariam per foramen subit, ad posteriorem mamillaris processus sedem calatum, rami etiã in palatū & tunica  
narium

narium amplitudini obductam digeruntur, à quibus postmodum non negligendæ soboles caluariam petunt. Una enim per foramen, quod secundo cerebri neruorum pari insculpitur, caluariam accedens, in duram membranam aliquot surculis excurret. quemadmodum & altera soboles duræ membranæ offertur, caluariam ingrediens per grandius foramen illorū quæ in octauo capitis osse odorum gratia exsculptur. Hæ soboles quum caluariam ingrediuntur, surculos quosdam oculo elargiuntur, in frontis cutem interdum disseminatos. Exterior externæ iugularis portio per capitis exteriora passim repens, perinde atq; interior, cuius seriem iam absoluimus, mox glandulas suis distributionibus præfectas obtinet, quæ inibi reponuntur, ubi inferior maxilla superiori articulatur. Præsens portio inter has glandulas bipartitur, & vno ramo in buccas, narium alas, & ad frontem variè exporrigitur: altero autem tempora & aurium sedem adit. Hic enim ramus rursus in duos præcipuos surculos diuisus, vñ in sui lateris tempus admodum errabundo & inuoluto ductu digerendum offert: alterum verò post aures & ad occipitis cutem diffundit. Verum exterioris iugularis soboles in faciem ac capitis cutē digestæ, hoc sibi priuatim vendicant, quòd dextri lateris venæ, sinistri lateris venis per-

miscantur, ac inuicem coeant, idq; potissimum in facie & vertice, & imprimis adhuc in fronte: adeo vt frontis vena plerunq; ab vtrarunq; iugularium propaginibus per internos oculorum angulos sursum deductis costetur. Ad haec, per exigua verticis ostium foramina & suturas gracillimae venulae in caluariam procidunt, non aliter atq; rursus ex caluaria in cutem alias emergere tum dicam, quando cerebri vasorum seriem priuatim persequemur. Quippe haec opportunè tantisper dum in caluariam arterias quoq; sermone perduxerimus, asseruabitur, quod varia cerebri venarum arteriarumq; sit commixtio: quam incognita adhuc arteriarum ad caluariam diuicatione, arduum foret percipere. Quanquam interim cuius integrum sit, Caput à presenti septimum, cerebri vasis dedicandum, aut hic, aut ipsius quo id reponam loco aggredi.

Venae axillaris & humerariae per manum series.

CAP. V III.

**V**enas duas à caua in manum propagari, prius relatum est: vnā quidem, anteaquam caua thoracis amplitudinem superet: alteram verò ab externa iugulari, vbi ea clauiculam pectorisq; summum aliquantisper superauit. Haec quòd sub summo humero ipsaq; adeo clauicula in externam brachij sedem procedat, humeraria & cubiti exterior dicitur.

illa autem quod per axillam internamq; brachij sedem prorepat, axillaris interiorq; cubiti vena nuncupatur. Et quamvis vtraq; vena in plurimos pullulet ramos, cum in superficie sub cute, tum altius inter musculos propter ossa deductos, attamen axillaris quanto humeraria grandior ampliorq; visitur, tanto etiam in frequentiores numerosioresq; soboles dispergitur. Humeraria namq; ab externo latere exterioris iugularis longè minori, quàm vulgus arbitratur, intervallo, & interdum à communi cum axillari tronco, quæ is primam thoracis costam superat, principium ducens, atque illos quos precedente Capite recensuimus, ramos dispergens, ad posteriorem clavicule sedem contorquetur, ac sub summo humero prorepens, inter internum latus musculi brachium attolentis, & validum tendinem musculi brachii ad pectus ducentis in brachium procedit. Deius carnea membrana sub cute suffulcitur, deorsumq; porrecta etiam ante sectionem in omnibus euadit conspicua, nisi fortè graciliores omnino venas homo obtineat, obestior ue sit. Porrigitur itaq; recto tramite deorsum per anteriorem (versus exteriora tamè magis) brachij regionem, secundum exterius latus musculi cubiti flectentiū anterioris. In descensu verò ad cubiti vsq; articulum graciles dumtaxat ramos vtrinque

in eis

in cutem sibi proximam, anterioremq; musculi cubitum flectentium prioris sedem dispensat, qui partim recta, partim oblique & transuersim in cute ita prorepunt, vt interdum versus internam brachij sedem ad axillaris vene soboles in cutem digestas pertinere, cum illisq; coire videantur. Quando humeraria cubiti attingit articulum, iuxta exterius humeri tuberculum in tres diducitur venis amplitudine interdum equalles, nonnunquam vero vna ceteris ampliori. Prima (quam frequentissime, ac potissimum in hominibus deesse reperies) penitus obliqua deorsum ad medium flexus cubiti articuli defertur, atq; sub musculorum secundos tertiosq; digitorum articulos flectentium, hincq; ab humero & vna originem sumentium capitibus in aliquot ramos digesta cessat. non autem vti Galenus scribit, alicui axillaris vene ramo (quemadmodum ea quam nunc persequar) commiscetur. Vt enim Galenum axillaris vene portionem sub musculis reconditam minus recte descripsisse obseruabis, ita etiam primae huius humerariae propaginis (si quando haec vnquam cernitur) seriem non est assequutus. Vti sane admodum concinne vereq; eas descripsit venas, quae citra sectionem in nudato, vt in vene sectione fit, brachio plurimum & frequenter illi occurrerunt. Secundus itaq; humerariae ramus, quem cum alijs  
 duobus



duobus paulo supra cubiti articulum derivat, ceteris plerunque crassior existit, & obliquus quoque sub cute ad cubiti cum humero articuli flexus medium descendit, ac cum axillaris vene ramo, quem postmodum commemorabo, coit, unaque ex ambobus ramis, humeraria nimirum & axillaris vena conflat. Tertius humerariae ramus, musculum qui radio iuxta brachiale insertus, radij in supinum motus autor est, conscendit: & paulatim deorsum prorepens, obliquus per radium iuxta medium ipsius longitudinis in externam cubiti regionem perfertur, quam ubi attingit, ut in reliquo super commemoratum nuper musculum ductu, surculos quosdam in proximam sibi cutem depromit, quorum non infimus esse solet, qui ab ipso educitur, quia humeraria in tres illos ramos iuxta externum humeri tuberculum diffunditur. Ceterum tertius hic ramus sensim oblique versus vene appendicem, brachialisque radicem prorepens, tantum alteri cuiuspiam inibi commiscetur vene, hacque ad ductus externam brachialis sedem conscendit, & in aliquot surculos errabundo ductu sparsos dissectus, regionem intercurrit, quae ante parvum digitum & anularem habetur, externa etiam illorum digitorum sede soboles quasdam sibi vendicante. Cuius vero vene propago illa demum sit, quae tertio humerariae

rarie ramo vniri iam scripsimus, subiungam,  
 vbi primùm aliquot axillaris vena propagines  
 absoluero. quippe ab axillaris ramo sub cute  
 per totam vlnæ longitudinem exporretæ, illius  
 propaginis initium pendet. Axillaris itaque,  
 quum primùm axillam superat, brachiumq;  
 subingreditur, inter musculos brachij os ample  
 xantes delitescit, præcipuè verò inter anteriore  
 sedem primi seu interioris cubitum extenden-  
 tis, & posteriorem sedem tendinis muscoli, quo  
 brachium pectori admouetur, & dein iuxta  
 cubitum flectentium musculorum posteriorem.  
 Hæc primùm capitibus musculorum, quorum  
 ope cubitus extenditur propaginem offert, illis  
 venulis è regione eductam, que ab axillari in  
 glandulas hic repositas digeruntur. Post hanc,  
 sed demissius, ex posteriori ipsius sede venam  
 ijdem musculis dispensat, à qua mediocris etiã  
 magnitudinis soboles in externæ brachij sedis  
 cutem disseminantur. Ab externo latere axil-  
 laris vene, alia notatu dignæ amplitudinis  
 propago diffunditur, oblique deorsum sub hu-  
 mero ad externum vsque ipsius tuberculum  
 descendens, ac sub musculis cubitum extenden-  
 tibus occultata, musculorumq; capitibus ab  
 externo humeri tubere pronascentibus, ramu-  
 los quosdam exhibens, ac demum aliquous-  
 que in externam cubiti sedem prorepens, simul  
 cum

cum nervo quem brachium petentium opportune quartum enumerabo. Has propagines axillaris adhuc in alto latitans edit, ipsaq; in duos truncos dissociatur, quos sane accuratissime examinatos velim. non tantum Galeni nomine, quem hæc axillaris divisio latuit, sed eorum quoque qui se operaprecium aliquod in Anatome arbitrantur præstitisse, dum sectionem semel atque iterum aggressi, simul cum axillari vena humerariam porrigi se animadvertisse scribunt, ositanter humerariam (qua etiam vel ante sectionem notissima esse debuit) unâ cum carneâ membrana à brachio auferentes, & postmodum alteram axillaris venæ partem (quam modo persequar) humerariæ loco describentes. Axillaris itaq; hominis vena non procul ab ipsius è thoracis cavitate in axillam egressu, in duos quodammodo pares dissociatur truncos, quorum alter interius atque in profundo toto ductu submergitur, ac arteriæ in manum exporrecte perpetuo attensus, eadem ferè cum ea distributionis serie digeritur, simul etiam nervo brachium aduentium tertio concomitatus. Inter duos enim cubitum flectentes musculos deorsum ad mediam sedem flexus articuli cubiti porrigitur, illis musculis, & dein membranis quibus nervi induuntur ramulos spargens. Quando autem cubiti articulum superavit,

perauit, atq; inter musculos digitorum flexus  
 autores in alto reconditus ferri incipit, in duos  
 dirimitur ramos, qui modicè ab inuicem rece-  
 dentes, ac musculos quos perreptant surculis im-  
 plicantes, vnà cum tendinibus internam sum-  
 me manus sedem petunt, qui per ligamentum  
 in interna brachialis regione anuli modo con-  
 spicuum porriguntur. Rami inibi in alias sobo-  
 les partiti sub tendine feruntur, qui latefcens  
 volæ cuti subnascitur, atque hinc ita in inter-  
 nam digitorū sedem digeruntur, vt binæ sobo-  
 les pollicis, & totidem indici, & vna medio of-  
 ferantur, à ramo qui secundum radium per cu-  
 bitum porrigitur. Ab illo autē qui vnà expor-  
 rigitur, binæ soboles anulari, & minimo, &  
 vna medio exhibentur, ab illoq; ramo surculus  
 musculos adit, qui externam volæ sedem occu-  
 pant, atq; ita ab altero ramo surculus in mu-  
 sculos penitiùs pertinent, qui primo pollicis of-  
 si conuascuntur. In hunc igitur modum axilla-  
 ris truncus sub cute nusquam prodit, totusq; in  
 altis & delitescentibus sedibus absorbetur. Al-  
 ter truncus sensim ex alto ad interne brachij  
 sedis cutem emergit, versus humeri interius tu-  
 berculum properans, ac ante sectionem sub me-  
 dia cubiti longitudinis sede non minus quàm  
 humeralis supra cubitum conspicua. Vbi autem  
 anteriori tuberculo humeri incumbit, ad ela-  
 tiorem

tiorem eius tuberculi sedē paulo elatius quā  
 cubiti cum humero articulus consistit, in duas  
 magnitudine propemodum equales partitur  
 venas, quarum anterior cuti substrata (quem-  
 admodum & omnes presentis trunci soboles)  
 obliquē deorsum ad mediam cubiti articuli fle-  
 xus sedem repit, ac cum secundo humerariae ra-  
 mo ad humiliorem mediamq; flexus illius se-  
 dem coit, vnaq; inibi ex ambabus consurgit ve-  
 na, quam communem, quia ex axillari & hu-  
 meraria constituitur, meritō appellamus. vul-  
 gus tamen medianam vocat, etiamsi Græci &  
 Latinorum præcipui ramos qui hanc commu-  
 nem efformant, medias & obliquas nūcupave-  
 rint. Posterior autem vena huius axillaris iu-  
 cta interius humeri tuberculum bipartitionis,  
 frequentes ramos derivat inferioris cubiti sedis  
 cuti & interioris itidem exteriorisq; sedis hu-  
 miliorum, ac secundū vlnā sitarū regionum  
 cuti inter præcipuos ramos huc excurrentes,  
 vnus secundū vlnæ inferiorē sedē, ad exteriora  
 tamen magis declinans, versus brachiale porri-  
 gitur. Huius rami soboles cum humerariae ra-  
 mo huc contendenti coiens, simul cum illo, ut  
 prius diximus, digeritur. Interdū autem illo hu-  
 merariae ramo deficiēte, ea axillaris vene pro-  
 pago abundē eius rami vices in extrema ma-  
 nu gerit. Præter hunc ramos posterioris illius

Cōmunis  
 venæ con-  
 stitutio.

f axill

axillaris trunci vene primariū, alius ex illa cutem adit, qua posterior cubiti articuli sedes induitur, atq; is ramus in externā cubiti sedem non admodū procul perreptat. Verūm alij etiā rami ab hac posteriori vena in interna cubiti sedis cutem digeruntur, qui vario & admodū incerto implexu permiscuntur & coeunt, surculos ab insigniori illo ramo quem vlna exporrigi dicebam assumentes, aliosq; rursus ipsi surculos impartientes. His surculis & propaginibus in eum modum per cubiti interiora reptatibus, alia frequentissimè accedit non contemnenda, quam axillaris vene ramus communem venā cum humerarie ramo efformans, ab humiliori sede & ex medio ductu emittit. Hæc interdum rectā ad brachiale contendit, interdum verò errabūdo ductu perfertur, alijsq; huius sedis propaginibus commiscetur, quæ adeò graciles sunt varièq; inuicem implicantur, vt interna cubiti regio non minus frequenter quàm tibie venter seu supra varicibus molestetur. Propagines hæc neutiquam ad brachiale terminantur, sed partim obliquè, partim rectā, partim verò trāsuersim, & modo inuicem commixtæ, modo rursus diremptæ, totam summæ manus internam cutem perreptant, ipsi cuti passim connatæ, ac inter cutem carneamq; membranam consistentes. Porrò harum propaginum quæ pollicis radicem

com. seu Veneris, aut vt alijs visum est Martis  
 collem accedunt, priuatim id sibi vendicant,  
 quod ipsis ramus ab illis venis permiscetur,  
 quas a communi vena in externam pollicis  
 regionem diffundi iam dicturus sum. Com-  
 munitatis enim vena ilico atque duabus illis axil-  
 laribus & humerariis propaginibus constat,  
 obliquè deorsum ducitur, ad elatiorem cubiti  
 sedem paulatim contendens, quousque ra-  
 dium paulo ultra ipsius longitudinis medium  
 hinc inde transcendat: neque id eodem sem-  
 per modo, ramos diffundens, & interdum  
 aliunde ab interna cubiti sede alios assumens,  
 ac tandem in externam cubiti sedem peruenit,  
 perpetuò cuti substrata. Vbi itaque hanc se-  
 dem euicit, priusquam mediam radij appen-  
 dicis sedem accedit, supra radium aliquanto  
 ante illius cum brachiali articulum, in duos  
 ramos communis vena diffunditur. Atque hanc  
 sectionem alij Græcorum  $\gamma$  (non autem  $\Gamma$ )  
 alij verò  $Y$  &  $\Lambda$  etiam referre scripserunt. Al-  
 ter istius sectionis ramus, qui elatior est, porti-  
 unculam ad internam brachialis sedem versus  
 pollicis radicem dispensat, que dictis nuper hanc  
 sedem perreptantibus surculis commiscetur. Quod  
 verò elatioris rami reliquum est, exterius inter  
 pollicem & indicem sursum ascendit: atq; hic in va-  
 rias soboles inuicè aliquando vnitas, aliquando  
 f 2 autem

Commu-  
 nis venæ  
 series.

autem rursus seiunctus dispergitur. Alter ramus qui inferius  $\gamma$  aut  $Y$  caput constituit, indicis, & medij, & aliquousque anularis sedem petens, in varias quoque soboles exhauritur. Quippe hec venarum in summa manus cutem series adeò varia est, pugnansq; , vt hanc explicare prorsus arduum sit, præsertim quum inter quamplurimos homines vix duos equali correspondentiq; venarum in ramos propagine inuenias, adde eiusdem hominis dextram sinistra rarè admodum congruere. Operæ precium itaq; fuerit, venarum in manum propagines non hinc, sed ex sectione & ante confectionem in brachijs vinculo interceptis, quum venam diuidimus condiscere, atque ad amussim expendere, quam in venarum sectionibus nostri, si dijs placet, Aesculapj hallucinentur, qui grauius num humeraria, aut communis, aut axillaris in eadem manu diuidenda sit, ridiculè contententes, humerariam sese aperire existimant, quoties venam inter pollicem & indicem aperiuunt: & axillarem, si venam inter anularem & minimum, aut vt alijs arridet, inter medium & anularem incidunt. Ad hæc, quis non conspicit ipsos in cubito quamcunque venam arbitrentur referendam, propemodum nullam præter axillaris vene ramum ad communem venam exporrectū incidere? Cæterum

vt in



vt in extrema manus cute etiam in eodem homine venarum distributio variat, pari quoque ratione & in cubito subinde venarum propagines diuersas videre est. Interdum enim duarum mediarum ad communis venae generationem concursus non in cubiti fit flexu, sed multo humilius, non procul à medio longitudinis cubiti. Aliquando humerarie ramus communem accedens occulitur, axillaris ramo visum non fugiente. Nonnunquam rursus contraria est ratio. Contingit etiam non semel, axillaris ramum, qui ad communem fertur, humerarie ramo longè aut graciliorem aut ampliorè esse, & interdum hunc aut illum geminum videri. Quandoque ( & id non infrequenter ) tertius humerarie ramus externam cubiti sedem accedens, omnino deest, ipsius vicem tunc suppletibus ramulis, qui à communi vena in cubitem excurrunt, ac subinde etiam ab axillaris ramo, qui toti vlnae longitudini exporrigitur.

Venæ cauae portionis ad partes infra

septum tranuersum locatas di-

stricutæ series.

CAP. IX.

**F**requentes sanè & insignes admodum propagines etiam à cauae portione sub iecore lumborum vertebris exporrectæ pullulant, quae in hunc se habent modum. Simulatq; caua secundum posteriorem iecoris sedem deorsum pro-

f 3 repens

Venarum  
seriem cre-  
bro varia-  
re.

repens, non amplius iecori cōnascitur, non nihil obliqua ex dextris quodāmodo corporis partibus introrsum, ad mediū videlicet dorsi fertur, ilico ramū non admodum grandē ex sinistro latere promens, qui potissimu numerosa venularum serie in pinguē membraneamq; sinistri renis tunicam digeritur, quæ à peritoneo pronata, renem inuestit, eundemq; dorso alligatū continet. Hic ramus infrequenter ex dextro caue caudicis latere, venam coniugem adipiscitur. Quandoquidem vena dextri renis pinguem tunicam conterminasq; peritonei sedes accedens, non à caue caudice principium ducit, sed ab elatiori regione eius vene qua dextro reni serosus sanguis deportatur. Aliquando interim vena frequenti sobole in sinistri renis tunicam disseminata, ab ea que in sinistrum renem proficiscitur, originem sumit, ea que dextri renis tunica offertur, à caue dextro latere pronata.

Ad renes  
venæ.

Ceterum caua ab utroq; latere amplissimam propaginem, vbi iam medie vertebrarum sedi inuititur, in renes distribuit, dextram quidem propaginem dextro reni, sinistram autem sinistro deriuans. Atq; vt situs renū varius est, ita quoq; harū propaginū exortus è directo sibi neutiquā correspondet. quū enim dexter ren (vni plerunque accidit) sinistro elatius locetur, dextri lateris propago altius quàm sinistri renis  
prim

principium ducit. Si verò sinister ren dextro superior sit ( quod etiam crebrius quàm dissektionum professores tradunt, euenit ) propago quoq; in ipsum à caua transuersim quodammodo repens, elatius quàm dextra propago principium ducit. Quamobrem verò harum propaginum ortus nunquam è directo inuicem opponantur, in quinto libro, qui renum functiones pertractabit, commemorabitur. Prasens enim sermo cauae ramorum distributioni potissimum est dedicandus. Venae itaq; ad vtrumq; renem protense, grandes admodum sunt, ac quamprimùm concavam renum sedem contingunt, hominibus in duos ramos partiuntur, ac dein in renum substantiam mirabili quodam artificio haecenus nemini Anatomicorum cognito digeruntur. quod nam verò id sit, in quinto libro perstringam. Ceterum priuatim ab humiliore sede venae eius quae sinistrum renem petit, iuxta ductus ipsius ferè mediū, vena pronascitur in viris ad sinistrum testem tota excurrent, praeterquam quod graciles exiguosq; surculos in peritoneum, quae porrigitur, ac in membranas tunicas ve sinistrum testem & seminaria ipsius vasa ambientes producat. Haec enim vena peritoneo, quae id lumborum carnibus insertitur adnata, deorsum super pubis os fertur: quod quāt superauit, atq; ex magni peritonei amplitudine

elabitur, in varios anfractus gyrosq; conuoluitur, quorum basis superiori testis sedi comata, ramulos in tunicam testis substantiam proximè continentem digerit, & alijs frequentioribus ramis in testis substantiam passim disseminatur. quemadmodum quintus liber, ubi generationis organa persequar, diffusius docebit. Vena hæc sinistrum testem accedens, aliquando propaginem à caue caudice sub vena ad sinistrum renem exporrecte principio enatum asciscit: quæ non procul ab exortu sinistrorsum declinans prorepens, cum illa coit, vnaq; seminalis vena ex ambabus consurgit. Vena autem dextrum accedens testem, non à vena in dextrum renem protensa originem sumit, at à vena caudice aliquanto inferius, quam vena renibus exporrecte principium ducunt. Huius seminalis vena exortus, non vt reliquarum ferè propaginum in caua consistit latere, verum ex ipsius eminentiori seu anteriori sede, versus dextrum latus nonnihil hæc seminalis vena exuberanti ac veluti rotunda origine enascitur. Presenti vena ramulum quoque ex ea quæ in dextrum renem procurrit accessisse, ac simul cum ea coiuisse, Galenus sibi semel obseruatum testatur. Ego quoq; totam dextri testis venam à vena quæ reni offertur pronatam semel vidi. Quòd verò hæc vena dextrum testem ea serie

adeat,

Libro de  
Vcnarum  
Sectione.

adeat, qua sinistram sinistro testī porrigi dicebam, vel me tacente, cuius obuium esse sat scio. In mulieribus alia harum venarum est distributio. Quamuis enim illis par cum virorum venis sit exortus, ipse tamen magna ex peritonei amplitudine haud elabuntur, neq; ad pubis ossa pertingunt. Verum ad mulierum testes pinguibus membranis suffulta porriguntur, non vniuersae in seminaria vasa degenerantes, aut totae in testes exhaustae. Nam priusquam ad testes deueniunt, vtriusq; lateris vena bipartitur, ac vna portio venae virorum testī implicitate modo, seminarium vas efficitur. Altera verò in membranas quoq; pingues intertextas, in vteri latera digeritur, elatiorē ipsius fundi sedem potissimum implicans. Praeter seminales venas caua vbi lumborum vertebrae ipsiq; magne arteriae colligatur, ab ipsius inferiori sede quae vertebrae spectat, venas geniculatim diffundit, per foramina nervis in vertebrarum lateribus exsculpta ad dorsalem medullam digestas, & ramos dein à se spargentes in musculos vertebrae adnatos, à quibus rursus aliae soboles in abdominis musculos orbiculatim ad abdominis vsque latera conscendentes, & illis quas perreptant sedibus alimentum suppeditantes. Quum primum verò caua ad sacri ossis vsque summum descendit, atque iam magne

arterie ( que ipsi prius ad sinistrum subijciebatur ) tanquam digniori organo cedit , ac quo minus arteria osis sacri duritia in dorsi motibus molestaretur , caua ipsi arterie se substermit , in duos equales partitur truncos , quorum hic dextro cruri , ille sinistro ( vbi eas quas modo dicam deprompsere soboles ) offeruntur . Sinister enim truncus ( quod & de dextro etiam si non dicatur , per reliquam caue seriem intelliges ) statim in ipsa partitione , aut potius vbi caua in duos truncos supra os sacrum diuiditur , ab exteriori ipsius latere venam promit maiorem ijs quas ad lumborum vertebrae & abdominis musculos , & alios ibidem dorso connexos disseminari diximus . Vena haec interdum ante caue supra hos sacrum partitionem principium ducens , transversim lumborum carnibus insertitur , ipsis & peritoneo abdominisq; musculis ramulos dispergens , & in canibus multo quam in hominibus manifestior . Posteaquam sinister truncus hanc deriuauit venam , oblique deorsum versus exteriora fertur , figuram cum dextri lateris trunco  $\Delta$  literae aut Y in hunc modum X inuersi non ab similem constituens , & aliquot surculos superioribus sacri osis foraminibus offerens . Deinde mox in progressu in duos impares ramos finditur . interior namq; gracilior est exteriori : ac mox duas edit propagines ,  
 quartum

quarum alteram internam, alteram externam manifestioris doctrine gratia, dum Anatomem ostendo, appellare consuevi. Exterior itaque propago tota quodammodo inter sacrum & coxendicis os, quâ maximus nervorum crura petentium ducitur, in exteriora transversim fertur, & numerosa ramorum serie in omnes musculos ab ilium ossis externa sede pronatos, femorisq; motibus famulantes dispensatur, ramulos etiam deorsum in musculos diffundens, qui ab inferiori coxendicis ossis sede principium ducunt: atque ita articuli coxendicis ossis cum femore posterior sedes, & clunium cutis hac exteriori propagine venas mutuuntur. Interior autem propago ab interiori ipsius latere exiguas soboles sacri ossis quoque foraminibus dispensat, & alias his maiores in recti intestini musculos, cutemq; orbiculari sedis musculo obnatam digerit, quæ feculentum sanguinem per anum expurgant, si quando is per venam caavam huc decumbat, eodemq; colligatur. Deinceps hæc interior propago notatu dignum diffundit ramum, qui in viris dextrum vesicæ latus amplectitur, et in plures scissus surculos, vesicæ cervicem seu penem adit, in eumq; numerose digeritur, ea semper serie ut cervici crassiores amplioresq; surculi, quam vesicæ fundo expurgantur. In mulieribus verò præsens ramus  
ab int

ab interna diductus propagine pingui mēbrana  
 suffulcitur, ac quibusdam surculis vesicam qui-  
 dem adit, verum frequentioribus inferiorem  
 fundi vteri sedem intercurrit, ramulos quoque  
 spectabiles in vteri cervicē dispergens, per quos  
 virginibus & nonnullis mulieribus, quæ primis  
 mensibus vtero gerunt, menstruæ purgationi  
 colari dissectionum professoribus visum est:  
 quanquam et in reliquis mulieribus ab harum  
 propaginum oris non minimum eius sanguinis  
 profluere adhuc existimem. Arabum nonnulli  
 quinque numero venulas in medium longitudi-  
 nis vteri cervicis diffundi astruunt, & dextra-  
 rum venarū ora cum sinistrarum oris commue-  
 re committiq; ac ab illis puellarum hymen con-  
 stitui docent, venarū huc pertinentium copiam  
 (vt in Arabum interpretum libris legitur) cen-  
 tonem nuncupantes. Quod verò interioris rami  
 sinistri trunci eius supra os sacrum facte diui-  
 sionis adhuc reliquū est, ad pubis os contendit, et  
 ab externo ramo trunci venæ caue sobolem as-  
 sumit, quæ cum eo interioris rami reliquo con-  
 gressa, vnā cum ipso venam efformat, quæ pri-  
 mum peritonæum, ac dein decimum femur mo-  
 uentium perforat muscolum, & ossis pubis fo-  
 ramen permeans in crus emergitur, proprium  
 sinum in elatiori eius foraminis sede sibi vendi-  
 cans, quo simul cum sua cōiuge arteria ac item

neruo



neruo fertur, ac foraminis eius membranam,  
 & nonum femoris motus autorem musculum  
 transiens, illis quos perreptat musculis ramos  
 porrigit. Quando autem in crus pertendit, in mu-  
 sculos à pubis osse principium ducentes digerit-  
 tur, in elatiorem videlicet secundi tibiam mo-  
 uentis musculi sedem, qui à pubis osium com-  
 missura enascitur. Humilior enim huius muscu-  
 li pars à maiori crus petenti vena ramos sibi  
 asciscit. Deim ab hac pubis ossis foramē transeū-  
 te vena, rami in quinti femur mouētis musculi  
 partem à pubis osse promatam, ac postmodum  
 in octauum femur mouentem musculum & pe-  
 nis etiam musculos digeruntur, à quibus surculi  
 nimis quàm exiles in femoris interne sedis en-  
 tem in inguinum regione prodeunt. Præter ra-  
 mos autem illis musculis & cuti exporrectos,  
 vnus etiam articulum coxendicis accedit, pro-  
 prio sinu coxendicis ossis acetabulum priuatim  
 subiens. Et vtcumq; multifariam hæc crus pe-  
 tens vena digeritur, rarius medium longitudi-  
 nis femoris superat, sed interdum præcipuus  
 ipsius ramus quinto femur mouenti musculo  
 dispensatus, propagini commiscetur, quæ huc  
 pertinet à maiori vena in crus deducta. Exte-  
 rior vene caue trunci ramus, qui oblique crus  
 accedit, priusquam peritoneum perforat, ab ela-  
 tiori ipsius sede venam mediocri magnitudine  
 exprom

expromit, que sursum ad abdominis anteriora  
 per peritonæum ducta, ipsi ramulos quosdam  
 utrobique communicat. Vbi hæc ad istum modum  
 peritonæo connexa ad rectum abdominis mu-  
 sculum conscendit, peritonæum perforans in in-  
 ternam posteriorem, & recti abdominis muscoli  
 sedem inseritur, & utrinque varias soboles in  
 transversum abdominis musculum, & ipsi in-  
 cumbentes obliquos reliquasque proximas sedes  
 distribuit, recto tramite sursum sub recto mu-  
 sculo protensus. Vbi verò ad abdominis mediū  
 paulo supra umbilici regionem prorepit, ipsius  
 extremum in plures surculos diffeminatur, qui  
 ramulos spectant, quos à vena sub pectoris osse  
 ab elatiori thoracis sede delata, diffundi com-  
 memoravimus. Huius venæ interuentu ma-  
 millis cum utero communionem esse credimus,  
 eius quippe beneficio ex mamillarum venis in  
 uterum quum fetus nutritur, sanguinis re-  
 tractionem: quum autē mulier lactat, ex uteri  
 venis in mamillarum venas menstrui sangui-  
 nis reuulsionem perfici, medicis pariter concessum  
 est omnibus. Venam enim deorsum ex alto  
 procurrentē, ramos mamillarum corpori diffun-  
 dere, nemo non scribit: etiā si id non adeò obiter  
 concessum esse velimus. Vena verò ab imo sur-  
 sum conscendens, non ita procul ab uteri venis  
 originem ducit. Deinde alteram venam in ortu  
 quasi

quasi coniugem sortitur, ad pudendum excurrentem. Exterior enim venæ cauae sinistri trunci ramus, quando supra coxendicis os in femur procedens, peritonæum transit, ab interiori ipsius regione aliam promit venam, quæ ad pubis ossis medium quæ inuicem cartilaginis interuentu hæc uniuntur accedens, viris in penis inuolucrum & scortum, mulieribus autem in pudendi colliculos, & in coriaceas carunculas (quas *ρυμφή* vocant) vicinasque sedes numerosa ramorum serie digeritur. Porro vena sub recto abdominis musculo sursum exporrecta nullam parem adipiscitur, quæ in vterum (uti medicorum vulgus arbitratur) descendat: sed uti prius monebam, illa ab ijs quæ in vterum digeruntur non ita multum distat. Quandoquidem ipse principium ab exteriori ramo sinistri trunci venæ cauae pendet, illis ab interioris eius trunci rami interna propagine originem ducētib; atque in vteri cervicem ipsiusque fundi humiliorem sedem diffusis.

Venæ cauae soboles in crus digestæ.

CAPVT X.

PRæter cauae propaginem, secundum posteriorem coxendicis ossis sedem in femur aliquousque propagatam, ad crus duæ descendunt venæ, una quidem angustior, quam per pubis ossis foram

foramen ad quosdam interiozem femoris sedem  
 amplexantes musculos perrepentem, supra fe-  
 moris medium cessare, superiori Capite narra-  
 uimus. Altera verò maior, caterarumq; vena-  
 rum in crus sinistrum (quod & de dextro in-  
 telliges) excurrentium caudex ab externo ra-  
 mo sinistri trunci vene caue supra os sacrum  
 partitionis pendet. Presens vena simulatq; è pe-  
 ritoneo elabitur, elatiorem coxendicis osis se-  
 dem ad internum latus sedis, qua sextus & se-  
 ptimus femur mouentium muscoli descendunt,  
 in inguina labitur, ac anteriorem (versus inte-  
 riora tamen magis) femoris regionem subit, &  
 nullo occultata musculo sinui insidet, qui in in-  
 guine efficitur à longo graciliq; musculo tibia  
 mouentium primo, vnà cum octauo femoris mo-  
 tuum autore. Vena itaque huic sinui seu cau-  
 tati incumbens, in plures ramos discinditur, at-  
 que quo iniurijs minus redderetur obnoxia,  
 primis suis distributionibus Natura frequen-  
 tes glandulas (vti in axillis fit) hic circumpo-  
 suit, que firmam stabilemq; vene propagationem  
 redderent, & quem diximus sinum cum  
 vena simul, & arteria neruoq; hac descenden-  
 tibus opplerent, propugnaculumq; quoddam his  
 vastis efficerentur. Prima huius vene crus pete-  
 tis propago insignis est, ac ab interiori vene la-  
 tere principium ducens, ad interiozem femoris  
 cutem

cutem properat, atque in internam femoris sedem deorsum per genu quoque interiora, & hinc rursus per internam tibiae regionem versus malleolum internam sub cute exporrigitur. & deinde in pedis superiora descendens, variè inibi digeritur, alijs huc pertinentibus venarum furculis commixta. Hanc propaginem ita quidem sub cruris cute carnea suffultam membrana deorsum prorepere obseruavi, verùm quàm interiori exporrigitur malleolo, vniuersim nõ eundem seruat ductum. Quandoquidem interdum ab interna tibiae sede secundum anteriorem malleoli regionem ad pedis superiora excurret, aliquando verò (sed rariùs) sub malleolo contorquetur, illac pedis superiora conscendens. Deinde in ramorum ad pedis digitos & supra pedion serie plurimum variat. Aliquando enim alijs quibusdam ramis hic commixta, ad minimum digitum ipsiq; proximum præcipuè deducitur, aliquando versus pollicem & indicem excurret. Breuiter in eodẽ homine, vix parem vnquam reperias huius propaginis ramorum in vtrisque pedibus seriem. Rami quoque quos in descensu profert, rarissimè inuicem aut numero, aut amplitudine correspondent. siquidem inordinatè ad cutem permeant. vt plurimum autem in superiorem internae femoris regionis cutem, non procul à suo ortu, vtrobiq;

vnam emittit sobolem, ac interior quidem fe-  
 moris interiora & inguina, ipsumq; quasi peri-  
 neum seu interfemineum accedit, quod sedes  
 est inter anum & testes, aut muliebri pudendū  
 consistens. Exterior autem soboles, quæ & cras-  
 sior est, femoris anteriora & exteriora sub cu-  
 te perreptans, similiter ac interior in sirculos  
 digeritur. Quum grandis hæc propago ad me-  
 dium femoris longitudinis quasi deuenit, no-  
 tati dignos ramos hic etiam in cutem disper-  
 git, & inter ceteros vnum gracili longoq; mu-  
 sculo porrigit, quem tibiam mouentium pri-  
 mum recensuimus. Ceterum quando ad genu  
 articulum velut ad posteriora orbiculatim ea  
 propago nonnihil conuoluitur, duas quoque  
 emittit soboles mutuò quidem mole pares, sed  
 exiguas. Vna in anterioris genu sedis cutem  
 secundum patellam dispergitur: altera inte-  
 rioris genu sedis versus genu flexum, cutem ac-  
 cedit. Hæc posterior soboles aliquando penitus  
 deesse, aliquando impense gracilis reperitur:  
 tunc scilicet cum propria genu flexus cutē ac-  
 cedens vena, solito amplior visitur. Ad interio-  
 ris sedis tibie cutē à magna hac propagine, &  
 antrorsum & retrorsum ramuli diffunduntur,  
 qui impari numero sparsi, rursus cum proximis  
 venis variè coeunt, inuicemq; rursus dirimuntur.  
 Super elatiorem verò pedis regionem, vena  
 hæc

hæc quemadmodum commemorauimus, diuersimodè spargitur. Atque hæc propaginis per internam cruris cutem deductæ est distributio. Præter hanc maxima in cruris subiens vena è regione nuper dictæ propaginis, venâ promit, quæ extrorsum ducta in anteriore articuli coxendicis cutè, & eius sedis musculos quoq; distribuitur. Postquam verò maxima vena hæc edidit propagines, penitus inter musculos femoris os amplexantes immergitur, & insignè ramum septimo & nono tibiâ mouëtibus muscularis comunicat, à quo etiâ tenues surculi in cutè deriuantur. Deinceps aliâ magis in profundum distribuit venam, nuper commemorata ampliore, quæ per quintum femur mouentem musculum digeritur, ramosq; in octauum tibiæ motuum autorem musculum dispensat. Ab hac etiam plures venarum soboles in vniuersos propemodum femoris os ambientes musculos propagantur: inter ceteris autè præcipua finè eius venæ, quam per pubis ossis foramen in femur delabi dictum est, ad se assumit, eoq; aduclta, deorsum magis ad genu usque quodammodo inter musculos occultata descendit. Ceterùm maxima vena sensim ad femoris os versus posteriora contorta, ramulos oppido quàm exiles grandioribus femur petëtibus nervis offert, qui in mēbranas nervis obductis digerunt.

Dein aliam emittit propaginem, quæ in posteriore femoris cutem excurrens, furculos etiã sursum cutem subeuntes deriuat. Huic propagini frequenter à ramo quem in maximum corporis musculum dispensari diximus, soboles quædam accedit, quæ vnà cum ipsa commiscetur, & vena ex duabus confluens, sicuti relatum est, cutem adit. Crebrius tamen duæ à grandi vena enascuntur propagines, vna humilior altera. Hæ in progressu inuicẽ vnitæ eã constituunt venam, quæ hic in cutem promittitur, ac vbi ramulos sursum in posteriorem femoris cutẽ germinauit, recto tramite deorsum per mediam flexus genu sedem seu poplitem ad suræ cutem descendit, ipsi numerosam ramulorum seriem porrigens, quæ sibi in omnibus minime correspondet. Verum ramulorum alij rectà, alij obliquè, alij transuersim in cutem excurrunt, & denuò nonnulli inuicem coeuntes permiscuntur ac vniuntur, & deniq; cum vene ramulis subinde coeunt, quam per cruris interiora declinem sub cute ferri diximus. Atque, vt semel dicam, huiusmodi hic venarum implexus digestioq; conspicitur, vt cutem suræ varicum affectu crebrius (perinde ac temporum & interne cubiti sedis cutem) implicari non mirũ sit. Præsens vena per genu flexus cutem in suram descendens, aliquando ad calcem vsq; prorepens



repens inibi cessat, aliquando alijs ramulis per  
 tibie exteriora huc pertinentibus cōmiscetur,  
 & secundum exteriore malleolū porrecta, pe-  
 dis superiora adit, nonnunquā verò & inferio-  
 ra, nullibi interim in altū à cute demersa. Cæ-  
 terum grandis vena femoris ossi quemadmodū  
 scripsimus accumbens, adeò ipsi aduoluitur, vt  
 iuxta genu articulum mediam inter duo hu-  
 miliora femoris capita sedem occupet, Hic in  
 duos impares ramos deducta interiorem (qui  
 exteriori multo gracilior est) ad suræ muscu-  
 los, præcipuè verò ad pedem mouentiū primum  
 & secundum, deorsum mittit, surculis quibus-  
 dam horum superficiem implicans, & subinde  
 etiam surculos in progressu ad interne tibie  
 sedis cutem dispergens. Quum verò interior hic  
 ramus ad tibie humiliorem vsque appendicem  
 perrepsit, atque in dictam nuper cutem surcu-  
 los diffudit, sub interiori malleolo reflexus, in-  
 ternum pedis latus ad pollicem vsque accedit,  
 inibi in cutem vt plurimum absumptus. Ra-  
 rius nanq; inter calcem & tibie os vnà cum  
 tendinibus hac pedis inferiora subeuntibus, ra-  
 mus ille ad pedis digitos proficiscitur. Exte-  
 rior ramus magnis illius in poplite latitantis  
 partitionis nō procul ab exortu in binis rur-  
 sus diducitur propagines, quarū maior eademq;  
 interior penitus inter musculos posteriore ti-

bie sedem occupantes immergitur. Primum nanq; inter capita primi secundiq; pedem moventium musculorum rectè descendit, ac dein inter quartum & quintum pedis motores, & deinde inter musculos digitorum flexus opifices hinc à tibia pronatos fertur, interdum etià ligamentum cõtingens, quod fibulam tibiæ ossi secundùm tibiæ longitudinem colligat. In hoc descensu interior hæc propago illis quos perreptat musculis ramulos offert, à quibus nulli, aut profecto longè paucissimi in cutem subeunt. Iuxta mediũ ferè longitudinis tibiæ præsens interiorq; propago in duos partitur ramos, quorum interior tali cum tibia articulo ramulum offert, ac totus quodammodo unà cum tendinibus à posteriori tibiæ sede ad pedis inferiora reflexus inter calcem & tibiæ os pedis inferiora subit, & sub musculo secundos quatuor digitorum articulos flectente propagatus, duos surculos pollicis & item indici, medio autè digito unicum præbet, itaq; absimitur. Quanquam frequentissimè hic interioris illius propaginis ramus (quæadmodũ & nervus pedis inferiora subiēs) in omnes digitos digeritur, nullo ramo inter fibulam & calcem huc pedem accedente. Verùm alter ramus qui eius diuisionis exterior est, quam paulo antè ad medium longitudinis tibiæ fieri dicebã, fibulæ exporrigitur: &

quum

quum ad infimam tibiæ sedem pertingit, atq; ligamento membraneo, quod tota tibiæ longitudine fibulam tibiæ ossi committit, proximus est, sobolem à se dispergit, quæ ligamentum perforans, vnà cum tendinibus per tibiæ anteriora pedis superiora adeuntibus in pedem fertur, ac musculus pedis digitos in exteriora abducentibus surculos offert, quibusdam etiam ramulis in cutem sparsos. Quod autem alterius rami illius reliquum est, cum septimi & octauæ pedem mouentium musculorum tendinibus in pedis humiliora profici scitur, atq; in minimos digitos dispensatur: nisi fortè interior ramus inter tibiæ os calcemq; pedis inferiora petens, omnibus digitis surculos exhibeat. Variæ enim hic (si alicubi profecto) venarum series occurrit. nam crebrò (quod etiam diligenter in sanguinis è vulneribus fluxu obseruandū est) conspicias internam illam propaginem, quam in posteriori tibiæ sede inter musculos altè recondi dicebam, ilico atq; posteriorem tibiæ sedem contingit, sobolem inter tibiæ os & fibulam per membranicum ligamentum porrigere, quæ secundum tibiæ longitudinem anteriori eius ligamenti regioni attensa, ad pedis superiora fertur. Verum tunc propago illa quæ in posteriori tibiæ sede deorsum properat, ad medium tibiæ non amplius insigni diuisione dissecta, sed sola

pedis inferiora, omnesq; digitos aduente. Interdum rursus inter musculos, anteriorem tibiae sedem occupantes alia soboles reconditur, ab ea propagine quam nondum persecutus sum originem ducens. Reliqua enim adhuc est exterior propago, exterioris rami magne in poplite diuisionis, que ad superiorem fibule appendicem fertur: & quum à propagine quam tibie posteriore sedem occupare dictum est, in anteriores tibiae musculos nulla soboles per membraneum ligamentum ducitur, ab hac exteriori propagine ramus inter septimū & sextum pedem mouentium musculos prorepat, frequenti sobole digestus, in musculos anteriorem tibiae sedis occupantes. Alias verò hæc exterior propago in exterioris tibiae sedis cutem potissimum frequentibus surculis dispergitur: & præcipuo ipsius surculo nunc antrorsum, nunc retrorsum ad interiorem malleolum reflexo, pedis superiora accedit, & potissimum externum pedis latus perrepat, alijsq; huc pertinentibus venis commiscetur, nusquam in altū mergens. Quum itaq; differens variaq; adeò venarum tibiae & pedis cutem implicantium sit series, suaserim eã non secus quàm in manu faciendum præcepi, in variorum hominū cruribus vinculo interceptis, aut calēti aque immer-  
 sis contemplari, modo eam sobolem in superficie

excurrentem, venarum secādarum gratia ex-  
 pendendam duxeris. Ego enim parum superfi-  
 ciarias pedis venas morari soleo, quum iuxta  
 genu ipse eas exercitiū nomine non semel ape-  
 ruerim: quodq; omnes pedis venis ab eodē trun-  
 co, qui scilicet per inguina crus subit, principii  
 ducant. & arbitror Græcos vix alias secuisse,  
 quā quæ internum genu regionem perreptat,  
 & in obesis mulierculis vel ob continuā cru-  
 ris ligationē latet, & dein quæ malleolos am-  
 biunt. Ad eō ut etiam nostræ etatis medicos mi-  
 rer, qui cū alicubi legerint quatuor venas ad  
 pedis superiora pertingere (vti & ego vel sub-  
 cute enarraui) quatuor pedi adscribunt venas,  
 quas magno supercilio in sanguinis missione  
 distinguunt, interim ignorantes ipsarū progres-  
 sum & exortum, ac longē grauiori periculo in  
 pedis superiori sede cum neruorū, tum tendinū  
 occasione, venas secari, quā eam quæ sub ge-  
 nu, atque ad malleolos consistit. vt modo ele-  
 gantem promptumq; sanguinis fluxum silentio  
 præteream. venarum autem quas illi statnunt,  
 primam Saphenā, & matricis venā, & virgi-  
 nalem nuncupant, atq; illam ad internū mal-  
 leolum reponunt. Secundam exteriori malleolo  
 ascribunt, illam Schiaticam nuncupantes. Quæ  
 pollicis exporrigitur, illis hominibus Popletica  
 dicitur, hancq; tertiam numerant. Quartam  
 renalem

venalem constituunt, eam iuxta minimū digi-  
tum diuidentes. Quòd verò ad totius venæ ca-  
næ administrationē spectat, sedulo in sequenti-  
bus libris persequar, vbi earum partium quas  
interreptant sectionem edocebo. Fiet autem id  
in fine quinti & sexti & septimi librorū ac-  
curatissimè. Nam & in septimo communē ve-  
narum, arteriarū & neruorum in manus ac  
crura pertinetiū sectionis rationē instituemus.

De umbilici vena.

CAP XI.

**I**N quinto libro organa foetus peculiaria per-  
sequitur, illum tribus tunicis seu inuolu-  
cris in vtero inuolui contineriq; audies, quorū  
extimum Graeci χορίον, Latini verò secundinā  
& secundas, interdum & loculos, vti & ipsum  
vterum, appellant. In hoc quum infans vtero  
geritur, venarum arteriarumq; in vteri fun-  
dum pertinentium fines terminantur, ac ve-  
lut in nouas venas arteriasq; cessant, quæ nu-  
merosissima ramorum serie in extimum illud  
involucrum digeruntur. Venæ hæc ac arteriæ ex  
infinita propemodū ramorum serie sensim in  
pauciores colliguntur, ac mutuo cœunt, venæ  
quidem venis, arteriæ autem arterijs semper  
vniuntur. Ex his ramis rursus inuicem cœuntibus  
grandiores paucioresq; tantisper constituuntur,  
donec tandem omnes venæ in duas finiantur  
venas, & arteriæ item in totidem arterias.

Venæ

Vene ac arteria ad hunc modum ex secundina collecta, reliquas duas solum involuentes tunicas penetrant, quae etiam à venis ramulos per illarum membranæ corpus excurrentes mutuantur. Quum verò vene ad umbilicum usque prorepserint, mox in unam coeunt venam: imò subinde etiã una tantùm visitur vena, simulatque à secundina abscedit. Hæc umbilicum ingressa peritoneo adnectitur, & sursum conscendens patula iecoris scissuræ insertitur, quæ ad dextrum mucronatæ cartilaginis latus, in anteriori iecoris sede hominibus habetur, & foraminis cuiusdam aut meatus modo hanc umbilici assumit venam, eamq; per iecoris substantiam versus caavam iecoris sedem deducit, non procul à portæ venæ caudicis exortu. Atque id sedulo inter secandum venit expendendum, ne si obiter primum vena in iecur ingressum spectes, illam inter gibbum caavamq; iecoris medium inferi existimes, & non accuratè id iecoris foramen in homine (cui id priusatim obtigit) expendas. Nonnullis animalibus, ut catulis, vnus aliquando & alter ramus in mesenterij centrũ, ab hac vena priusquam iecur contingit, porrigitur. Quod propter quædam Galeni loca in libro de Fœtus formatione, vbi is iecur ante cor, ex huius venæ ductu formari astruit, nõ segniter animaduerti velim.

Arteriariū  
ductus.

velim. Arteriae autem umbilico insertae deorsum ad vesicæ fundi latera porrectæ, ramis magnæ arteriæ post præcipuam supra os sacrum arteriæ divisionem cōtinuantur. Arteriæ enim umbilicum ingredientes, illis magnæ arteriæ propaginibus vnuntur, quas per pubis osium foramina in crus descendere docebimus. Umbilici venæ beneficio fœtus enutritur, & arteriarum munere ipsius insitus calor reficitur. Cæterum quando infans nascitur, hæc vasa simul cum meatu quo ex vesicæ inter intimū & secundum fœtus inuolucrum, illius vrina effertur, ab obstetricibus iuxta ventrem præscinduntur, bruta autem animalia dentibus abrumunt inuolucra fœtus plerunque deglutientia. Quod horum vasorum in corpore adhuc reliquum est, temporis successu exarescit, membranæq; profus redditum, instar funis suam cavitatem deperdit. Qua autem sectionis ratione hæc non modò in fœtuum, sed & senum anatome obserues, in quinto libro vbi nutritionis generationisq; organorū sectionem persequar, prolixè audies. Ne verò venam in adultis hominibus à nobis prætermisam quis arbitraretur, hic umbilici venæ quemadmodum in illis apparet, meminisse volui. Ab umbilico igitur ad iecur vena exporrigitur, quæ iecori, quemadmodum diximus, inseritur. Atque hæc omnia



omnia in aliquandiu natis arida ac veluti ner-  
uea, multoq; adipe obducta visuntur, in facti-  
bus verò ab alijs venis nihil variant. Nunc  
itaq; tempestiuum erit magnæ arteriæ distribu-  
tionem aggredi. Venæ enim arterialis sermo-  
nem tantisper intermittam, donec simul arte-  
riam venalem pertractare, integrum erit.  
quippe operæ precium est, sermonem vtriusq; com-  
munem instituire.

Vnde arteria magna Principium ducat,  
& in quos ramos ipsius ascendens  
pars digeratur.

CAP. XII.

**L**ongè minor inter medicorum ac philoso-  
phorū proceres de grandis arteriæ, quàm  
de venarum neruorum que principijs est dis-  
sensio. Hippocrates nanque, Plato, Aristot-  
eles ac Galenus pariter cor arteriarum fon-  
tem ac originem (vti sanè est) statuunt. Quippe  
erronea prorsus est Pelopis Galeni præceptoris  
sententia, arterias docens simul & venas cum  
neruisè cerebro nasci: non minus sanè quàm à  
veritate simul abhorret eius autoris placitum,  
qui spurium tractatum de venis, Hippocra-  
tis libro de Natura humana interiecit. Quan-  
doquidem, vt cætera taceam, cerebrum vitalis  
spiritus & sanguinis feruidi ac impetu per cor  
pulsuentis, quemadmodum cor, non est princi-  
pium, ac arteria nullibi quàm vbiè corde pro-  
nasci

nasatur, amplior occurrit. Dein hæc quoque illorum dogma improbant, qui arterias ab extremis summisq; corporis partibus nõ secus passim oriri arbitrantur, quàm si quis ab extremis arborum virgulis illarum initium recenseret. Verùm etiamsi non philosophiæ modo, sed & medicine principes cor arteriarum fontem statuerint, nihilominus tamen de cordis sinu, à quo arteria pronasceretur, nonnihil inter se dissentiunt, quum hi quidem ex cordis medio sinu, illi autem ex sinistro, arteriam oriri contendunt.

Arteriæ ortus sedes.

Ceterum hæc dissensio de cordis ventriculis finibus ve potius, quàm de arteriarum origine est. ac proinde nos tantum duos cordis ventriculos enumeraturi, postposita omni controuersia ex elatiori sede sinistri sinus cordis, propter ipsius basis centrum, magnam arteriam originem ducere attestabimur, vbi tertium ventriculum (post dextram videlicet membranam arteriæ venalis orificio præfectam) Aristoteles enumerauit, etsi alia Galeni in libro de Diffinitione venarum sit sententia, nisi fortè perperam Dexterioris pro Sinisterioris inibi in Galeni libro legatur. Magna igitur arteria in hoc ortu orbicularis est, ac hic ipsius amplissima sedes & durior & cartilaginosa consistit. Ipsa autem arteria simulatque enasatur, duos graciles promit surculos, qui coronæ prorsus modo cordis

Coronales arteriæ.

cordis basim unà cū coronali vena amplectentes, cordi secundū ipsius longitudinem ramos transfundunt, quorum plures amplioresq; inibi se offerunt, vbi cordis substantia crassior visitur. est autem id potissimum in ea cordis sede, vbi sinistrum ipsius sinum continet, & quā septum vtrisque sinibus commune porrigitur. Coronarium arteriarum ortus post membranas consistit, quæ resumptionem spiritus sanguinis; ex ipsa arteria in sinistrum cordis sinum prohibere, in sexto libro ostendam. Verū & si coronarium arteriarum par quodammodo sit amplitudo, ea tamen amplior longiorq; cernitur, quæ ex dextro magne arteriæ orificij latere originem ducit. una namq; hinc à tergo dextre membrane pronascitur, altera autem à posteriori eius orificij sede principium sibi vendicat, à tergo posterioris membrane à sinistra interim membrane tergo nulla pronascente. Postquam verò magna arteria coronales deprompsit, à cordis basis centro sursum quodammodo sub vene arterialis caudice conscendit, ac cordis involucri perforans bipartitò scinditur, ac unam ipsius partem, quæ grandior est, deorsum ad quintam thoracis vertebram, & deinde per reliquam dorsi sedem detorquet, in omnes quæ cordi subsunt regiones ramos exhibituram. At minor pars supra cor repositis sedibus

Caudicis  
arteriæ bī  
partitio.

sedibus distribuenda sursum properat, ac statim  
 in progressu asperæ arteriæ innitens, ac vene  
 caue inter membranas thoracæ intersepientes  
 substrata, ex sinistro ipsius latere ramum di-  
 stribuit obliquè sursum ad primam sinistri la-  
 teris costam exprorectum, qui quidem quæ pul-  
 moni accumbit atq; sinistra thoracæ intersepien-  
 ti membrane alligatur, nullas derivat propagi-  
 nes: verùm simulatq; primam thoracis attigit  
 costã, ab humiliori ipsius sede propaginem de-  
 orsum diffundit, quæ costarum radicibus atten-  
 sa, in tria quatuor superiorum costarum sini-  
 stri lateris interualla singulas soboles spargit: à  
 quibus rursus surculi in dorsale medullam, &  
 musculos thoraci vertebrisq; hinc instratos excur-  
 runt. Cæterùm ab elatiori sede eius obliquè ad  
 primã costam conscendentis rami, alia enasci-  
 tur propago nuper commemorata multo am-  
 plior, quæ ad septimæ cervicis vertebrae latus  
 obliquè repës, in huius lateris transuersi proces-  
 sus foramen se inserit, ac deinde per transuerso-  
 rum reliquarum vertebrarum processuum fora-  
 mina conscendens, perinde atq; hæc excurrens  
 vena digeritur. Nã in progressu dorsali medul-  
 læ surculos derivat ea subingredientes forami-  
 na, quæ nervis emittendis rerum Opifex excul-  
 psit. Deinde & musculis cervicem hinc occupan-  
 tibus ab illa propagine ramuli quoq; spargun-  
 tur

tur. Quod verò eius reliquum est, simul cum comite vena per foramen in posteriori sede sinistri capituli occipitis ossis insculptum, caluariam subit, atq; in sinistram duræ cerebri membranam sinum exhauritur. Præter hanc propaginem vertebris exporrectam, arteria quam obliquè ad primam sinistri lateris costam contendere diximus, alia ab anteriori ipsius sede pullulat propago, obliquiori ductu pariter superiora anterioraq; petens. Hæc etenim pectoris ossis summum accedens, ac sinistræ thoracæ intersepientis membrana adherens, declivis perfertur secundum pectoris ossis sinistram latum, quæ ipsi costarum coarctatur cartilagineis. Hæc propago in eosdem omnino ramos digeritur, in quos venam hæc repente dispensari vetulimus, præterquam quod nulle soboles à presenti propagine cutem accedant, nisi forsitan obscurissimæ in mamillæ corpus pertingant. Quæ enim hæc arteria propago pectoris ossi exporrigitur, verarum costarum cartilaginiu interuallis ramos offert, à quibus alij ramuli in musculos assurgunt cartilaginibus incumbentes. Deinde & ab hac propagine in sui lateris membranam quæ thoracis amplitudinem intersepit; & in glandium in iugulo repositum, surculi mittuntur. Quod autem ipsius reliquum est, secundum sinistram mucronatæ cartilaginis latum thoracis

h  
cavi

cavitatem ingreditur, & recto hic abdominis musculo subnatum, ad umbilici quodammodo regionem procedit, in progressu utrinque ad partes abdominis ramulos offerens, & iuxta umbilicum in plures dissectum soboles alterius arterie terminos respicit, quam huc ab imo fissum contendere docebimus. Vbi arteria obliquè ad primam protensa costam, haec tenes commemoratas edidit propagines, sinistram adituram axillam, & musculum perforaturam dorsi moturum secundi paris sinistrum, ab ipsius elationi parte priusquam è thorace penitus labitur, notatu etiam digne magnitudinis ramum derivat, qui in posteriores cervicem occupantes musculos ad occipitum usque disscinditur, nullibi interim cutem subiens. At quum primum illa arteria thoracis cavitatem, & primam costam exiit, utriusque vicinior axillae redditur, ex posteriori ipsius sede ramum utrumque insignem spargit in cavam scapulae regionem, & eius sedis musculos absumendum. Post hunc ex superiori ipsius regione aliam, sed non adeo crassam, depromit sobolem, quae ad humeri cum scapula articulum iuxta summum humerum & scapulae gibbum in ramulos digeritur, quorum unus cum humerali vena ubi adhuc in alto recoditur aliquot usque prorepat. Huic soboli alius succedit ramus, nonnihil demissius ab axilla petente arteria

enatus

enatus, ac in musculos anteriori thoracis sedi  
 instratos numerosa propaginum sobole digestus.  
 Dehinc ramuli in glandes axillæ cavitatē op-  
 plentes ab hac arteria admodū rari spargūtur.  
 Quinetiam priusquā tota arteria in manū ab-  
 sumenda feratur, propago quedā thoracis late-  
 ri exporrigitur, potissimum in musculū excur-  
 rens, cuius beneficio brachium quodāmodo de-  
 cliue dorso adigitur. Quod presentis arterie iā  
 superest, axillari vena concomitatū, ac in bra-  
 chium procedēs penitiūs occultitur, & primum  
 graciles ramos internæ musculorum humerum  
 amplexantium sedi, & membranæ nervos con-  
 tinentibus distribuit. Insuper deorsum sensim  
 adhuc prorepens, & continuo interiori axilla-  
 ris trunco attensa, aliam emittit propaginem,  
 quæ secundum posteriorem humeri sedem, quā  
 ipsi cubitum extendentes muscoli adnascūtur,  
 oblique prorepat ad externum humeri tubercu-  
 lum contendens. Hæc enim propago vnā cum  
 vena quam hæc duci retulimus, & dein cum  
 quarto brachium petente nervo ad externam  
 cubiti sedem pertingit, & sub musculorum ca-  
 pitibus aliquousq; deductus cessat, qui hic ab  
 humeri externo tuberculo principium ducunt,  
 & partim radij, partim autem brachialis, par-  
 tim verò digitorum motibus famulantur. Vbi  
 autem sinistra manus arteria has soboles diges-

sit, inter duos cubitum flectentes musculos re-  
 condita, ipsiq; ramulos præbens, ad medium  
 cubiti articuli flexus prorepat, hic vtrinque ra-  
 mulum ipsi articulo exhibens, & musculi cubi-  
 tum flectentis posteriori insertioni innitens,  
 hicq; subinde pulsus euidentem edens. Hinc ar-  
 teria inter musculum secundos quatuor digito-  
 rum articulos flectentem, & illum qui tertios  
 eorundem digitorum articulos flectit, mergi-  
 tur, ac vbi nonnihil per cubiti internam sedem  
 prorepsit, bipartitò scissus vnum ramum radio,  
 alterum vlnæ exporrigit. Qui secundum radiū  
 fertur, cuiusq; pulsus indies in ægris explora-  
 mus, non procul à brachialis radice sobolem  
 deriuat, quæ sub tendinibus pollicem extenden-  
 tibus ad summam manus externam sedem pro-  
 currit in musculos digesta, qui inter primū pol-  
 licis os & postbrachialis os indicem sustinens  
 collocantur. Quando ramus radio exporrectus  
 illam emittit sobolem, vnà cum tendinibus digi-  
 tos flectentibus transuersum brachialis liga-  
 mentum transfreditur, & sub dilatescente in  
 summa manus tendine, similiter ac vena huc  
 pertinet, & nervus quoq; illi attensus in tres  
 ramos disseinditur, quorum vnus in duas di-  
 remptus propagines internam pollicis regionē  
 accedit. Secundus verò duplici ramo internam  
 indicis sedem implicat. Tertius autem indinisus  
 inter



internum latus interioris medij digiti sedi: con-  
 scendit. Ramus arteriæ qui vlnæ exporrigitur,  
 similiter per transversum brachialis ligamen-  
 tum manus volâ subit, & duos ramulos mini-  
 mo digito & totidem anulari, vnum autē me-  
 dio offert, sed interim nullam sobolem in exter-  
 nam summæ manus sedem dispensat. quâvis in-  
 terim vnam illis musculus porrigit, qui exter-  
 num latus postbrachialis ossis occupât, quo mi-  
 nimus digitum suffulcitur. Rami vlnæ exporre-  
 ti motum haud manifestò percipimus, nisi ho-  
 mo admodû gracilis ac macilentus, aut magno  
 pulsu præditus fuerit. Quippe Natura vt omnes  
 propemodum arterias, hunc quoq; ramum reti-  
 net, tendinibus magis quàm is qui radio expor-  
 rigitur, occultatum, atque ita nusquam earum  
 portionem Natura in cutem conspicuè emittit,  
 quemadmodum soboles à venis passim & fre-  
 quenter perferri prius commemoratum est. Me-  
 ritò igitur nullam in extremis manibus à fo-  
 ris aliam à nuper dicta, quam pollicis ac indici  
 ascripsimus reperies arteriâ, quia ne musculus  
 quidem vnus inibi consistit. At interna regio  
 quoniâ pluribus est septa musculus, ideo multas  
 quoq; arterias sibi vendicat. Ad hunc sanè mo-  
 dum primus arteriæ magne partis superiora  
 petentis ramus diuaticatur, qui ad primam si-  
 niſtri lateris costam contendit. Maior aut am-

pliorq; ascendens arteria partis portio aspera  
arterie inmitens, recta sursum ad glandium in  
iugulo repositum properat. id enim arteria huic  
similiter ac venae lectuli modo subsistitur, ac  
ipsius beneficio ramorum scissio iniurijs inno-  
xie ferendis promptior efficitur. Quum vero  
in hunc modum arteria sursum tendit, prius-  
quam elatiorem pectoris ossis sedem superat,  
adhuc in thoracis amplitudine in duos impares  
ramos finditur. Sinister, qui gracilior est (am-  
plius tamen & ipse) non nihil oblique in leuam  
deflexus, sursum cum interiori iugulari secun-  
dum aspera arterie sinistrum latus per cerui-  
cem exporrigitur, ipsaq; soporalis eius lateris  
arteria censetur. At dexter ramus sinistro cras-  
sior, similiter sursum tendit: et simulatq; prima  
thoracis costam contigit, ex dextro ipsius latere  
arteriam promittit in easdem prorsus soboles di-  
scissam, quae a ramo, qui sinistrae manus offer-  
tur, pullulare scripsimus: ad superiorum videli-  
cet costarum intervalla, ad transversos cervicis  
vertebrarum processus, ad pectoris os, ad poste-  
riores in collo locatos musculos: & ut rem in  
paucis contraham, in eisdem omnino ramos dige-  
ritur, in quos sinistrae manus arteriam desinere  
comemorauimus. Quod vero maioris dextriq;  
rami adhuc superest, crassitie illi congruit ramo,  
quae secundum aspera arterie sinistrum latus pro-  
reperere

Dextra so-  
poralis.

reperere

reperere paulò antè diximus. atq; is huc porrigitur, ita vt ille dexter: secundùm asperæ arteriæ dextrum latus sursum conscendit, ac huius lateris soporale constituit arteriã, quæ vti & sinistra nasotis nuncupatur. Quum autem sinistra lateris soporalis arteria (perinde ac dexteri etiã) ad fauces vsq; pertingit, in duos discinditur ramos, quorù grãdior idemq; interior fauces subit, ac mos laryngi & linguæ propagines derivãs, ad caluariæ basim properat: priusquam verò in caluariam mergitur, in duos impares deducitur ramos. Maior per peculiare foramẽ nulla concomitatus vena, caluariã inibi ingreditur, vbi glãdula cerebri pituitã excipiẽs in quodam osis cuncũ referentis sinu ponitur. Hic ramus mox in ipso ingressu vtrinq; singularis emittit propagines, ac vnã per propriũ foramen ad narium amplitudinẽ dispensat, quæ suo extremo inter nasi cartilagines, adeoq; ad nasi vsq; extremum ita cum aliquot faciei arteriis deperditur, vt tactu etiã ipsius motum inibi percipiamus. Altera propago in latus sinistrum duræ cerebri membrane multipliciter discinditur, ipsum autem arteriæ corpus duas illas diffundens propagines bipartitur, & caluariæ basi suffultum, itaq; diuisum in anteriora nonnihil tantisper repit, donec demò ipsum colligatur. Subinde verò huc vsq; non diuisa, neque

collecta rursus, sed simplex prorsus fertur. Ut-  
 cunq; autem sit, siue simplex huc pertingat, siue  
 prius in duas partes diuisa hic se rursus colli-  
 gat, inibi insignem utcunq; ramum per secundi  
 neruorum cerebri paris foramen ad oculum &  
 anteriorem temporalis muscoli sedē distribuit.  
 Quod verò ipsius reliquum est, duram cerebri  
 membranam perforat, ac partim in tenuem ce-  
 rebri membranam, partim ad sinistrum cerebri  
 ventriculum conscendit, plexum inibi faciens  
 quem secundinis seu extimo fœtus inuolucro tū  
 comparabimus, quando cerebri vasorum seriem  
 secundo ab hoc Capite persequemur. Vbi etiam  
 paulo diffusius que iam postremo loco com-  
 memorauimus repetam. Alter ramus arteriæ partis,  
 uti dicebam, ad caluariam ducte, cum coniuge  
 vena in posteriora secundum caluariæ basim  
 fertur, & ramulum musculis cervicis verte-  
 brarum anteriorem sedem occupantibus, iuxta  
 primæ secundæq; vertebrarum interuallum of-  
 fert. ac dein caluariam ingreditur: & commu-  
 ne foramen cum sexto cerebri neruorum pari  
 nactus, simul cum vena in sinistrum seu secu-  
 dum duræ cerebri membrane sinum exhauri-  
 tur. Porro sinistra soporalis ad fauces diuisionis  
 exterior graciliorq; ramus, genis seu buccis ra-  
 mulum offert, penitus latitantem. Insuper in  
 duas propaggines sectus, unam sinistro tempori,  
 alteram

alteram secundum sinistrae auris posteriorem sedem digerit, pulsum etiam edentes sensibilem. Atque in hunc sane modum ascendens arteriae pars in ramos finitur.

Amplioris descendensque; magnae arteriae trunci in suos ramos series. CAP. XIII.

**T**RUNCUS magnae arteriae deorsum ad thoracis vertebrae explicatus, ab infima ipsius sede qua vertebrae incumbit, non autem lateribus, utrinque propagines in octo inferiora thoracis intervalla derivat, quae similiter ac venae coniuge carentis rami secundum intervalli ductum ad costarum usque cartilagineas in veris costis prorepunt, spuriarum vero costarum intervalla excedunt, in abdominis latera magis quam ipsae costae pertinentes. Ab his propaginibus ramuli in dorsalem medullam per foramina nervorum gratia in vertebrae sculpta, ac deinde ad musculos vertebrae thoracis; adnatos sparguntur, pari omnino serie qua venam coniugis expertem disseminari superius proditum est. Ipsae autem arteriae truncus vertebrae corporum sinistrae sedis quodammodo innitens, deorsum sub septo transverso qua id undecimae thoracis vertebrae corpus respicit, extra thoracis amplitudinem labitur, ac mox utrobique septo transverso unam offert propaginem, quae in plures secta surculos, in humiliores septi iuxta verte-

bras sedem precipue deperditur, soboles sursum ad septi elatiora adeoq; ipsum cordis involu-  
crum quâ id septo adnascitur spurgens. Post commemoratas propagines magna arteria, ex elatiori sui corporis sede, vnum promit truncum, ramos in ventriculum, iecur, bilis vesiculam, lienem, omentum, & duodenum intestinum, & colon quoque vbi ventriculo id exporrigitur, ad hunc modum offerentem. Præ-  
sens truncus simulatq; prodit, elatiori sede inferioris membrane omenti suffulcitur, ac in duos magnitudine propemodum æquales ramos diremptus, hunc qui gracilior paulo est dextrorsum, illum verò qui modicè amplior visitur sinistrorsum mittit. Dexter ramus vene porte in glandoso corpore, quod sub ventriculi posteriori sede huic omenti membrane intertextum cernitur, adnexus, sursum ad iecoris cauum contendit, in medio ductu ex humiliori ipsius sede surculum inferiori omenti membrane, ipsi que adeò colo intestino hic deriuans. Post hunc ab elatiori parte sobolem ventriculo exporrigit, que in posteriorem ipsius sedem quæ is dorsum spectat, pauculis ramulis digeritur. Ex humiliori rursus sede, dexter arterie ramus ad iecoris cauum tendens, duas denuò profert soboles. Vnum cum vene porte ramo intestino diffundit, quod duodenum appellamus

pellamus, secundum cuius mediam longitudi-  
nem & aliquousq; ad ieiuni intestini initium  
ea soboles porrigitur. Altera nuper commemo-  
rata paulo amplior, ad dextram fundi ventri-  
culi sedem retorquetur, & superiori omenti me-  
brane innixa, ex elatiori sede in anteriora &  
posteriora fundi ventriculi ramulos frequenti  
sobole spargit, perinde ac ab inferiori sua sede  
alias in omenti superiorem membranam ducit.  
Atq; hæc arteriæ cum portæ venæ ramo hæc ex  
porrecto ad medium fundi ventriculi cessat.  
Quod verò dextræ arteriæ rami adhuc super-  
est, postquã ab eminentiori duos insigniter exi-  
les surculos bilis vesiculæ transmisit, in ramu-  
los aliquot sectum ad iecoris cauum termina-  
tur, non admodum altè in iecoris substantiã dis-  
seminatum. Sinister ramus ab arteriæ caudi-  
ce prodiens, quem dextro modicè crassiores  
esse dicebamus, inferiori quoque omenti mem-  
brane ipsiusq; glandoso corpori committitur,  
coniungens se venæ portæ ramo, in tot quot il-  
le soboles digerendus. Mox enim præsens arte-  
riæ ramus ab eminentiori sede propaginem  
ventriculo qua dorso innititur offert, que pri-  
mum sobolem vnam vtrinq; in mediam ven-  
triculi sedem eius quæ dorso incumbit regionis  
exporrigit. deinde sursum ascendens, venæ  
portæ modo superius ventriculi orificium co-  
ronæ

rone inſtar appoſitiſſimè cingit, ramulos ven-  
 triculi corpori & graciles ſurculos ſtomachi  
 termino, quo is ventriculo continuatur, diſtri-  
 buens. Inter reliquos autem ramos vnus ſecū-  
 dūm ventriculi ſuperiora dextrorſum expor-  
 tetus, ventriculi humilius adit oriſcium, ſurcu-  
 los quoq; in progreſſu anteriori & poſteriori  
 ſedibus ventriculi depromens. Sinister arterie  
 ramus lienem potiſſimum accedens, ab humi-  
 liori ipſius ſede propaginem in inferiorē omenti  
 membranam diſſundit, quæ paulò poſt exor-  
 tum in duos ramos inuicem valdè diductos di-  
 ſcinditur, numeroſam arteriarum ſobolem de-  
 orſum in nunc dictam omenti membranam et  
 colon inteſtinum propagantes. Hac edita pro-  
 pagine, ſinister ille arteriæ ramus ſinistrorſum  
 magis ducitur, & vene ipſi attēſe ritu in duas  
 diſſunditur arterias: & hæ ruruſus in alias tan-  
 tiſſer dirimuntur, donec frequenti ramorum  
 ſerie lienis cauo ſecundūm rectam lineam im-  
 plantentur. Priuſquam verò omnes arterie in  
 lienem ceſſent, ab humiliore parte eius quæ de-  
 miſtorem lienis ſedem adit, plerunq; ramulus  
 inferiori membrane omenti offertur. Deinceps  
 ab illa arteria, quæ inſimæ lienis arteriæ proxi-  
 ma eſt, priuſquam hæc in lienem deperditur,  
 propago pullulat, quæ ſuperiori mēbrana omenti  
 ſuffulta, dextrorſum ad ventriculi fundum  
 cont



contorquetur, *sinistramq;* ventriculi fundi sedem perreptans, geniculatim ramulos anteriori & posteriori sedibus, ac dein superiori membrane omenti soboles spargit. Item ab alijs lienem aduentibus arterijs ramuli enascuntur, qui *sinistrum* ventriculi latus illo prorsus modo adeunt, quo à venis lienē petentibus propagines eodem pertinere, superius commemoratum est. Caterum à magne arterie corpore, paulo inferius quàm truncus cuius iam seriem absolvimus, principium ducit, ab elatiori quoque corporis parte alia promitur arteria, que in superiorem mesenterij sedem in plurimas soboles diffusa, venę portę modo excurrit in ieiunum, & *ilium* & coli intestini partem, que à iecoris cavo ad dextrum renem vsq; pertinet. Post hanc inferius paululum ab utroq; magne arterie latere, ampla educitur arteria in *sinisteris* renem, quemadmodum & vena, transversem prorepens. Hęc arterie in venas integre absumuntur, vixq; venarum modo ramulos notati dignos in pinguem renum tunicam disseminant. Insuper ab arteria *sinistrũ* renem accedente, ac demissis plerunq; quàm ea que *sinistro* reni offertur, principium sumentis, *seminales* arteria non enascitur, sed frequentissimè (vt et dextri testis arteria) ab arterie magne corpore originem ducit. Aliquantulo enim humilioris quàm

Renum arteria.

Seminales arterie.

quàm dextræ seminalis vene initium à caua exurgit, ab anteriori arteriæ magnæ sede seminalium arteriarum exortus pendet, quæ ipso ortu inuicem sunt conterminæ: ac dextra quidem caua vene corpus transcendens, dextræ seminali vene attenditur, quousq; pubis os superans, ac ex magna peritonæi cavitare excidens, ipsi vene permisceatur, atq; cum illa anfractus gyrosq; efformet, quorum basis humilior' ve sedes superiori testis regioni implantatur, ac testis substantiæ & hanc proximè inuoluenti tunicæ ramos præbet. Ad hunc quoq; modum sinistra seminalis arteria sinistræ congregitur vene, & in mulieribus quoq; arteriarum series earundem venarum distributioni penitus congruit. Vt scilicet media arteriarum pars in testes adeat, seminaliaq; vasa constituat, altera autem simul uteri implicet. Enarratis hæcenus propaginibus, alia succedit, inferius quàm seminales arteriæ, ab anteriori etiã magnæ arteriæ sede principium ducens, & in humiliorem mesenterij sedem distributa. Quandoquidem hæc in colum intestinum, quâ à liene ad rectum vsq; intestinum prorepat, ac dein in ipsum quoq; rectum in primis digeritur. A posteriori autem seu inferiori magnæ arteriæ sede, qua hæc vertebris committitur, geniculatim ramuli vtrinq; ad singulas lumborum vertebrae promuntur, qui in dorsalem medullam

medullam & musculos vertebris hic adnatos  
 excurrunt. Atq; huiusmodi ramuli inuicem ferè  
 amplitudinis ductusq; specie conueniunt si mo-  
 do vnicam vtrobiq; propaginem exceperis, quæ  
 quum cæteris insignior multoq; crassior sit, ac  
 iuxta sacri osis summum præcipuè prodeat, non  
 solum musculos vertebris attensos accedit, ve-  
 rum transuersim per peritoneum abdominisq;  
 musculos ad latera vsq; abdominis exporrigi-  
 tur. Hactenus magna arteria in lumborum re-  
 gione venæ caue sinistro lateri succubuit. quum  
 verò sacri osis principium attingit, venâq; con-  
 scendens, in duos grandes truncos instar  $\Upsilon$  ad  
 hunc modum  $\Lambda$  inuerset bipartitur. Fit verò se-  
 tus huius permutatio propter arteriæ dignita-  
 tem. Quum enim hæc dignior nobiliorq; censea-  
 tur, non immeritò ipsam magis quàm venam  
 recondi, occultari, et in alto corporis ferri, ac de-  
 mum iniurijs ferèdis pertinacè effici, sagax re-  
 rù Opifex voluit. Nec verò hic ab excarni osis  
 sacri initio in dorsi motibus arteria præptè læ-  
 datur, superpositâ prius arteriam inibi venâ su-  
 periorè esse, illamq; hanc conscendere voluit, vt  
 venâ instar substerniculi cuiusdâ arteriæ sub-  
 deretur. Ceterùm priusquam venâ cum arte-  
 rijs in crus delabantur, quâ iam sacrum os va-  
 sâ superarunt, venæ arterijs superiores rehun-  
 tur. arteriæq; quoniam digniores sunt, sub venis

reconduntur. Rami verò qui à magne arterie supra sacri ossis initium diuisione prodeunt, venarum ramis exactissimè correspondent. Si exiguos fortè surculos secluseris, qui ab humiliori arterie sede, quàm hæc primum bipartitò scinditur deorsum ducti, ac osse sacro suffulti, ipsius foramina subeunt, hac dorsalem medullam posterioremq; sacri ossis sedem petentes. Atque hæc interdum adeò insignes occurrerunt, vt sectionum rudes has venas esse arbitrarentur, que in recli intestini finem, seu anum desinentes, feculentum sanguinem nonnunquam expurgarent. Sinister itaque, quemadmodum & dexter huius supra os sacrum facte diuisionis truncus, non procul à diuisione in duos grandes partitur ramos, quorum interior exteriori gracilior est: ac ilico duas à se diffundit propagines, quarum vnã rursus interiorem, alteram verò exteriorem doctrine studio non ineptè appellabis. Exterior simul cum vena inter sacrum os & ilium os, quàm hæc inuicem debiscunt, in exteriora transuersim exporrigitur, & frequenti vt cunq; sobole musculos ilium os amplexantes, ipsumq; adeò coxendicis articulum implicat. Anterior autem in viris vesicæ fundo, & ceruici ipsius seu peni, & paucas admodum etiam podici soboles dispensat. In mulieribus verò, quibus hæc propago grandior

vise

visitur, in humiliorem fundi vteri regionē nu-  
 merosa serie distribuitur. Neq; is vteri duntaxat  
 insitum calorem resocillat, sed & fetus  
 quoq; quando is vtero geritur. Dein hæc propa-  
 go præter vterum, etiã muliebrem vesicam, &  
 vteri cervicem ramulis quibusdam intertextit.  
 Quod interioris rami qui binis nunc explica-  
 tus eduxit propagines reliquũ est, deorsum re-  
 pit, sui lateris arteriam, quæ in umbilicum fer-  
 tur, admittens. Arterie etenim ab umbilico se-  
 cundum fundi vesicæ latera deorsum ductæ, ac  
 in natis hominibus coriæ inanesq; reddite,  
 in sui lateris ramum inseruntur, ipsi ve conti-  
 nuantur, quem modò ab interiori illo ramo re-  
 liquum esse deorsumq; ferri dicebam. Is nanq;  
 non minus quàm vena ipsi attensa pubis ossis  
 foramen petit. Priusquã verò id transit, propa-  
 ginem assumit ab externo trunci ramo, vbi is  
 iam in crus est prolapsurus. Præsens itaq; ra-  
 mus ea propagine aductus, per pubis ossis fo-  
 ramen ducitur, & in musculos foramen id oc-  
 cupantes, & illos qui à pubis osse principium  
 sumunt dispergitur, perinde ac vena pubis ossis  
 foramen transiens. Ac quemadmodum hæc  
 iuxta medium longitudinis femoris extremo  
 quodam ipsius surculo alteri venæ in quintum  
 femur mouentium musculum dispensatæ com-  
 miscetur, ita sanè & præsens arteriæ ramus  
 i suo

suo sine cum alia coit arteria, quam illi musculo à maxima cruris petente arteria distribuit non ita multo post subijciam. Exterior namque ramus sinistri trunci eius divisionis, quam supra os sacrum fieri dicebam, per inguina in leuum cruris descendit: anteaquam verò peritoneum permeat, propaginem sursum peritoneo exporrigit, que ad rectum abdominis sui lateris musculum accedens, surculos in conterminas sedes transversim utrinque digerit. ipse autem sursum ad umbilici usque regionem properans, in ramulos disscinditur, qui arterie eodem à pectoris regionibus tendentis ramulos spectant, ac mamillarum cum utero communicationem (si modo arteriarum beneficio aliqua sit) prebent. Quum verò grandis arteria in cruris descendens peritoneum superavit, ramulum ad pubis osium commissuram mittit, qui exiguus est, neq; ut eò tendens vena in multis soboles dispergitur, quarum ne una quidem cutem subit, nisi fortè exilis que epia in penis involucri diffunditur. In crure autè, arteria modo venæ subiecta, ipsaq; vena veluti propugnaculo munita, ramum in anteriores femoris os amplexantes musculos digerit, qui etiã in frequentes scinditur soboles, nullam tamè cuti exporrigit. Deinde à grandi arteria aliis educitur ramus, in quintum femur mouentè musculum, & eos qui in-

Arteria in  
crure se-  
rics.

ternam femoris sedem occupant musculos, ad genu usq; quodammodo in propagines sparsam, & quadam ipsius sobole illius arterie extremo commixta vnitamq; quam per pubis osis foramen in crus pertingere scripsimus. Ceterum ipsa grandis arteria sensim deorsum prorepens, secundum femoris os ita conuoluitur, vt ab anteriori inguinum sede inter duo inferiora femoris capita in poplite consistat, nusquam non vena gradiori que crus accedit concomitata. In hoc per femoris posteriora descensu, arteria propaginem educit, que in musculos posteriorem femoris sedem occupantes excurrit, & aliquosq; cum illis venarum propaginibus deducitur, quas venam efformare docui, que per genu flexum seu posteriorem ipsius sedem in sine cute sparsis sobole pertingit, arterie interim nulla propagatione ad cutem emergente. At grandis arteria in ipso poplite, vt diximus, recedita, vtrinq; propagationem emittit in alto quoq; occultata, & in genu articuli latus penitus digesta. Vbi vero arteria tibiam subire incipit, ab externo ipsius latere ramum diffundit, qui fibula exporrectus inter septimum & octauum pedis motus autorum musculos reconditur, atq; in reliquos qui anteriorem tibie sedem sibi vendicat, soboles ultra medium longitudinis tibie digerit. ipse autem arterie truncus inter capita duorum primorum pedum

dem mouentiū musculorū repens, inter quartū pedis motuū opificem musculum, & duos quorum beneficio vltimū digitorū flectuntur articuli, ac quintū pedem mouentiū occultatur, neq; multum à ligamento membraneo fibulā tibiæ ossi secundum totam fibule longitudinē colliganti distat, & sub medio longitudinis tibiæ in duos ramos dirimitur, quorū interior inter calcem & tibiæ os pedis inferiora subit, vnā cum musculorum tendinibus humiliora pedis hāc petentibus. In descensu interior ille ramus surculum tali cū tibiæ articulo offert. In pedis verò planta inter musculum secundos quatuor digitorum articulos flectētem, & tendines qui tertios articulos flectunt repositus, in duas primū partitur soboles, quarum vna duplici ramo inferiorem pollicis adit sedem: altera verò in progressu in duos surculos digesta, vnum ad indicem derinat, in duos tamen prius derivatū ramulos: alterum verò surculum interno lateri inferioris mediū digiti sedis, indiuisum offert. Exterior ramus illius quæ ad medium longitudinis tibiæ sit diuisionis, inter fibulam & calcem pedis inferiora accedit, vnā cū tendinibus septimi & octavi pedem mouentium musculorum. atq; hic in duos minimos digitos & externum latus mediū digiti disseminatur: in ipso autem ad pedis inferiora progressu, tali cū tibiæ



bia articulo propaginem præbet, & aliam hac  
 longè grandiore digere, sub interiori malleo-  
 lo ad principium illorum musculorum qui pollicem  
 & tres digitos ipsi proximos in externum la-  
 tus abducunt. Hæc propago in superiori pedis se-  
 de motum etiam edit tactu sensibilem. Verùm  
 ut venarum pedem subeuntium seriem varia-  
 ri suo loco relatam est, ita sanè & arterie di-  
 stributio inibi discrepat: quippe interdum, neque id  
 infrequenter observabis omnibus digitis surcu-  
 los offerri, ab illo ramo quæ pedis inferiora in-  
 ter calcem & tibiã petere diximus, illo qui fi-  
 bula exporrigitur plantã non accedente. at tunc  
 ab arteria in posteriori tibiæ sede recondita, grã  
 dis ramus per membraneum ligamentum tibiæ  
 ossi fibulã, quã hæc ossa inuicem dehiscunt col-  
 ligans, in anteriorem tibiæ sedem pertinet: at-  
 que inter eius sedis musculos occultatus, unã  
 cum eorundem tendinibus per transversum li-  
 gamentum in anteriore tibiæ sede conspicuum,  
 in superiorem pedis regionem deriuatur, muscu-  
 lis illis qui digitos in externum latus abducunt,  
 quodammodo recõditus. Atque hic ramus inter-  
 dum ligamentum id membraneum transit, mox  
 sub genu articulo, ubi tibiæ os à fibula pri-  
 mum dehiscere incipit, interdum verò iuxta infe-  
 riorem tibiæ sedem, prout nimirum ramus quem  
 arteria tibiã subiens, versus octauum & septi-  
 mum

num pedem mouētes musculos digerit, aut demissius fertur, aut elatius in ramos dissectus cessat, aut etiā prorsus deest. vtrumq; enim accidere reperi, quum summo studio non arteriarum solum, sed & venarū neruorumq; seriem primū discere, ac subinde tum priuatim, tum publicè ostendere, ac demum hic veriùs quàm elegantius describere sum conatus.

Venarum arteriarumque cerebri series,

CAPVT XIII.

**D**VM superius venæ ramos caluarie basin ingredientem recenserem, vtrinq; sex eos obseruari relatum est. Arteriarum verò seriem persequens, vtrobiq; etiam tres arteriarū propagines caluariam subeuntes enumeravi. Ac prima quidem illius enarrationis venæ propago ea censebatur, quæ per transversos cervicis vertebrarum processus conscendens, caluariam petebat. Secunda ac tertia interne irregularis venæ rami erant, vnus qui ceteris caluarie immixtis venarum propaginibus crassior ampliorq; uisitur: ac per grande foramen, quod etiam sexto cerebri neruorū pari paratum est, caluariam ingreditur, prius propaginem in anteriorem vertebrarum sedem versus primā & secundam cervicis vertebram diffundens. Alter peculiari foramine iuxta tertij quartiq; pa-  
rium

rium cerebri nervorum inciso utens, caluaria  
 citra arterie consortium subit. Quartam ve-  
 rò venam externae iugularis sobolem esse scri-  
 psi, quae priuato foramine caluariam petit, ubi  
 Δ imitans sutura postremae parti temporis cõ-  
 missurae iungitur. Quinta demum illa est, quã  
 per foramen secundo cerebri nervorum pari in  
 caluariam porrigi dicebam. Sexta autem &  
 vltima caluariam subintrat per foramen in  
 octauo capitis osse exculptum, quod eorum fo-  
 raminum quae odoris gratia calari putamus,  
 maximè anticum & grandius quoque cerni-  
 tur. Prima arteria quum magne arterie se-  
 riem persequerer, illa occurrit, quae vna cū pri-  
 ma caluariam subeunte vena, per transuersos  
 cervicis vertebrarum processus sursum attolli-  
 tur, atq; simul per idem foramen cum iam di-  
 cta vena in caluariam mergitur. Ceterum se-  
 cunda & tertia, rami soporalis arterie cense-  
 bantur. Vnus, quem venae coniunctum per fo-  
 ramen nervi sexti paris cerebri caluaria ingre-  
 di, atq; propaginem ad anteriorem cervicis ver-  
 tebrarum sedem derivare dictum est. Alter ve-  
 rò, qui commemorato nuper ramo amplior ap-  
 parens, absque vena comite per proprium si-  
 bi foramen caluariam petit. Atque huiusmo-  
 di ferè arteriarum venarum quae in altero tan-  
 tum latere caluariam subeuntiu est numerus.

qua autem ratione & serie inuicem committantur & coeant, rursusq; dirimantur, ac variè in cerebri membranis excurrat, hic enitar persequi, id ante omnia monens, nullã prorsus venam aut arteriã in cerebri substantiam ad eum modũ intexi, quo pulmonibus, lieni, iecori, et plerisq; etiã musculis eiusmodi vasa implicari nouimus. Nam vasa cerebri membranis duntaxat conteta, passim cerebro accumbunt, vixq; vllibi ipsius substantie adnascuntur, quẽadmodum in sermone progressu audietur diffusius. Dura igitur cerebri membrana ubi quadam ipsius portione inter dextram & sinistram cerebri partem consistit, ac dein vbi inter cerebrum & cerebellum implicatur, penitiusq; velut septum quoddam subintrat, sinus quosdam exigit venarum modo oblongos, & venis caluariam petentibus capaciores: sed interim venarum modo neutiquam teretes existunt. Verũ horum sinuum cavitates secundum ipsorum ductus longitudinẽ insinuata, trianguli speciem exprimit: non quidẽ cuiusuis, sed quibus costis longitudine paribus, & instar quartæ partis circuli incuruatis constat. Neq; rursus trianguli costarum obliquitas seu incuruatio, in omnibus sinibus eadẽ existit. nam hæc (vbi postea auditurus es latius) alicubi trianguli imaginẽ refert, cuius vna costa extrorsum obliquat

liquatur, reliquis duabus introrsum flexis: alibi verò trianguli formæ cavitates hæc accedit, cuius tres costæ æqualiter introrsum obliquantur. Præsentes sinus non solum venarum usum, sed & arteriarum quoque præstant, quanquam id à Galeno ceterisque dissectionum professoribus haud animaduersum fuerit, quum illi hos sinus venarum munere tantum fungi arbitrentur: neque sinus eos arteriarum ritu pulsare è viuorum sectione, aut vulneratorum inspectione obseruauerint. Quæmetiam ipsis non videtur perceptum fuisse, in istos sinus & venas & arterias pariter exhauriri, suamque quam amplexantur & continent materiam infundere: venas quidem sanguinem crassiorē, arterias verò vitalem spiritum simul cum sanguine impetu per corpus diffusio. Præter istos sinus, in duræ membranæ implicationibus sinuatos, hæc alios quam plurimos obtinet: ex quibus (quemadmodum & nuper commemoratis) frequentes ductus in tenuem cerebri membranam, ac cum hac quoque in cerebri ventriculos excurrunt, qui omnes exactè teretes venis similiter, cavitates exigunt, non tamen vniuersi pariter animanti usum præbent, quum nonnulli venarum pariter arteriarumque munere fungantur, alij venarum duntaxat, alij arteriarum. Atque hæc ambo, cerebri membrana inter reliquas corporis partes peculiar

culiaria, rara, & priuata sortiuntur, eandem nimirum cavitatē ductum ve arterie & vene pariter munus obire, & interim ipsos in membranarum corporibus ductus seu sinus neq; venam, neq; arteriā proprie censei posse, verum proprias quaslibet implicationes, ac tales omnino fistulas sinus ve, quales quis formaret, quando stylos crassiori cuiuspiam corio secundum ipsius crassitiem in longum, quasi venariū sinus, extructurus impingeret. Quapropter horum sinuum, aut fistularum, aut cavitatum, aut venarum, aut arteriarū si maius seriem enarraturo, variè nunc hac, nunc illa voce, prout negotio accommodum videbitur, vti, quid prohibebit? In vno itaq; latere (par enim vtriusque est ratio) sex caluariā subingredi diximus venas, & tres arterias. ac prima vena simul cū prima arteria, que per transversos cervicis vertebrarum ducuntur processus, deinde secunda vena, & secunda arteria omnes simul in vnius duræ cerebri membrane sinus initium confluunt, qui ad earum quas modo retulimus venarum & arteriarum in caluariam ingressum incipit: ad latus nimirum maximi in occipitis osse foraminis, quo dorsali medulle via prebetur: deinde & ad eminentiorem foraminis sedem, quod sexti paris nervorum cerebri gratia insculpitur. Sinus hic occipitis osse  
semper

semper attensus, secundum cerebelli descriptionem ex prioribus versus exteriora obliquè retrorsum sursumq; conscendit, & ilico in progressu quartam assumit venam, quam ab externa ingulari proprio foramine caluariam ingredi recensuimus. Præfens sinus hinc rursus retrorsum modicèq; sursum in star quartæ circuli partibus protenditur, quousq; elatissimam cerebelli partem occipitis ossi contingam attigerit. Ibidem enim dextri lateris sinus cum sinistro coit, atque ex ambobus una communis cavitates efficitur. Iste amborum sinuum congressus occipitis ossi, quemadmodum & sinus ipsi contiguus est, non quidem ad amussim sub elatissima parte eius suturæ quam  $\Delta$  assimilamus, verum multò humilior, & propemodum in media regione consistit, quæ inter postremam foraminis, quo dorsalis medulla ducitur sedem, & dictæ modò suturæ verticem habetur. Ex mutuo hoc amborum sinuum congressu, aliq̄ duo exoriuntur sinus longitudine & cavitatis forma inuicem variantes. quippe vnus longior est, & caluarie semper, quemadmodum predicti duo, contiguus secundum capitis longitudinem antrorsum procedit. Ex eminentissima enim sede congressus dextri sinus & sinistra principium ducens, sub elatissima suturæ  $\Delta$  imitantis parte, & sub ea quæ secundum capitis

longi

longitudinem fertur, & deinde sub frontis ossis medio ille sinus protenditur vsque ad osium septum ab octauo capitis osse in caluarie amplitudinem deducto. Quemadmodum verò dexter & sinister sinus ( nisi maui illū primū, hunc verò secundum nuncupare) inter cerebrū & cerebellum quā hęc ossi proxima sunt; in dura cerebri membrana feruntur: ita quoque tertius sinus, quem priorem ex duorum primorum mutuo congressu enatum recensui, in ea duræ membranæ consistit sede, quæ dextram cerebri partem à sinistra dirimens, secundum totius capitis longitudinem est eminentissima, & caluarie semper contermina. Alter verò sinus ex communi duorum primorum sinuum congressu pronatus, & qui opportunè quartus constituetur, dissectionum professores, quātum coniector, latuit. Porrigitur autem ab anteriori sede cōmunis primi secundiq; sinuum cōgressus recto tramite versus priora cerebri, nusquam deorsum neq; sursum vergens. Consistit enim in dura cerebri membrana, vbi secundū cerebelli longitudinem id & cerebrum ad eas vsque cerebri sedes intercedit, quas testium & clunium imagini assimilamus. Quartus itaq; sinus suo ductu cerebelli lōgitudinem, & duræ cerebri membranæ inter cerebellum & cerebrum implicationem haud excedit, dextra & sinistra



*sinistræ cerebri partibus & cerebello æquè at-*  
*tiguus: ac proinde id sibi privatim vendicat,*  
*quod sit breuissimus, & nusquam caluarie*  
*contiguus. Præterea ipsius cavitates correspondet*  
*triangulo trium æqualium costarum, quæ o-*  
*mnes ex æquo introrsum curuantur. Infimam*  
*enim costam imprimit extuberantior, ac ( ut*  
*sic dicam) teres in cerebelli longitudine promi-*  
*nens portio: duas verò superiores costas incur-*  
*uant dextra sinistraq; cerebri partes, hic non*  
*in acutum, sed in obtusum angulum cessantes.*  
*Ceterum tres priores sinus duas costas intror-*  
*sum, tertiam extrorsum obliquatas gerunt. Ho-*  
*rum enim sinuum costa ossi attensa extrorsum*  
*curuatur, quandoquidem his duræ membranæ*  
*sinibus, & reliquis ipsius vasis seu ductibus,*  
*qui passim per alias membranæ sedes excur-*  
*runt, Natura caluariam insculpsit, sinus quos-*  
*dam efformans secundum semicirculi cauum*  
*incisos, qui duræ membranæ sinus ea parte quæ*  
*caluariam spectat, conuexos gibbosq; excipiunt,*  
*ac admittunt. atq; demum in causa sunt, quo-*  
*minus membranæ sinus à caluaria compri-*  
*mantur, ipsorum ve motus qui arteriarum mo-*  
*do fit impediatur. Verum reliquæ duæ trium*  
*primorum sinuum costæ introrsum curuan-*  
*tur, in primo quidem sinu & secundo à cere-*  
*bello & cerebro, in tertio autem sinu à dextra*  
*& sini*

& sinistra cerebri partibus. He enim perinde  
 ac cerebellum qua ipsis sinus accumbunt, obtu-  
 sos & veluti in quartam circuli partem extu-  
 berantes angulos efficiunt. Hactenus itaque  
 quatuor in dura cerebri membrana sinus enu-  
 merati sunt, in quos primæ & secundæ & quar-  
 tæ exhauriuntur venæ, & primæ secundæq; ar-  
 teriæ. Quas verò propagines, sinus hi deinceps  
 in duram cerebri membranam & tenuem, ac  
 demum ad cerebri vetriculos diffundant, sub-  
 sequens modò sermo enarrabit. A primo & se-  
 cundo duræ membrane sinibus, in vniuersam  
 eius membrane partem, quæ cerebellum open-  
 tur, varij surculi derivantur inftar venarum  
 sinuati & sparsi. Ab his demum surculis, et ipsi  
 dextro inquam sinistroq; sinibus, extra duram  
 cerebri membranã ductus plurimi venarũ cor-  
 pore donati propagantur, in tenuem quæ cere-  
 bellum ambit membranã, & eam quæ cerebrũ  
 quã id cerebello inmititur, implicat excurrẽtes.  
 Porro à tertio sinu permulti ydemq; ampli du-  
 ctus vtrinq; ex lateribus propagantur, non qui-  
 dem ulterius in durã cerebri membranam, ve-  
 rum in tenuem, quã hæc dextram sinistramq;  
 cerebri partes secundum elatiorem cerebri sedẽ  
 amplexatur et cõtinet. Presentes ductus, quem-  
 admodum & alij paulò antè cõmemorati, si-  
 mulatq; tenuem membranã contingunt, nume-  
 rosi

rose admodū serie varijs anfractibus per eam  
 excurrunt dispergunturq;. Quā verò id fiat ra-  
 tione, quisq; ductuum sit numerus (quia multi-  
 plex is visitur, raroq; eandem retinet seriem)  
 hic non curat prolixius commemorare, quum  
 id etiam ex cerebri anfractuū instar tenuium  
 intestinorum inuolutorū forma numeroq; pen-  
 deat. Præter hoc ductus à tertio sinu numerosa  
 profecto serie, in tenuem membranā disper-  
 sos, graciles aliquot sirculi ex demissiori cau-  
 tatis tertij sinus sede, in eam duræ membranæ  
 partem declines propagantur, quæ dextram ce-  
 rebri partem à sinistra interdiuidit. Deinde ex  
 elatissima tertij sinus sede, tenues admodū por-  
 tiuncule illis committuntur venis, quæ ex ver-  
 ticis cute in calvariam per exigua ipsis inscul-  
 pta foramina procidunt. Verum quartus duræ  
 membranæ sinus frequenter etiam educit pro-  
 pagines, pari quodam modo serie perpetuò pul-  
 lulantes. Quum primum enim hic sinus ad eas  
 cerebri particulas, quas clunibus & testibus  
 comparamus, pertingit, atq; iam ramulos quos-  
 dam exiles ex elatissima ipsius sede in eā quoq;  
 duræ membranæ partem, quæ dextram sedem  
 cerebri à sinistra determinat, ac dein ex lateri-  
 bus in eam duræ membranæ sedem quæ cerebel-  
 lum integit, in progressu obtulit, ex superiori  
 ipsius regione propaginem educit cauitate ve-  
 nis

nis similimam, & quæ in humillimam dictæ  
iam diuæ membrane partis sedem secundum  
capitis longitudinem vsque ad septum sinuum  
olfactus organorum perfertur, & in itinere sur-  
culos ex elatiori sua sede sursum in eandem di-  
uæ membrane partem diffundit. Præter hanc  
notatu dignam propaginem, quartus sinus ex  
eadem sede qua illam deprompsit, vtrinque secun-  
dum dextram & sinistram cerebri partem, vni  
edit ductum venarum corpori similimum, qui  
calloso cerebri nobis vocando corpori proxime  
secundum capitis longitudinem propagatus, te-  
nuisq; membrana suffultus, in progressu tenui  
membrane ramulos aliquot communicat: ac  
dexter quidem ductus dextræ cerebri parti, si-  
nister verò sinistræ exporrigitur. Quemadmodum  
verò quartus sinus ad vtramque cerebri partem  
nuper dictus deprompsit soboles, sic quoque ab in-  
firma ipsius sede propter ipsius iuxta cerebri te-  
stes terminum, propagines distribuit in tenuem  
membranam quæ cerebellum amplectitur. Atque  
earum propaginum nonnullæ retrosum tenuse,  
superiorem cerebelli sedem perambulant. Non-  
nullæ verò per humiles cerebri anfractus, qui  
iuxta cerebri testes consistunt, etiam ad ante-  
riores cerebri ventriculos repunt, plexui quem  
illuc haberi docebimus commiscende. Cæterum  
præter has quarti sinus propagines ductus ve-  
is aliam

is aliam insignem & amplam educit propagi-  
 nem, quæ ex ipsius ad cerebri testes extremo re-  
 cto tramite antrorsum versus cerebri ventricu-  
 los excurrit, plexum efformatura quæ à secun-  
 darum seu extimi fetus involucri forma, Græ-  
 ci  $\chi\epsilon\gamma\omega\delta\lambda\acute{\upsilon}$  nuncupant. Hæc namq; propago si-  
 mulatq; e quarto sinu prodit, aut ubi ipse sinus  
 in hanc propaginem degenerat, illa præter pro-  
 prium ipsius corpus à tenui membrana proces-  
 sus quosdam seu membranulas exigit, quæ ipse  
 obuolut, e tunc illius ramos atq; implexus colli-  
 gât, ac suspensos aptè suffulciunt. Simplex nãq;  
 & absq; coniuge ex quarto sinu emiscitur, te-  
 stium medio supertensa: quod ubi attingit, velut  
 in multos discinditur surculos, qui vnius retis  
 instar inuicem dirimuntur & coeunt. Hæc  
 propago glandulam cerebri testibus immixtam,  
 quæ à nucis pineæ seu turbinis forma  $\lambda\omega\omega\omega\delta\lambda\acute{\upsilon}$   
 &  $\lambda\omega\omega\delta\gamma\epsilon\upsilon$  Græcis vocatur, transcendit, ac  
 sub ea cerebri particula prorepat, quæ à camera  
 aut testudinis specie  $\psi\alpha\lambda\omega\delta\lambda\acute{\upsilon}$  Græcis nuncupa-  
 tur. Quum verò propago, sub illa cerebri prece-  
 pens particula, ad anteriorem vsq; communis  
 dextri & sinistri ventriculorum cerebri cavi-  
 tatis, anteriorem vè tertij cerebri ventriculi se-  
 dem pertingit, bipartitò scinditur, vnâ par-  
 tem dextro offerens ventriculo, alterâ sinistro.  
 Ceterum quo nam modo partes hæc retis semper  
 k forma

Quid cere  
bri torcu-  
lar.

forma quasi contexte, & membranulis ipsis  
adnatis contente, arterijs eodem pertinentibus  
commisceantur, opportunè subiungam, vbi ar-  
terias sermone in illos quoq; ventriculos dedux-  
xero. At arbitrabitur fortassis quisspiã, in hac  
dure membrane sinuum enarratione aliquid  
à me prætermisum, quod mentio nulla adhuc  
illius regionis incidit, quã procul dubio à tor-  
culari δαυερ Græci vocauerunt. Hanc sanè non  
præterissem, si modo certò quænam pars ita ap-  
pellata fuerit, mihi cõstitisset. quippe aliquam  
sinuum sedem ita nuncupatam fuisse non am-  
bigor: sed apud Galenum non constat, an com-  
munem primi secundiq; dure membrane sinuum  
congressum, à quo & tertius & quartus pro-  
deunt, ita primum Græci appellauerint: num  
verò quarti dure membrane sinus terminum  
cerebri testes respicientem, atque in ventricu-  
los exporrectum. videtur namque Galenus mo-  
dò huic, modò illi parti torcularis nomè accom-  
modare: vti sanè vtramq; torcular dici nihil  
obstat. Concursum enim ille in quartum & ter-  
tium sinum, sanguinem tanquam vinum è tor-  
culari promit. perinde ac terminus quarti si-  
nus in omnes quas emittit propagines sangui-  
nem dispensat: adeò per me licebit, quamuis si-  
nuum sedè torcular appellare, ac in illis regio-  
nem constituere in qua Arabes sanguinem  
extra

extra venis consistere putarunt, modo sinuum  
 ac cerebri vasorum seriem non perturbet: quo-  
 rum quia iam primæ, secundæ & quartæ vena-  
 rum, & item duarum primarum arteriarum  
 distributionem exequutus sum, modo proximū  
 est, tertiæ venæ & arteriæ diuarcationem sub-  
 neclere. Tertia igitur vena, quæ minor est in-  
 terne iugularis portio, simulatq; ramulū per fo-  
 ramen ipsi & uermulo cuidā quinti paris com-  
 mune ad auditus organum transmisit, calua-  
 riam ingreditur, ac duram contingens cerebri  
 membranam, in sinum venæ prorsus modo ca-  
 uatum & prorepentem cessat, qui nullam arte-  
 riæ sobolem in sibi ipsius cavitatem admittit, sed  
 passim alium sinum sibi comitem asciscit, in  
 quem arteriæ ramum exhauriri mox dicam.  
 Presens sinus in quem tertia absimitur ve-  
 na, variis soboles in totam duræ membrane se-  
 dem cerebri basi substratam diffundit, à quibus  
 denuo ductus aliquot in tenuem cerebri mem-  
 branam (ut à quatuor illis grandioribus duræ  
 membrane sinibus) deducuntur. Inter cæteras  
 autem huius sinus propagines per duram mem-  
 branam excurrentes, una secundū cerebri la-  
 tus sursum ad verticem usq; contendit, venæ  
 modo in multam sobolem derivata. Ad hanc  
 quoq; speciem quinta vena per foramen secun-  
 di neruorum cerebri paris ingressa, dein & se-

xta per maius octauæ ofsis capitis foramē, quā  
 illi olfactus organa incūbunt, caluariā petens,  
 in proximā sibi duræ membrane sedē exhauri-  
 untur. Harū vtrariūq; & tertiæ venarū fini-  
 bus (quia illi caluarie perpetuò attenduntur)  
 caluaria aptis cavitatibus cedit, quas ipsi ele-  
 gantissimè insculptos primo libro recensuimus.  
 Tertia arteria peculiari transuersoq; foramine  
 in caluariā ingressa, in duos graciles & totidē  
 crassos dirimitur ramos. Vnus gracilium, qui  
 exterior est, tertiæ venæ mox attenditur, & in  
 duræ mēbrane sinū exhauritur, illi vndiq; at-  
 tensum & commissum, in quem tertiā venam  
 absūmi diximus. Alter graciliū ramus, qui inte-  
 rior humiliorq; visitur, per propriū & sibi dū-  
 taxat exsculptum foramen rectā ductus, in na-  
 riū amplitudinē procurrat, atq; in plures disse-  
 ctus ramulos, vñū nasi extremo offert. Verūm  
 duo grandes rami in dextro latere (quod nisi  
 aliud subiunxero, de sinistro quoq; intelligen-  
 dū est) nōnihil inuicē deducti, & adhuc calua-  
 riæ instrati antrorsum prorepunt, & mox in  
 vñū denuò cōiunt, et statim à congressu in duos  
 impares ramos diuidūtur. Minor cōmune cum  
 secūdo neruorū pari foramē sibi vēdicās, tandē  
 cū visorio neruo ad oculos prorepat, atq; inter-  
 ne tēporaliū musculorū sedi surculos cōmuni-  
 cat. Gradior autē ramus sursum cōscendēs, du-  
 ram



ram perforat membranā ad latus glandule cerebri pituitā excipientis. Quum primum verò in duræ cerebri membrane amplitudinem contendit, in duos denuò ramos partitur, ac horum vnus multiplici sobole in tenuem membranā hic cerebro obductam spargitur: alter verò tenuis membrane portiuncula cōcomitatus, in varios surculos inuicē cōplicatos disscinditur, ac in cerebri anfractus tātisper ascēdit, dū in humilimā dextri vetriculi sedem pertingat. Hinc in posteriora primum sursum ad postremā vsque eius vetriculi sedē fertur, in ascensu portiunculā propaginis cuiusdā assumēs, quæ à quarto duræ membrane sinu cerebri anfractibus inibi offertur. Quū verò hic arteriæ ramus retis quasi modo implexus, posteriorē dextri vetriculi cerebri sedē superauit, secundum eius vetriculi ductū in anteriora porrigitur, donec ipsi altera pars eius propaginis misceatur, quam sub cerebri corpore fornicis aut camere modo extructo, à quarto duræ membrane sinu huc pertingere dictum est. Ab hac itaq; arteria, & dextra eius propaginis parte plexus ille in dextro cerebri vetriculo constituitur, quem ab extimi fœtus inuolucris forma χοροειδῆ nuncupari scimus, id nomē etiam subinde tenui mēbrana cerebri accommodantes. In sinistro cerebri vetriculo plexus ille cōstituitur, à sinistra soporariæ

Quis Gale  
ni reticula  
ris fit ple-  
xus.

ramo, & eodem tendente altera parte eius pro-  
paginis, quam ad cerebri ventriculos à quart<sup>o</sup>  
sinu pertinere, superius scriptum reliquimus. De  
reticulari verò Galeni plexu nihil hic mentiē-  
dum duxi, quod iam cerebri vasorum seriē mihi  
perspectam esse haud dubitem. atq; ideo minus  
modo aliquid confingendum est, quòd nouimus  
Galenum boum cerebri dissectione delusum, non  
hominis cerebrū, vti neq; ipsius vasa, sed boum  
recensuisse. Si enim tertiæ caluariam petentis  
arterie seriem in homine examinaueris, illam,  
vti ego nunc enarraui, comperies: interdum ta-  
men vnicum obseruabis esse ramum, duos illos,  
quos aliquosque protensos inuicem coire dixi.  
Ceterum si bouis arteriam indagaueris, du-  
ramq; cerebri membranam iuxta glandis pitui-  
tam cerebri excipientis latera diuiseris, aliquid  
Galeni reticulari plexui simile comperies, neq;  
amplius hæc mea paradoxa admiraberis, quum  
ea homini, vt Galeni descriptio aliqua ex par-  
te boui, conueniat. Verum hæc ad septimum spe-  
ctant librum, qui principis anime sedi conse-  
crandus, horum vasorum dissecandi rationem  
lucidissimè persequetur.

De vena arteriali, & arteria venali.

C A P V T

XV.

**R**eliqua adhuc in venarum arteriarumq;  
sermone sunt duo vasa, quæ singula dua-  
bus voc


bus vocibus à dissectionum proceribus explicantur: ac vnam quidem venam arterialem, alterum verò arteriam venalem appellât, nomen nimirum ab usu, & appendicem à corporea substantia indentes. Vena itaque arteriosa vas dicitur, ex elatori sede dextri cordis ventriculi in pulmones numerosissima ramorum serie digestu sanguinèq; in eo cordis ventriculo elaboratu pulmonibus subministrâs. Atq; hoc vas non vena, sed arterie constat corpore, vena etiâ quia sanguinem venarum modo desert, vena nomen obtinuit. quod verò arteriarum tunicis conformetur appendix isto, arteriosa illi adijcitur. Porro alterum vas à sinistro latere basis sinistri cordis ventriculi egressum, sparsa etiâ sobole in pulmones disseinditur, ac aerè ex pulmonibus in sinistrum cordis ventriculum deferendo potissimum simulatur, & interim venarum corpore constituitur. Vnde quia aeris ductui subministrat spiritaleq; organu est, arteria appellatur, à substantia autem & conformatione venalis dicitur. Atq; ita secundu corpoream substantiam, vas quod ex dextro cordis sinu pronascitur, arteria est: quod autem ex sinistro, vena. Contrâ vsus ratione, vas ex sinistro sinu prodiès, arteria censetur: ex dextro autem, vena. Ceterum que venarum arteriaruq; corporea sit substantia, duobus primis huius libri

Capitibus perstrinxi. Quamobrem verò hæc  
 vasa & ortu & vsu ac substantiæ conforma-  
 tione à vena arteriaq; discrepent, deinde cuius-  
 modi membrana ipsorū orificijs præficiantur, in  
 sexto libro qui vitalis animæ partibus dedica-  
 bitur, exequar. Nobis verò presenti libro finem  
 imponentibus, nemini mirum videri debet, pro-  
 lixum Caput hic nõ subnecti, quod venas citra  
 arteriæ consortium in corpus diffusas, item ar-  
 terias citra venæ consortium recenseret. Quan-  
 doquidem si quis earum desideret (vti sanè de-  
 bent omnes) enumerationem, ilico hanc ex ve-  
 narum & arteriarum tabulis, cum has mutuò  
 conferet, spectabit. Integre enim magnæ arteriæ  
 delineationi, nuda venæ causæ effigies propor-  
 tione respondet, ambasq; in eandem circūferen-  
 tiã digessimus. Ceterum quo minus hæc in par-  
 te meam operam quis requirat, ad præsentis Ca-  
 pitis adeoq; totius libri finem, meæ Epitomes  
 tabulam impono, qua venas & item arterias  
 meo Marte sum conatus exprimere. Hæc enim  
 quum & arterias simul cum venis complectat-  
 tur, etiam lucidissimè commonstrat, quæ nam  
 vena citra arteriæ consortium, & quæ rursus  
 arteria absq; vena coniuge per corpus digerant-  
 tur. Verum quum venæ causæ ramorum seriem  
 in præsentis libri contextu prosequerer, non se-  
 mel sanè ad venæ sectionis tractationem sermo  
 lubens

lubēs prorupisset; modo venam huic illi ue parti  
 viciniorē, modo remotiorē, eamq; aut grā-  
 dem aut exilem, & secundū reſtitudinē vn-  
 decunq; hæc petatur, fibrarumq; conſenſum huic  
 aut illi parti correſpondentem, enarraturus: &  
 non vulgariter admoniturus, ſanguinem è ſecta  
 vena fluentem, in totius venæ corpore comple-  
 cti: ideoq; non partium venis accumbentium ſi-  
 tum, ſed venarum ductum atq; diſtributionem  
 in illa que omnibus in ore eſt, reſtitudinē ani-  
 maduertendā, itaq; de venæ ſectione agendum,  
 atq; de vtero quopiā, qui hinc inde varios pro-  
 ceſſus educeret, & interim vnicius continuuſq;  
 eſſet. At ſemper quantumuis inuitus ſermonem  
 cohibui, quum ex venæ diſtributionis enarra-  
 tione, adeoq; ex venarum effigie cuius (qui mo-  
 do tres enacuationis ſpecies, & præſentis, aut  
 eminentis affectus naturam minimè ignoret)  
 futurum ſit longè facillimum, dignoſcere que-  
 nam vena huic illi ue membro propinquior ſit,  
 queq; amplior aut gracilior: deinde que leui  
 aut difficili opera diuidi poſſit: poſtremo, que  
 fibras & reſtitudinē cum laborantis mem-  
 bri venis participet.

LIBRI III. FINIS.

k s ANDR

  
**ANDREAE VE-**  
**SALII BRUXELLEN-**  
*sis, de Humani corporis fabrica,*  
**LIBER IIII.**

Quibus corporibus partibus nerui nomen tribuitur, ac quis propriè neruus uocetur, & demum quid is sit, vnà cum ipsius differentia & vlu. CAP. I.



**T**ERTIO libro venarum, sanguinem à iecore in vniuersum corpus deferētium, & arteriarum quæ vitale spiritum simul cum sanguine impetu diffuso à corde corporis partibus subministrant, distributionis seriem complexus sum. nūc verò proximum est, neruorum à cerebro animale spiritum membris, qui illo ad ipsorum munia indigent, deducentium propagationem persequi, à generali neruorum differentia sumpto sermonis exordio. Dissectionis enim proceres triplicem neruarum differentiam (vti & antea alicubi monuimus) statuunt, quandoquidem ligamentis ossa mutuo collig

colligantibus, & non minimam musculorum  
 portionem constituentibus, nervi nomen, per-  
 inde ac vulgus, accommodant. Dein tendines,  
 & vniuersas musculorum eneruationes, sub  
 neruorum nomine, vulgi quoque ritu, comple-  
 ctuntur. Tertium autem neruorum genus enu-  
 merant, quod nos in presenti aggrediendum  
 duximus. organa videlicet longa, teretia, nul-  
 lamq; intus cavitatem, quæ sensu dignosci  
 queat, in sui medio sortita, & caluariam vel  
 dorsî vertebrae elabentia, ac demum anima-  
 lem spiritum à cerebro animalis facultatis fo-  
 mite ad corporis partes deferentia. Atque hæc  
 organa dissectionum professores nervi nomine  
 citra appendicem præcipue dignantur. Quod à  
 Græcis ad nos demanauit, qui à functione seu  
 munere vnicum instrumentum duobus no-  
 minibus nuncuparunt,  $\nu\epsilon\upsilon\rho\upsilon$  id à  $\nu\epsilon\upsilon\rho\epsilon\upsilon$ , &  
 $\tau\epsilon\upsilon\rho\upsilon$  à  $\tau\epsilon\upsilon\rho\epsilon\upsilon$  appellantes, quod videlicet mu-  
 sculi neruorū potissimum ope & nutare & tē-  
 dere valeant. quippe quod nulla corporis parti-  
 cula neq; motum arbitrarium, & qui è nostra  
 pendet voluntate, neq; sensum sine neruo nan-  
 ciscatur, ac quod neruo præciso, aut laqueis in-  
 tercepto, aut alioquin corrupto compresso, ve im-  
 mobilis confestim insensibilisq; pars euadat, o-  
 mnibus concessum est Anatomæ professori-  
 bus. Quod autem cerebrum neruorum, sicut  
 & dors

& dorsalis medulla, origo ac principium sit, quodq; nervi partim ex cerebro, partim à dorsali medulla oriuntur, minimè omnibus notum exploratumq; fuit. Alij enim cor nervorum posuerunt principium, nonnulli duram quæ cerebrum inuestit membranam, nullus interim iecur, aut aliud eius generis viscus. Verùm Hippocrates, et quàm iam senio conficeretur Erasistratus, Lycus, Andreas, Marinus, Herophilus, & Galenus dissectionis procerum facile primarius, ceteriq; Anatomicorum præcipui, ex his quæ in corporum resectione conspiciuntur, verissimè asserunt, cerebrum nervorum esse initium: & præterea nervos ab illo spiritum animale assumere, atq; ad eas partes quæ illo aut ad sensum aliquem, aut motum arbitrarium indigēt, deriuare, est quoq; fatendum. A corde enim nervos (vt Aristoteli potissimùm, et alijs non paucis visum est) neutiquam principium ducere, vel hinc liquido colligitur, quòd in corporis dissectione nullus nervus ab illo pronasci videatur. Quandoquidem nullus omnino nervulus cordi committitur, præter vnum impensè gracilem, ac vix tandem post multas sectiones à me inuentum, quem sinister sexti paris nervorum cerebri nervus distribuere suo loco docebitur. Quà enim nervus ille secundum sinistrum cordis latus declinūs fertur, atq; sinistræ pulmonis parti,



parti, ac item cordis involuero ramusculos præ-  
 tenues offert, neruumq; recurrentem sinistrum  
 constituit, à se neruulum deducit, qui illic cor-  
 dis involucrium penetrat, vbi sinistra arteria-  
 lis vene sedi adnascitur. Neruulus hic arterialis  
 vene adnatus, in cordis basim fertur, inibi ab-  
 sumptus, vbi sinistra posteriorq; arterialis ve-  
 ne sedes consistit. Quum itaq; huiusmodi ner-  
 uulus perinde cordi à sexto cerebri neruorum  
 pari exhibeatur, quemadmodum reliquis visce-  
 ribus vniuersis offerri docebimus: ac deinde  
 quum cordis neruulus maximè gracilis sit, pro-  
 pterè colligitur, cor ne sinistro quidem sexti paris  
 neruorum cerebri neruo principium dare, tan-  
 tum abest, quòd cæterorum neruorum origo ner-  
 uulus ille iudicari possit. Præterea fibre quas  
 cordis substantiæ intertextas nouimus, non ma-  
 gis nerui sunt, quàm aliorum organorum, pu-  
 ta ventriculi, intestinorum, venarum ac ar-  
 teriarum fibre. Ad hæc, fibre in cordis sinibus  
 ventriculis ve conspicue excarnesq; quia dum-  
 taxat membranarum processus sunt, in neruo-  
 rum numero etiam minimè veniunt reponen-  
 de. Nam fibre in dextro cordis ventriculo se of-  
 ferentes, trium membranarum processus cen-  
 sentur, vene caue orificio præfectarum. Fibre  
 autem in sinistro cordis ventriculo apparentes,  
 processuli sunt duarum membranarum, quas  
 arterie

arteriæ venalis orificium sibi peculiare non dicat. Præterea eiusmodi fibre non magis nervi existunt: quàm omnium generatim membranarum partes, quas quidem nervi nomine vulgi more donari nihil prohibet, si modo id ad ligamenta, tendines, membranas & nervos, de quibus iam sermonem instituimus, deducitur. Verùm quum eiusmodi cordis fibre nesciquam in eorum nervorum classem referenda sint, qui animale spiritum tanquam rivuli quidem ad corporis partes perferunt, annuendum quoque est, fibrarum illarum gratia in corde nervos recenseri haud posse, potissimùm quando ab illis membranarum processibus extra cordis substantiam nihil prorsus aliò educatur. Cæterum qui ex dura crassaue cerebri membrana nervorum originem pendere affirmarunt (in quorum choro ad extremum vsq; senium fuit Erasistratus) exteriorem nervi partem duntaxat conspexere à dura cerebri membrana enatam. Vniuscuiusq; enim nervi natura triplici constat substantia, nimirum media quadam & intima arborum medulle quàm similima, que haud dubie à cerebro initium ducit, consistat & coagulate induratæq; cerebri substantie omnino respondens exterioribus duabus, una eademq; intime substantie propinquiore, quàm à tenui membrana cerebri: altera, quàm à dura oriri

va oriri compertum habemus. Dura enim cras-  
 sa ve cerebri membrana operiendi potissimum  
 occasione facta consuetur: mollis autem, ut eo-  
 dem etiam frangeretur munere, sed magis tamē  
 ut omnia quæ cerebro continentur vascula &  
 receptacula, arteriis scilicet & venas tuto col-  
 ligaret. Quemadmodum itaq; cerebrum his in-  
 duitur, sic quoq; processus à cerebro propagati  
 (ipsi nimirum nervi) illis integuntur, atq; ita  
 per corporis partes prorepunt. Adeo sanè ut ne-  
 mo suis oculis fidem non derogans, inspicari pos-  
 sit, nervorum principium à cerebro pendere: ac  
 proinde etiam vix ambigere licet, num ner-  
 vis à cerebro, an verò à corde animalis spiritus,  
 quem partibus deducunt, insuat. Quandoqui-  
 dem nonnulli (ut inter ceteros Chrysippus)  
 etiam si cerebrum nervorum darent esse prin-  
 cipium, non tamen id nervis sensus motusq; ar-  
 bitrarij principium statuebant. Quos profectò  
 vana sectio plus satis redarguit, in qua omnia à  
 corde ad cerebrum pertinentia colliduntur, aut  
 laqueis intercipiuntur, aut etiam pressecantur.  
 Hec namq; si debite administraretur, uti in pu-  
 blicis sectionibus non semel à me tentatum est,  
 edocebit sanè quatum cordis munere, hoc est vi-  
 tali spiritu, cerebrum indigeat: non minus scili-  
 cet quam cor illum quem inspiramus aërem, &  
 ecoris sanguinem ad sua officia exigit. Deim ea  
 sectio

*sectio ostendet cor nervis non magis animalem spiritum porrigere, quam vitalem spiritum cordi à iecore deduci cognoscimus. Verum quia huiusmodi disceptatio ad cordis cerebriq; historiam potius quam ad nervorum naturam spectat, hac modo postposita, nervorum proprie dictorum differentias aggrediemur. Quemadmodum igitur cerebri & ex ipso pronascentis medulla dorsalis substantia, omni ex parte non eandem servat duritiem, neque formam: ita quoq; nervi ab his originem sumentes, in vicem substantia non correspondent, sed duritie ac mollitie plurimum variant. Atq; id accidit aut occasione substantie sui, à quo nervi procedunt, principij. Huius enim gratia visorij nervi, perinde ac lingue insigniter molles censentur: qui autem à dorsali medulla, ubi hæc in sacro osse consistit, originem sortiuntur, durissimi sunt. Deinde aut propter longiorem vel succinctiorem progressum, nervi aut molliores aut duriores comperiuntur. visus nanque, gustus, & auditus nervi molles sunt, quod brevissimo prorepant intervallo. Gratia itineris verò, vicq; anfractuum occasione tertij nervorum cerebri paris ramus vitis, aut cucurbitæ capreoli instar involutus durior evadit. Præterea nervi per durum aut molle, aut siccum corpus transitus, eiusve corporis contactus, illum molliorem*

rem vel duriolem efficit. Visorius etenim nervus brevissimo ductu per foramen in osse cælatum fertur, quemadmodum & præcipua quoque tertij nervorum cerebri paris portio, quæ idcirco ex ossium contactu minimùm induratur. At quinti nervorum paris surculus, qui cecum illud tortuosum que foramē perreptat, & vnus tertij paris nervorum cerebri ramulus ab oculorum sede ad genas, ac alius itē ad humilium labrum procidentes, quia longo itinere per osse incedunt, ossis contactus beneficio magis quàm ipsorum principia indurescunt. Pari quoque causa ob itineris longitudinem, & durarum membranarum contactum, omnes propemodum nervi musculis exporrecli duriores fieri conspiciuntur, quàm vbi primum à principio prodeunt. Cuiusmodi omnia mirabili industria à rerum Opifice sunt excogitata. Sensus namque organum nervo indiget molli: nervo quidem, quia sensus est instrumentum, quodque ad suum munus obeundum multo animali spiritu indigeat: molli autem, quoniam affici & disponi quodammodo oporteat, & pati aliquid ab extrinsecus occurrente sensibili. Est enim ad patiendum quidem aptius molle, ad agendū verò & ad robur (quo nervus in longo ductu indiget) durum. Propterea igitur sensus organa mollibus, ceteræ partes quas moveri necessum

est durioribus nervis donantur. Vnde etiam sensus instrumenta, quæ motu aguntur arbitrario, ut oculus & lingua, duplex nervorum genus sibi vendicant, vnum quidem sensui, alterum verò motui præfectum. Merito itaq; nervorum ex cerebro & dorsali medulla processus, non eandem exortus sedem nanciscuntur, neq; idem ductus meatusq; mollibus ac duris nervis exculpuntur. Alii enim ex mollibus & anterioribus cerebri basis sedibus, hi verò ex posterioribus ipsaq; dorsali medulla principium ducunt. Rursus illi quidem recta, hi autem tortuose longoq; itinere prorepant. Ceterum Nature triplex fuit in nervosi generis distributione scopus. Primus gratia sensus in sensorijs organis: Secundus occasione motus ad partes, quas moveri oportet: Tertius autem in cæteris partibus vniuersis ad trinstantiū dignotionem, nisi forte cuiusdam magis visum sit, & tertium huc scopum, quia ad sensum pertinet, eundem cum primo constituere. Sensus igitur nomine, oculis, lingua, auribus maximi offeruntur nervi, vti etiam interne extrema manus sedi, & elatiori orificio ventriculi, quæ velut propria præcipuaq; tactus, sicut oculi visus, & lingua gustus, organa non inaptè censentur. Per manus enim magis exacta, quam per aliã partem, quamvis plures sentiant, est tactus ipsius digno

dignotio. In ore autem ventriculi sensus est pe-  
 nurie eorum quibus animal nutriendum est,  
 quem famem nuncupamus. In omnibus enim  
 ijs tanquam sensus instrumentis, maximi in-  
 scriuntur nervi. Motus verò causa nervi ad mi-  
 sculos arbitrarij motus instrumenta dispen-  
 santur. Qui propterea quòd corporis partib. mouen-  
 dis extracti sunt, grandes nervos admittūt, aut  
 saltem circumtenfos habent. At quoniam ex  
 necessitate tactus sensus omni adest nervo,  
 propter hoc musculos & sensus organa virtus  
 amplior, quàm egebāt ad tactilium dignotio-  
 nem, subsecuta est. Reliquis autem partibus ta-  
 ctus sensu tantum indigentibus ex proportione  
 nervi offeruntur. Visceribus enim, vt pulmoni,  
 iecori, lieni, quia in alto latitant, graciles tan-  
 tum nervorum surculi offerūtur. in cutem verò,  
 quòd prima extrinsecus occurrantib. obuiā eat,  
 complures soboles passim digerūtur. Porro ner-  
 vorum originis species, non eadem vndiq; visi-  
 tur. aliqui enim, & precipuè molliores, conti-  
 nuò neque quasi in plures surculos deducto cor-  
 pore exoriuntur, proceduntq; in quorum nu-  
 mero visorij nervi, & secundum quoque ce-  
 rebri nervorum par, habentur. Alij tanquam  
 plures funiculi inuicem connexi ex cerebro  
 prodeūt, quales sunt tertij & quarti & quinti  
 paris nervi. Alij etiam in ipso ortu surculos hos

veluti funiculos inuicem distantes, ac singulos  
 propria tenuis mēbrane portione circundatos  
 habent: qui quū caluariam egrediuntur, omnes  
 surculi inuicem cōmissi vnica membrana in-  
 duuntur. atq; id potissimum in pluribus dorsi-  
 lis medulle nervis obseruatur, vt & in sexto  
 pari, & septimo. neruorum cerebri. Vnde etiā  
 in multorum neruorū distributionis in ramos  
 enarratione, nihil interesse videtur, siue prædi-  
 etorum funiculorum frequentiam. solui dicas,  
 an totū neruum in ramos ad diuersas partes  
 exporrectos discindi. At nescio qua fronte qui-  
 dam Anatomicorum principes asserere ausi sue-  
 rint, ex huiusmodi surculis seu funiculis, alios  
 quidem motui, alios autem sensui seruire: haud  
 secus sanè, quàm si quosdam neruorum surcu-  
 los tactus sensu Natura. desititisset. Atque hu-  
 iusmodi surculorum finiumq; imaginem for-  
 mam uē discēs, si inter edendum alicuius ani-  
 malis ex axilla, aut inguine dissecta caro mēsa  
 apponatur, atq; in illa nerui aliquam portiu-  
 culam vena & arteria plerunq; concomitata  
 spectaueris. Cernes enim nerui extremū alicui  
 chordæ crassiori respondere, quæ ex pluribus  
 torta funiculis, transversim obtusiori cultro di-  
 uisa sit. Ceterum à neruorum cavitare vix  
 vllam ausim petere differentiam, quum ne vi-  
 sorium quidem neruum vnquam canum per-  
 fora



foratumq; viderim. etiamsi nervos non minus  
quàm venas & arterias, vasa vocari, haud  
dubitem. soli; visorij nervi à dissectionū pro-  
fessoribus forati dicantur. Ab ipsa autem serie  
hunc in modum differetiam sumere licet, quod  
alij integri in aliquam partem absumantur, vt  
visorij nervi in oculos: alij in plures dirempti  
surculos, quosdā musculis offerunt, quosdā cuti,  
quosdam osibus, quosdam sensus organo. Vt ter-  
tium nervorum par, quod quum linguae quo-  
dammodo sit proprium, etiam musculus quibus-  
dam vt inter ceteros temporali motus gratia,  
& cuti sensus nomine, ad labra nimirum, &  
dentibus quoque dirigitur. Alij rursus incom-  
mixti, neq; cum alijs nervis cocuntes vniti ve-  
feruntur: vt secundum cerebri par nulli nervo  
commiscetur, & verè congregitur, licet ipsi mi-  
nor tertij paris radix in progressu attendatur.  
Alij vero inter se commiscuntur, vt primi pa-  
ris nervus dexter sinistro permiscetur. Alij alijs  
commiscuntur, vt qui brachium adeunt nervi,  
simulatq; è vertebra profilierunt, non secus  
vniuntur, quàm pictores galerorum funiculos  
delineare solent. Verum quum hæc in priuatis  
nervorū descriptionibus abundè sim persequutis  
rus, iam tempestivum fuerit singulorum nervo-  
rum seriem oratione complecti. ac primum pa-  
ria que à cerebro exoriuntur, deinceps que dor-

*salis medulla educit recensere. siquidem nullus nervus neq; à cerebro, neque à dorsali medulla inconiugatus prodit, sed perpetuò alter ad dextram, alter ad sinistram eadem prorsus distributionis serie, situm obtinet.*

Quot neruorum paria à cerebro & dorsalis medullæ parte adhuc in caluaria consistente, originè sumât. CAP. 11.

**L**ibro septimo quum cerebri pertractabitur constructio, duplex id esse docebimus, vnum anterius superiusq; quod cerebrum dicitur, vniuersam propemodum implens caluariam: alterum posterius ac humilium, & cerebellum nobis appellatum, ipsoq; cerebro etiã decuplo minus. Deinde anterius tota superiori ipsius sede geminũ esse, dextrũ videlicet & sinistrum asseremus. inferiori autem parte, quã caluaria inuititur basi, vnicum indiuisumq; esse, & dorsalem medullam ab hac, non autem (vt Anatomicorum præcipui scribunt) à cerebello enasci, & cerebellũ potius dorsali medullæ inuiti & tenuis mēbrane, parũ verò ipsius substantiæ interuētũ, medulle vniri, quã dorsalis principium esse ostendemus. Adhæc, addetur præter alios quosdam cerebri sinus meatusq; duos cerebri existere ventriculos, vnum quidem dextrum, alterum verò sinistrum, qui  
ambo

ambo in vnâ communem cœiunt cavitatem  
 sinum'ue, qui tertius in cerebro ventriculus re-  
 censetur. qui meatu quodâ ad sinû inter ce-  
 rebellum & dorsalem medullâ vbi inuicē com-  
 mittuntur conspicuum, & tam cerebello quàm  
 dorsali medulle communem, pertingit. Cete-  
 rum neruæ propagines ex caluaria proceden-  
 tes, aut ab ipso anterioris cerebri enascuntur ba-  
 si, aut à dorsali medulla priusquam vertebrarû  
 sinus ingrediatur, nõ autē à cerebello. Vt verò  
 eam dorsalis medulle partē, quæ à cerebri basi  
 sub cerebello ad foramen vsq; quo è caluaria  
 labitur, procedit, dorsalis medulle principium  
 nuncupare liceat, mihi concessum velim: cum  
 quid illo intelligã principio, satis iam explicue-  
 rim, ac item in septimo libro diffusius id sim  
 enarraturus. Per me enim licebit illi principio,  
 seu parti cerebri, quoduis nomen indere: modò  
 non ignoretur, quò illa à cerebello distinguenda  
 veniat. Porro nerui omnes à cerebro, illoq; dor-  
 salis medulle initio pronati, quia geniculatim  
 in caluariae amplitudine, qua cerebrum conti-  
 netur, originem ducunt, Latinis neruorum pa-  
 ria, seu coningia, Grecis autem οσφυϊα nuncu-  
 pantur. quæ Marini, ac demum Galeni etiam  
 suffragijs septene enumerantur. quamuis si ac-  
 curate singula expendimus, plura etiam  
 censerî possint. Neq; enim hic olfactus organa

nerui appellantur, quod dictam nuper caluarie amplitudinem non excidant. Item par, quod nobis ex aliorum Anatomicorum sententia tertium constituetur, verius duplex quam vicium enumeraretur. Dein iuxta quinti parvis radicem aliud omnibus incognitum dissectionum studiosis par enasci, diligens sectio medocuit. Verum à veteri neruorum cerebri enumeratione haudquaquam recessurus, ordine septem paria septenis capitibus explicare contendam: prius tamen quedam de olfactus organo subnexurus, quum non vulgares etiam dissectionis professores illis primum neruorum coniugium ascribant, illa ne ita nuncupent.

De olfactus organo nonnulla.

CAP. III.

Varia profecto de odoratus organo nostre tēpestatis medicis, pariter ac philosophis est sententia, magnaque inter ipsosex Anatomicos imperitia, dissensio oboritur. Quosdam namque reperias odoratus organum in illa cavitate constituere, quam in frontis osse ad superciliorum regionem inter duas eius ossis squamas conspici, in primo libro recensuimus. qui si duos etiam insignes sinus, quos in ossis cuneum imitantis medio tanquam antra inter ipsius squamas subinde observamus, adinuenissent, ac substantiam illam quodammodo medullarem

in illis caavernis repositam, summoq; studio hic expendendam, obseruassent, proculdubio & inibi quoque in osse cuneum referente olfactus organum collocassent. Alij verò quosdam cerebri aufractuum reuolutionumq; apices, ac ad frontis ossis sedem versus superciliarum medium protuberantia cerebri tubercula, olfactus organa statuunt, & tubercula illa quòd prominent, carnisq; quasi modo rubeant, mamillares cerebri processus vocant, vtrinq; vnum (vti etiam est) enumerantes. Alij rursus ex aliquot Galeni locis, precipuè autem octauo de Partium vsu, simpliciter anteriores cerebri ventriculos olfactus organa esse astruunt, perinde ac si anteriores ventriculi presentis dumtaxat sensus essent principia. Alij quidem duos anteriores cerebri enumerant ventriculos: verum deinde alios duos consingunt, quos olfactus organa esse asserunt. Ceterum quàm probè hi sentiant, ex dissectione discas licebit, dextris sinistriq; cerebri ventriculorum constructionem formamue prius inspiciens, quàm mehercule multò aliam esse in septimo libro intelliges, quàm hactenus dissectionum periti tradiderunt. Quandoquidem ventriculi in posteriori sede neutiquam lati conspiciuntur, & in priora procedentes paulatim in angustum coguntur, inibiq; olfactus organa educunt. neque

Lib. 8. de  
vfu partiu.

etiam ad olfactus organorum sedem pituitam excernit, multoq; minus ipsa olfactus organa inftar canalium cerebri pituitam (vt Galeni est sententia) huc deducunt. Praesentes namq; cerebri ventriculi secundum cerebri longitudinem superius ampli existunt, anteriori sede nequaquam angustiores redditi, imò potius magis quam in ipso medio latefcentes. In posteriori autem parte ampli quoq; visuntur: at hinc cornu modo per cerebri substantiam deorsum descendentes, atque antrosum porrecti, tantisper angustantur, donec ad eam vsque cerebri pertingant sedem, quae glândula pituitam cerebri excipientis regioni incumbit, ac sub qua grandiores soporalis arteriae rami duram cerebri membranam perforant, in cerebriq; ventriculos descendere incipiunt. Illi namq; arteriarum rami in hos ventriculorum angustos conscendunt terminos, quos modo ad cerebri basim definire dicebam. Atq; eiusmodi dextri & sinistri ventriculorum cerebri ductus visuntur. A sede verò ubi ventriculorū angustos terminos definire dicebā, olfactus organa, aut saltē cerebri processus animalē spiritū præcipuo olfactus instrumēto deferētes, ac ipsi etiā visorij nervi nascuntur. Hinc enim vtrinq; à cerebro alba molliq; prodit substantia, quae in progressu etiā cerebro tenuis mēbrana internētū colligatur, quo usq;

usq; ad sinus octavi capitis ossis pertingat, qui  
 olfactus organis priuatim parantur. Ad poste-  
 riorem enim horum sinuum sedem albicantes  
 cerebri processus, à cerebro abscedunt, neque  
 amplius tenui membrane connati, in suum sin-  
 guli porriguntur sinum: & adhuc antrosum  
 magis protensi ad sinuum finem, seu anteriore  
 ipsorum sedem desinunt. sinibus suffulti, ac cere-  
 bro interim proximè accumbentes. Nam etsi ce-  
 rebro in sinuum regione nõ amplius adnascan-  
 tur, nihilominus ipsi perpetuò atteduntur, illiq;  
 sunt contermini. Hi processus cerebri ductus,  
 colore, formaq; nervis correspondent. quamuis  
 interim longe nervis ipsis molliores sint, pau-  
 loq; (quod ad teretè spectat formam) latiores,  
 quam profundiores. Verum quia hi reliquorũ  
 neruorum ritu extra caluarie, vt neque etiam  
 extra magnam dure membrane amplitudinẽ,  
 non prociunt, nerui nomine eos Herophilus  
 haud dignatus est: vt neq; etiam Marinus, neq;  
 Galenus. licet Anatomicorum nonnulli hos in  
 neruorum habuerint numero, ipsos primũ ner-  
 uorũ par recensentes. Porro in horũ processuum  
 natura non negligenter considerandũ est, quo-  
 nam pacto illi dure membrane suis sinibus ad-  
 nascantur, & que foramina hinc à dura mem-  
 brana, & ossiũ sinibus quibus presentes immi-  
 tuntur processus, ad nuper commemoratas frontis  
 ossis

osis & cuneiformis cavitates pertingāt. Ac de  
 num expendendum quoq; venit, quod nam ve-  
 rum sit olfactus organum, similitudine qua-  
 dam sumpta ab auditus instrumento, dissectio-  
 num ac philosophiæ professoribus nimis perfun-  
 ctorie cognito. Verum de auditus instrumen-  
 to, & olfactus quoq;, & aliorum sensuum, in  
 septimo libro abunde pertractabimus. Modò an-  
 tem sat fuisse videtur, processus illos cerebri cõ-  
 memorasse, quos aliqui etiam mamillares &  
 papillares nuncupasse colliguntur: qui sectione  
 paulo diligentius aggressi, illa cerebri tubera  
 mamillarum imagine prominētia, nihil ad ol-  
 factus organi constructionem auxiliari cogno-  
 uerunt. Ceterum quando huiusmodi proces-  
 sum naturam examinabis, atque illos longè  
 grandiores in cane item & oue quàm in homi-  
 ne adinuenies, etiam sedulo perquirendum est,  
 quàm anatomicè Galenus per illos cerebri pro-  
 cessus pituitam ad nares ab ipsis anterioribus  
 cerebri ventriculis deduci scripserit, haud ani-  
 maduertens eos processus non perforatos esse,  
 & ipsos ventriculos in peluim desinere, qua  
 cerebri pituita excipiens, eam infundibuli mo-  
 do ad glandem deducit, hinc in cerebri basi re-  
 positam. quamuis de pituite ductibus suo dice-  
 mus loco. Nunc enim neruorum duntaxat se-  
 ries opportune pertractabitur.

Libro 8. de  
 usu part.



De primo neruorum à cerebri origine  
ducentium pari. CAP. IIII.

**I**nibi unde processus albos, & neruorum modo progredientes, à cerebri basi initium sumere scripsimus, vtrinq; vnus exoritur neruus, omnium corporis neruorum facile mollissimus, & circumferentia ceteris ( dummodo illi ex varijs non permisceantur neruis ) crassior. In crure nãq; & item in brachio neruos quidem hoc primo pari crassiores reperias, sed qui ex pluribus consentur neruis inuicem coeuntibus. Vterq; primi paris neruus sub cerebri basi quâ sinu immititur, cui glandula insidet cerebri pituitam excipiens, antrorsum nonnihil obliquè fertur, dextro quidem neruo sinistrorsum, sinistro autem dextrorsum protenso. In progressu moxq; ab ipso ortu ambo inuicem coeunt, atq; in eum permiscentur modum, vt dextrum à sinistro nulla prorsus ratione queas discernere. adeò sanè, vt vana penitus sit quæstio, num dexter neruus in hoc congressu dextram obtineat sedem, an verò sinistrorsum continuo ductu feratur. Quandoquidem ille neruorum coactus non aliud est, quàm commune corpus à quo vtrique neruis dicerentur pronasci, modò istius corporis ex cerebri substantia origo non indagaretur, atq; illic initia neruorum disjuncta apparerent. Nerui à congressu è caluaria ducti

cendi inuicem mox dirimuntur, & per foramina ipsorum nomine insculpta, in oculorum sedes extra caluarie cavitatē procidunt. Quippe & integri in oculos absumuntur, non quidem accurate in posterioris oculi sedis centrum implantati, sed nervus dextrum petens oculum ad dextrum magis latus posterioris eius sedis implantatur: qui verò sinistro oculo proprius est, ad latus sinistrum centri posterioris sedis oculi ingreditur, ac (quemadmodum & dextri oculi nervus) quando oculum subiit, in latam degenerat expanditur ve tunicam vitreo humori proximam, & mediam oculi sedem duntaxat ambientem, & dilatata cerebri substantie admodum similem: ac proinde mollem, nihilq; minus quàm membransam: vnde etiam Anatomicorum nonnulli hanc tunicam, que à retis quadam imagine ἀμφιβλαστὸς ἄϊς dicitur. Tunicam appellare haudquaquam dignati sunt. Quòd verò hec tunica (aut quomodocūq; ipsam appellare visum sit) precipuum visus organum à multis habeatur, in oculi constructionis enarratione persequar. In presentia enim nervos hos aut oculos prolixius aggredi omnino preter institutum foret. quum suffecerit dixisse, visorios nervos illum quem recensimus ductum citra omnem ramorum propagationem obseruare, hoc enim (quemadmodum

dum & dextri nervi cum sinistro mox ab  
 exortu coitum) peculiare rarumq; visorij ner-  
 vi sibi vendicant. Quinetiam inter reliquos  
 corporis nervos, hi duntaxat meatu qui sensu  
 dyndicari possit, perforati dicuntur: quapro-  
 pter Grecis (præcipuè autem Herophilo &  
 Eudemo) *ωγοι εντίνου* nuncupabantur. Cete-  
 ram ego eiusmodi meatum mihi aliquando  
 occurrissè neutiquam queo asserere, quantum-  
 vis etiam canum adhuc viventium & alio-  
 rum grandium animalium visorios nervos, vel  
 hac solum occasione aggressus sim, & hominis  
 cuius caput adhuc à decollatione calebat, vixq;  
 quarta hore parte quum nervos intuerer ab-  
 truncatum fiserat, ipsos non oscitanter specta-  
 verim, ac calente aqua sedulo foverim. Atque  
 ut eiusmodi meatus toto nervorum progressu  
 me penitus latuit, ita sanè in mutuo nervorum  
 coitu is neutiquam se obtulit. utcumque tamen  
 hunc inibi oportebat esse insignem, si modo ner-  
 vi ob hoc ex Galeni sententiâ congregarentur,  
 quo minus simplicia nobis gemina perperam  
 viderentur. Porro ijs qui de congressu hoc mea-  
 tuq; acriter citra partium inspectionem indies  
 altercantur, non gravabor duo que in congres-  
 su animadverti, hic adijcere, quò & hinc sua-  
 rum nugarum argumenta petant. Patavij ita-  
 que adolescens suspèdio necatus publice sectio-  
 ni ad

ni adhibitus fuit, cui ante annum dexter oculus à carnifice erutus fuerat: deinde mulier, eodem supplicio affecta, cui dexter quoque oculus ab ineunte aetate emarcuerat, sinistro interim integerrimo. Mulieri dexter visorius nervus toto progressu longè tenuior sinistro visebatur, non solum in ea sede qua iam oculo inferebatur, verùm in exortu quoque & in dextra sede congressus nervorum, ac preterquam quòd dexter tenuis erat, durior quoque & rubicundior cernebatur, vti sanè & in adulescente: sed dexter non admodum neque crassitie, neque mollitie adhuc sinistro cedebat. His ille accessit, cuius nervos visorios in illo congressu inuicem non connasci, neque sese contingere vidimus, sed dexter nonnihil ea sede qua caluariam egressurus fuerat, sinistrorsum reflectebatur: quasi non coalitus occasione nervi congregerentur, verùm vt commodè per suum foramen è caluaria prociderent, potissimum quum etiam hoc ductu ingredientibus in oculi posterioris sedis medium non inserantur. Hunc ductum sinister nervus etiam referebat, non tamen ita quin notatu digno intervallo dexter à sinistro dehisceret. Quàm sedulo autem ac sollicitè eius viri familiares interrogauerimus, num illi omnia gemina perpetuò oculis obuersarentur, neminem Nature operum cognitione

flagrant

flagrantem ambigere sat scio. at nihil aliud resciscere licuit, quam ipsum de visu nunquam conquestum fuisse, visūq; præstanti semper valuisse, familiaresq; de visorum duplicatione nihil unquam intellexisse. Quòd verò Cassius, & alij nonnulli, quū causam rimantur, quam obrem dextra cerebri sede vulnerata, aut aliquin lesa, corporis sinistra pars nervorum resolutione infestetur, integra parte dextra, nervos omnes in ortu decussatim ferri: seu nervos à dextra cerebri & dorsalis medullæ sede pronatos, in sinistram corporis regionem distribui, & è contra asserant, apud me elegantissimum, & inter somniantum ab illis problematum interrogatoribus excogitatum signum habetur. quum secundi paris nervorum ac deinceps tertij & quarti parium, dextri exortus à sinistris aliquot digitorum amplitudine inuicem distent, vt modo de alijs nervis nihil dicam: idq; pariter sileam quū visorios porcorum nervos subinde non continuos, sed perinde ac crurum nervos, quasi è multis funiculis constatos spectarim, ne in aliam quampiam prolixionem disceptationem sermo deflectat, præcipuè cum illis dissectionum professoribus, qui de ætrum cerebrum penitus à sinistro diremptum posteris tradiderunt.

## De secundo pari neruorum cerebri.

CAPVT V.

**C**oniugij secundi exortus, nequaquam ex infima mediaq; quodammo<sup>o</sup> (quod ad latera spectat) basis cerebri sede, vt viseriorum pendet. Dein presentis coniugij nerui plurimum visorijs crassitie cedunt, quamuis interim duritia eos superent, vsuq; ab illis multum variet. Paulò posterius enim quàm visoriū, ex cerebri basis lateribus principium ducunt, quòd hæc cerebri regio nonnihil durior illa sit, à qua viseriorum origo sumitur. Atq; id meritò accidit, siquidem secundi paris neruos musculis inferendos, duriores ipsis visorijs esse oportuit. Procepit enim neruus dexter (quod & de sinistro, nisi peculiariter sermone quid addatur, in neruorum serie semper subaudiendum est) sub cerebri basis latere ad foramen in oculorum sedis radice sibi cum alijs aliquot vasis commune. Quamprimum autem è caluarie excidit amplitudine, in ramos dissectus septem musculis oculo proprijs ramulos offert, illorum motibus presectus.

## De tertio pari neruorum cerebri.

CAPVT VI.

**T**ertium par duplici radice vtrinq; principium sumit, vna quidem crassiori, cui oportune tertij paris nomen accommodaueris, altera

tera autē longe tenuiori & duriori, & neq; in ipso exortu, neq; etiam in progressu crassiori radice commissa. Huius enim initium non modico in posteriora intervallo, ab illius exortu distat: adeo sanè, vt verius graciliorem hanc radicem peculiare par, quam tertij paris portionem, quis esse assereret. At quum omnes Anatomicorum proceres hanc tertio pari ascripserint, nihil sanè obstiterit manifestioris doctrine studio, & me etiam cum tertio pari tenuē illam posterioremq; radicem aggredi: prius tamen studiosos admonentē, in libro de Nervorū sectione (quē Galeni libri vix fragmentū censuerim) parum rectē tertium par secūdo mollius esse, tradi. Exoritur itaq; gracilior hęc tertij paris radix à latere basis cerebri, vbi dorsalis medulla ab ipsa initium ducere auspicatur. Hinc recto tramite sub cerebri basi antrosum progrediens, duram cerebri membranā perforat, & secundo neruorū pari attensa cū ipso per cōmune foramen in oculi sedē procidit, ilico in quatuor dissecta propagines. quarum prima sursum in adipe oculorum musculus obducto excurrēs, peculiare foramen ad frontis cutem & musculosam huius sedis substantiā digeritur, frontis cutis & palpebrę superioris motibus præfecta. Secunda propago deorsum ducta, mox in foramen sibi primatim exculptum fertur, quousq; in

anteriorem superioris maxille sedem prolaba-  
 tur, ac multiplici serie dispensetur in musculos  
 superius labrum & nasi alam extrorsum in  
 suo latere mouentes, ac demum in ipsam labrum  
 & incisiorum dētium gingiuas. Tertia pro-  
 pago foramine etiam privato vtēs, post carum-  
 culam in interiori angulo oculi conspicuam, na-  
 rium adit amplitudinem, inibi in narium dege-  
 nerans tunicam, & ramulum exporrigens te-  
 nui & membraneo musculo introrsum nasi  
 alam contrahenti. Quarta propago iam dictis  
 crassitie non inferior, per foramen seu scissurā  
 potius, que inter primum maxille superioris  
 os, & cuneum imitans in extimo latere sedis  
 oculi conspicitur, ad internam sedem tempora-  
 lis muscoli contendit, tota in eum musculum  
 absumenda. Crassior tertij paris radix à latere  
 basis cerebri, anteriùs tamen, & penitiùs seu  
 iuxta dextri & sinistri medium magis quàm  
 enarrata modò radix, principium sumens, re-  
 ctà deorsum tēdit, foramen, quod ipsi & quar-  
 to neruorū pari huic radici proximo celatur,  
 perlabens. Hęc statim ab egressu propaginem  
 diffundit, que vitis, aut cucurbitæ capreoli in-  
 star inuoluitur, duriorq; paulatim efficitur, ac  
 binos tandem quinti paris neruorum cerebri  
 ramulos ( quorum seriem postea recensēbo ) in  
 consortium admittens, ipsiq; vnitus in tempo-  
 ralem



ralem musculum inseritur, ac in illum quoque  
 qui à iugali osse enatus priuatim *μαστική*  
 seu mansorius nobis dicitur, ramulos porrigit,  
 deinde & musculis buccas mouentibus, ipsiq;  
 demū faciei cuti in buccis etiā surculos offert.  
 Postquā verò crassior tertij paris radix propa-  
 ginem hanc capreoli modo intortam exprom-  
 psit, nonnihil deorsum magis descendens, surcu-  
 lum deriuat, qui antrorsum ductus gingiue  
 molarium dentium, ipsiq; adeò dentibus seria-  
 tim soboles distribuit. Dein priusquam maior  
 hæc tertij paris radix declinè ducta linguam  
 contingat, ramum posteriori ex parte germi-  
 nat utcumq; insignè, qui musculo in ore delite-  
 scenti & maxillā inferiore attolenti insertus,  
 inferioris maxille foramen adit, hic ubi is mu-  
 sculus ipsi inseritur conspicuum. Ramus ille in  
 foramen delapsus tantisper antrorsum fertur,  
 quousq; sui lateris dentium inferioris maxille  
 radicibus singulas soboles offerat, quorum bene-  
 ficio dentes inter cetera hominis ossa, eviden-  
 tius tristantium occursum sentire credimus. Ne-  
 que verò ramus hic vniuersus in dentes absu-  
 mitur, imò non minima ipsius portio per fora-  
 men in anteriori maxille sede insculptum exci-  
 dit, dextre sedi inferioris labri cōplures surcu-  
 los deriuas. At maior portio crassioris tertij pa-  
 ris neruorum radices, quando lingue basi com-

mittitur, cum alterius lateris nervo lingue tunica efformat, aptum saporibus dignoscendis instrumentum. Deinde & exiguos quoq; surculos penitus in lingue substantiam dispensat. Horum enim & tunice lingue producendorum gratia, tertium par potissimum à verum Opifice creatum arbitramur, atq; vt primum par visus, quintum verò auditus, sic hoc tertium gustus censetur instrumentum, gustatoriusq; nervus merito nuncupatur.

De quarto pari neruorum cerebri.

CAPVT VII.

**H**Oc par tertio pari nonnihil gracilius duriusq; est. exoritur enim à dorsalis medulle principio posterius paulò quàm tertium par, sed antrorsum modicè tensum posteriori tertij paris sedi committitur, atq; vna cum illo per commune ipsis foramen ex capitis amplitudine, seu cerebri sede, ad palatum elabatur: quo simul atq; peruenit, in surculos quosdam partitum, in palati tunicam degenerat: que quam lingue tunica aliquantulo sit durior, iure etià quartum par posterius tertio pari originem ducit, ac proinde etiam palati tunica sensu hebetiori quàm lingue tunica donatur.

Quinti neruorum cerebri paris series.

CAPVT VIII.

Quin

**Q**uintum par nonnihil quarto crassius, ac  
 veluti pluribus enatum surculis inuicem  
 mox ab ortu connexis principium ducit, ex me-  
 dia propemodū dorsalis medulla sede, eius par-  
 tis que à medulla exortu vsq; ad eam regionem  
 pertinet, quā hæc è caluaria in vertebra labi-  
 tur. Hoc quintum par vniuersum per foramen  
 fertur impense tortuosum, & priuatim ipsi in-  
 cisum, quo vsq; in cavitatē pertingat, auditus  
 organo preparatam: vbi quintū par variè dis-  
 scinditur, & propagines quasdam membranæ  
 modo dilatæ huius cavitatis sedibus offert, au-  
 ditus organi non infimam partem constituens.  
 Præter has verò propagines duos educit neru-  
 los, qui seorsum per propriū foramen elabuntur.  
 vnus quidem per transuersum ducitur foranē,  
 quod etiam admittit venulam in auditus orga-  
 num excurrentem. Hic neruulus non procul ab  
 egressu tertij paris ramo commiscetur, instar  
 vitis capreoli inuoluto. Alter verò neruulus per  
 foramen repit impense arctū, & insigniter quo-  
 que tortuosum, & immissam ipsi setam aut  
 plumbeum filum non admittens, ob idq; etiam  
 Anatomicis cecum appellatum. Neruulus iste  
 transuersim supra muscolum ducitur, qui à in-  
 gali osse pronatus, inferiorem maxillam mo-  
 uet: vbi verò ad anterius vsq; eius muscoli latus  
 autorsum prorepsit, dicto tertij paris ramo

commiscetur, in genarum cutem & musculos  
 buccæ motuum autores digerendus. Atq; illi de-  
 mum duo sunt ramuli, quos tertij paris ramo  
 capreoli ritu inflexo commisceri superius dice-  
 bam. Porro quemadmodum iuxta tertij pari  
 præcipuam radicem, alia quedã radix enasci-  
 tur tertio pari ascripta, simili etiam ratione iux-  
 ta quintum nervorum par interius paululum  
 alia exoritur radix, quinti paris radici multo  
 gracilior, sed quodammodo durior. Hæc sursum  
 versus priora sub cerebri basi aliquãdiu protē-  
 sa, duram cerebri membranam perforat, ac per  
 proprium foramen sub secundi paris foramine  
 exculptum, è calvaria procidens in temporalem  
 musculum, illumq; digeritur qui in ore delite-  
 scens, inferioris maxillæ ad superiora motus au-  
 tor censetur. Hanc radicem cum sua coniuge li-  
 ceret peculiaris coniugij loco censere. Quo mi-  
 nus tamen aliorum Anatomicorum ( qui has  
 radices prorsus ignorarunt) numerum pertur-  
 bem, hos nervulos quinto pari ascribam, ad eum  
 videlicet modum, quo minorem tenuiorem ve  
 tertij paris radicem tertio pari superius adnu-  
 meratam reliqui. In temporalem itaq; muscu-  
 lum quinque nervorum pertingunt propages,  
 prima quidẽ à graciliori tertij paris radice, se-  
 cunda à maiori radice, tertia autem & quar-  
 ta à quinti paris primario educuntur nervo.

quinta

quinta autem is demum nervus est, quem iam quinto pari communerabam. Neque sanè frustra, atque ut fors fert, tot nervorum soboles temporali musculo Natura exporrexerit. Sciebat enim hunc musculum pro sua mole omnium corporis musculorum validissimam functionem obiturum. Item quum haud ignoraret, quam molles illi essent nervi quos à cerebro eduxit, summa mercurie providentia illos quantum licuit ex ossium contactu, itinerisq; longitudine voluit indurescere. Nulli enim non obvium est, quam callide surculum instar capreoli involutum duriores effecit. quòd is solus ossi minimo spatio contiguus sit: alios autem non involuit, quòd longo intervallo ossibus attendantur, ipsorumq; nonnulli per tortuosos et involutos ossium meatus etiam porrigantur.

De sexto pari nervorum cerebri.

CAPVT

IX.

**R**eliquorum parium, quæ in calvarie amplitudine principium ducunt, nulli equè sparsam ramorum edit sobolem, neque in tam multis easdemq; varias inseritur partes, atque sextum cerebri nervorum coniugium, quod paulò inferius quinto pari aliquot distinctis ac à se invicem diremptis surculis initium sumit, qui mutuo mox ab initio commissi, vnum effor-

m s

manè

mant neruum, qui per foramen caluariâ egre-  
 ditur, quod arterie soporalis minorem ramum,  
 & grandiozem interne iugularis vene ramum,  
 simul admittit. Neruus hic nō procul ab egressu  
 in musculos posteriorem ceruicis sedem occu-  
 pantes ramum diffundit, numerosa utcumq; se-  
 rie in soboles digestum: quarum præcipuè mu-  
 sculo exporriguntur, scapulam mouentium se-  
 cundo. Ipse autem sexti paris truncus, soporarie  
 arterie ac septimo pari coheret, & simul cum  
 ipsis membrane interuentu comexus, ad la-  
 ryngis vsq; latera protenditur, inibi portionem  
 à septimo pari assumens, illaq; se auget. Deinde  
 sextum par quum hanc asciiuit portionem,  
 Laryngis musculis ramulos trāsuersim exhibet.  
 Sunt autem illi muscoli duo scutum imitanti  
 laryngis cartilagini duntaxat proprij, qui ex  
 stomacho gulæ ue posteriori sede pronati, eius  
 cartilaginis lateribus inseruntur. deinde duo  
 tertie cartilaginis basim occupantes, & duo ex  
 illis qui primam cartilaginem secunde com-  
 mittunt. Hinc verò sextum par soporali arte-  
 ria & interna iugulari concomitatum, ad tho-  
 racis vsq; elatiorem descendit sedem, ac mox  
 insignem utcumq; propaginem ad primæ tho-  
 racis vertebræ latus, seu potius ad anteriorem  
 primæ thoracis costæ radices sedem derinat,  
 que sub membrana costas succingente, secun-  
 dum

dum costarum radices prorepens, à nervis in  
 costarum interualla à dorsali medulla expor-  
 rectis, surculos quosdam assumit. Quum verò  
 hæc propago eiusmodi adaucta surculis, septum  
 transuersum prætergressa est, in cibi potusq; or-  
 gana, vt: postea dicemus, dispensatur. Præter  
 hanc propaginem sexti paris nervus iuxta su-  
 perioiorem thoracis sedem ramulos musculo of-  
 fert, à pectoris ossè & clauicula ad mamilla-  
 rem capitis processum deducto, & capitis moti-  
 bus subseruienti. Deinde & musculo qui os u  
 referens hinc à pectore accedit. Præterea & illi  
 qui hinc ad infimam primæ cartilaginis laryn-  
 gis sedem perfertur. Huiusmodi sanè vtrorumq;  
 sexti paris neruorum priusquam thoracis caui-  
 tatem subeant, series visitur. quæ autem adhuc  
 enarranda superest, describetur.

Quum itaque dexter sexti paris nervus tho-  
 racis cavitatem ingressus est, atq; inter arterias  
 & venas iniugulo repit, ab interiori ipsius la-  
 tere modo tres, modo duos inuicem mox succe-  
 dentes diffundit ramulos reuersum dextri late-  
 ris neruū constituentes. Ramuli enim isti ad  
 arteriã que in dextrã alam exporrigitur, ve-  
 luti ad trochilei rotulam reuoluti, simul cœunt,  
 veruumq; vnum efformant, ad dextrum aspera  
 arteria latus sursum excurrentem. Quum pri-  
 mum

mum enim ex illis ramulis (quorum loco interdum simplex visitur) vnus conflatur nervus, qui dextrum aspera arteria latus petit, & membrana interuentu ipsi adnexus ad dextrum vsque laryngis latus properat glandule incumbens, que alijs glandulis neq; colore, neque substantia respondens laryngis radici hic in dextro latere (vti in sinistro altera) adnascitur. Alico autem atq; nervus laryngem cotingit, in plures partitur soboles, in sui lateris musculos digerendas. Qui vero illi sint, posteaquam sinistrum recurrentem nervum sermone ad sinistrum laryngis latus deduxero, subiungam. Sinister itaque sexti paris nervus iam in thoracis cavitatem ingressus, arterie in sinistra manum propagatae ramulos, qui sursum reflecterentur, exporrigere nequit, quod ea oblique sursum, non autem dextrae arterie modo, transuersim, in alam contendat. Haudquaquam enim aeque tuta ad obliquum atq; transuersum, chordae alicuius reflexus perficitur. imò haec si ad obliquum baculum reuoluitur, sensim sursum conscendit, eandem reflexus sedem nunquam seruans: ac proinde sinister nervus tantisper versus cordis basim descendit, quousq; extra cordis inuolueru arterie magne cotingat truncum qui deorsum ad spinam explicatur. Atque hic mox tres, aut etiam pauciores à nervo educuntur surculi, qui  
ad



ad arterie truncum, quâ is ad spinam deflectitur reuoluti, inuicem riuuntur. sinistramq; recurrente neruum constituunt. qui sursum properans, membrane beneficio asperæ arterie sinistro lateri attenditur: ac cùm primum laryngem contingit, non minus quàm dexter neruus in ramos deriuatur, qui omnes in sui lateris musculos deorsum capita habentes cessant. Sunt autem hi, si utriusq; lateris musculos iunxeris, quatuor, secundæ cartilagini tertiam neclentes, quorum beneficio tertia cartilago retrorsum atq; in latera ducitur, & laryngis lingula adaperitur. Præterea duo tertiam cartilaginem primæ iungentes, qui laryngis rimulam, seu lingulam claudunt, ac soli propemodum tunc expirationi obstant, quum egerentes vi spiritum retinemus, ac interim quantum possumus, ceteris musculis expirationem molimur. His præter alios nonnullos accedunt lingue muscoli, ab ossis v referentis medio vt linguam moueant pronati. Quum enim præsentés muscoli inferius sua sortiuntur capita, atq; deorsum necessario mouendum corpus attracturi erant, necessum quoq; esse credimus, vt animalis spiritus ab inferioribus partibus sursum quodammodo ipsis duceretur. Quod quanta industria immensus corporis nostri Opifex in horum neruorum conuolutione molitus fuerit, & si ex ipsa dissectione,

ctione & succincta hac nervorum distributionis narratione, et illa quam antea exhibuimus tabula dignoscere possis: nihilo minus Galeni, qui hos nervorum inflexus omnium primum ab ipso inuentos merito gloriatur, adendum hortor. Qui in septimo de Partium usu, veros Deo celebrat hymnos, magisq; attentam requirit mentem, quam si Eleusinia & Samothracia, vel aliam quancumq; celebrationem diuinam, equis auribus astans, intentusq; us que sunt dicunturq; à sacerdotibus, audias. Iure enim Galenus sibi persuadet, celebrationem inibi traditam his nulla parte inferiorem esse, neq; minus ostendere incredibilem sapientiam & providentiam virtutemq; omnium conditoris Dei.

Porro sexti paris nervi postquam reuersiuos exprompsere, ac iam cordis basim spectant, ramulos notatu dignos crassitudinis in pulmonum tunicam & membraneum cordis inuolucrum dispergunt. Item à ramulis sinistram cordis inuolucris sedem implicantibus, atque à sinistro sexti paris nervo depromptis, surculus quidam cordis inuolucrum inibi permeat, ubi id sinistro lateri arterialis vene vnitur. Atque hic surculus oppido quam tenuis, & non nisi accuratissime sectionem administrantibus obuius, ipsi arteriali vene adnascitur, & ad sinistram ipsius latus versus posteriora tamen magis exp

gis ex porrectus, in cordis basin fertur, inibi  
 mox in soboles capillorum modo gracillimas  
 consumptus, ac cordis basis superficiei vix pro-  
 prius. Qua autem ratione illum nimis quam  
 tenuem neruum adinuenias, ad sexti libri  
 calcem sedulo exequar, ibidem cordis ipsiq; sub-  
 ministrantium organorum sectionem pertra-  
 ctaturus. Ceterum quod ex nervis sexti paris  
 reliquum est, deorsum ad stomachum defer-  
 tur: ac dexter quidem dextro ipsius attenditur  
 lateri, sinister autem sinistro. Mox vero atq;  
 hi nervi stomacho membrana interuentu laxè  
 adnectuntur, singuli in binos partiuntur ra-  
 mos, adeò oblique secundum stomachum conuo-  
 lutos vt dextri nervi rami sinistram ipsius se-  
 dem in progressu obtineant, sinistri autem ra-  
 mi dextram sedem amplexentur. Atq; ita qua-  
 tuor presentes rami septum transuersum vna  
 cum stomacho permeant, nullos prorsus in tras-  
 gressu septo sarculos offerentes. Verum sparsa  
 admodum serie superius ventriculi os am-  
 biunt, contextuntq; ramos in priora & poste-  
 riora corporis ventriculi spargentes. Ab ijs ra-  
 mis qui dextrum huius orificij latus impli-  
 cant, propago vtunque insignis depromitur,  
 que per ventriculi superiora secundum ipsius  
 latitudinem inferius ventriculi orificium acce-  
 dit, in progressu anteriori posterioriq; ventriculi  
 sedibus

sedibus soboles quasdam diffundens. Quum ve-  
 rò illa propago inferius orificium superavit, ve-  
 ne portæ instrata in iecoris cauum properat,  
 ibidem in iecoris membranam tunicam ve ab-  
 sumenda. Dextri nerui sexti paris ramus, quem  
 ante recurrentium neruorum principia costarum  
 radicibus sub tunica costas succingente  
 exporrigi, aliorumq; neruorum per costarum  
 internalla excurrentium congressu augeri docui-  
 mus, simulatq; septum transuersum vna cum  
 grandi arteria prætergressus est, propagines dis-  
 fundere incipit, ac primâ quidē inferiori mem-  
 brane omenti offert transuersim iecoris cauum  
 adeuntem. Propago hec in ipso ductu inferiori  
 membrane omenti ramum exhibet, qui deor-  
 sum tensus, atq; in surculos dissectus, tum ipsi  
 membrane omenti in dextra parte implicatur,  
 tum etiam colo intestino, vbi id huic membra-  
 ne tanquam ad mesenterium committitur. De-  
 inde alius ramus ab illa propagine duodeno in-  
 testino, & ieiuni initio deducitur adeò graci-  
 lis, vt interdum conspici nequeat. Post hunc  
 longè crassior superiori membrane omenti de-  
 promitur, qui dextram sedem fundi ventriculi  
 perreptans, multis soboles ventriculo & ipsi  
 omento communicat. Quod autem primæ illius  
 propaginis adhuc superest, iecoris cauo & bilis  
 vesicula surculos præbet. Secundam verò pro-  
 paginem

paginem sexti paris ramus dextri lateris co-  
 starum radicibus attensus, in dextrum renem  
 & pinguem membranam ipsi obductam dige-  
 rit. Tertiam porro ductis iam grandiore diffun-  
 dit ad dextram mesenterij sedem, & in intesti-  
 na mesenterio hic connata spargendam. Quod  
 autem eius rami reliquum est, subinde in vesi-  
 cam, & mulieribus in uteri fundum dextra ex  
 parte cessat. Vesica enim & uterus quoque suos  
 nervos à dorsali medulla in sacro osse deducta  
 mutuantur. Ad eundem ferè modum sinistri  
 sexti paris nerui ramus costarum ex porrectis  
 radicibus digeritur. Propaginem enim inferio-  
 ri membrane omenti largitur transversim in  
 lienis cauum porrectam, que in progressu an-  
 teaquam lienem contingit, duos diffundit sur-  
 culos in humiliorem omenti membranam, &  
 colum intestinum quàm ventriculo hic adrendi-  
 tur, dispersos. Deinde aliam sobolem emittit il-  
 lis surculis crassiorè, que sinistram fundi  
 ventriculi sedem perreptans, ventriculo ipsiq;  
 superiori membrane omenti (qua etiam so-  
 les ipsa suffulcitur) per multa germina deri-  
 uat. Mox quoque à propaginibus lienis cauo-  
 se inferentibus, exiles ramuli sinistrum ven-  
 triculi latus accedunt, illis concomitati venis  
 ac arterijs, quas à lienem petentibus vasis huc  
 reflecti, antea diximus. Secundam propaginem  
 n ramus

ramus ille *sinistris* exporrectus *costis*, *mesenterio* & *sui lateris intestinis* offert, & post hæc *tertiam sinistro reni* exhibet, ac denum *ipsius reliquo sinistram vesicæ ac fundi uteri* sedem interdum amplectitur. A *propaginibus in mesenterium sparsis*, interdum cum *seminalibus venis* & *arterijs surculos ad testes* usq; *deductos* animaduerti. atq; hæc *sexti paris neruorū cerebri* est series.

De septimo pari neruorum cerebri.

## CAP. X.

**N**eruum cerebri septimum ac vltimum par, uti ceteris paribus durius est, sic quoque ex duriori enascitur principio. incipit enim aliquot inuicē distantibus surculis, à *dorsali medulla*, vbi modo *caluariâ* est egressura. Hinc in anteriora modicè tensum, & ipsius surculus in vnū coeuntibus, per foramen proci- dit, sibi priuatim exculptum. Simulatq; verò septimum id par *caluariâ* superauit, sexto co- heret pari, & *propagines aliquot dispensat* musculis qui à *processibus stylum imitantibus* principium ducunt. ex quorum numero est al- ter tertij paris musculorum ossi v referenti pe- culiarium, isq; qui *inferiorem maxillam deorsum* trahit, & alius *linguæ proprius*. Septi- mum par hinc ad *linguæ usque radicem* de- scendens, in plures diducitur *seboles*, quæ in lin-  
gua

gue musculos, & ossis u referētis, & in omnes  
 laryngis musculos superius non connumeratos  
 implicantur, eorumq; musculorū motibus præ-  
 sunt. Verūm præter illas soboles, septimum par  
 non minimam ipsius portionem sexto pari ner-  
 uorum cerebri ad lingue radicem inibi offert,  
 sextum par illa portione adaugens.

De dorsali medulla, & neruorum ab ipsa  
 proceduntium numero. CAP. XI.

**D**orsalis medulla neruorum modo substan-  
 tie cerebri à qua originē sumit correspon-  
 dens, quanto magis à cerebro recedit protendi-  
 turq; tanto (neruorum etiam ritu) compactior  
 duriorq; efficitur. Variat enim plurimum ab  
 aliorum ossium medulla impense humida, pro-  
 pemodumq; fluxili, siquidem hanc, & præci-  
 pue ipsius substantiam molliorem pinguedini,  
 vel adipi assimilēs licet in ossium sinibus nu-  
 triendi humectandiq; gratia asseruato. Qua-  
 propter ex hac nullū profusus neruum neq; du-  
 rum neq; mollem exoriri reperies. Quinetiam  
 presens medulla nec cerebri, aut dorsalis medul-  
 le inuolucris obtegitur, nec præterea ipsi adeo  
 dignè notatæ arteriæ ac venæ obtenduntur.  
 Quapropter etiā nulla ratiōe cerebro & dorsa-  
 li medulla similis est, neq; vlla illi cū sensus or-  
 ganis aut musculis cōio existit. Quum interim

n 2 dorsal

dorsalis medulla non paruam cū musculis communicationem sibi vendicet. Quippe si rerum Opifex hanc non produxisset, duorum alterum subsequeretur, aut enim omnes corporis partes capite inferiores, ac à nervis sexti paris nervorum cerebri propagines nullas admittētes, motu destituerentur arbitrario, tristantiumq; sensu priuarentur: aut neruum in singulas partes à cerebro derivari necessum esset. Verum si motu carerent, tunc homo non amplius animal, sed lapideæ luteæue corresponderet statuæ. A cerebro autem in singulas partes exiguum & grandem neruum porrigere, artificis esset neruorum securitatem nihil pendentis. Nam non solum gracilem neruum, vt qui rumpi confringi que possit, longo progressu deduci non erat tutum, verum ne aliud quoddam validorum etiam organorum, & minus adhuc venam, aut arteriam. Hæ enim vt dorsalis medulla à propria origine grandes amplexq; enascentes in latitudinis in progressu variè dissecantur, & quum corporis partibus appropinquant, sicutulos singulis partibus offerunt, qui materiam ipsi à principio oblatam communicent. Vnde etiam satius fuit dorsalem medullam velut flumen aliquem, ex fonte nimirum cerebro effluentem, per eam sedem qua transit geniculatim nervos tanquā sensus & motus arbitrarij



vectores germinare, uti modo rerum Opifex  
 probè est molitus. Ceterum quando dorsalis me-  
 dulla inftar alterius cerebri omnibus prope-  
 modum partibus sub capite positus censetur, hæc  
 quoq; oportebat similiter ac cerebrum duro & fe-  
 rendis iniurijs pertinaci munimento, ac velut  
 propugnaculo cingi. Cuiusmodi verò id sit, in  
 primo libro, dum dorsi vertebrarum structurâ  
 prosequeretur, abundè dictum est. Præterea dura  
 etiam membranæ dorsalem medullam ample-  
 xantur, ijs omnino specie respondentibus, quibus  
 cerebrum obvoluitur, etiam si distantia inuicem  
 non congruant. Crassam enim seu duram cere-  
 bri membranâ à tenui in calvaria distare, gra-  
 tia distentionis contractionisq; vasorum tenuis  
 membranæ, & ipsius adeò cerebri, in septimo  
 libro declarabitur. In vertebrarum autem fini-  
 bus, ubi membranæ dorsalem medullam am-  
 biunt, dura tenuem contingit. Atq; hoc vno in-  
 uicem membranæ pugnat: ac eo præterea, quod  
 tertium quoddam involucrium egregie validius  
 nerueumq; duabus illis quæ dorsali obducuntur  
 membranis, extrinsecus circumducatur. Neque  
 profectò incassum hæc molitur Natura: quippe  
 quum dorsalis medulla quedam cum cerebro  
 obtineat communia, quedam peculiaria: in  
 communibus quidem communis est fabrica, in  
 peculiaribus autem propria ac differens. Sunt

porro communia, substantiã corporis simile ha-  
 bere, & neruorum esse principium. Peculiaria  
 vero, moueri quidẽ cerebrum, ac pulsare natu-  
 rali quodam motu, non secus atq; cor: & cere-  
 brum interim immobili osse comprehendi, non  
 moueri verò dorsalem medullã vertebris qua  
 mouentur inclusam. Merito itaq; ipsis pari ra-  
 tione, due membrane, dura nimirũ & tenuis,  
 circumuoluuntur: vna quidem præcipuè, vt col-  
 liget simul vasa que in eis excurrunt, & totã  
 eorum substantiam vtcunq; mollem constrin-  
 gat: alia, vt inuolucrum efficiatur, & à circum-  
 datis ossibus muniatur, ipsaq; etiam ossa & cere-  
 brum & dorsalem medullam ambient, velut  
 propugnaculum quoddam & murus, sufficienter  
 citra noxam excipere impetum eorum que aut  
 secare, aut frangere, aut aliter nocere possunt.  
 Ceterum quoniam cerebrũ tenuisq; membra-  
 ne vasa pulsant crassam membranã, tanto in-  
 tervallo à tenui mēbrana in caluaria priuatim  
 distat, quantũ ipsis dum dilatantur, suscipiendis  
 sit sit. Quoniã verò dorsalis medulla nõ pulsatur,  
 neque distenditur, vtręq; membrane simul co-  
 eunt coalescuntq; ne minimum quidem mutuo  
 dissite. Porro quod nullus qui sensu dignosci  
 queat, motus capitis ossibus adsit, in vertebris  
 verò motus sit varius, dorsali medulle ter-  
 tium id inuolucrum, cuius paulo antè memini-  
 mus,

mus, obductum visitur. Nam nobis dorsum inclinantibus, ob idq; etiam dorsali medulla necessario flexa tensaq; hec promptè nullo eiusmodi inuolucro succincta frangeretur. At dorsalem medullam unicam (vti & cerebri sedes, à qua principiu ducit, vnica simplexq; est) iussu à Natura factam esse, neminem latere arbitror, quum homini duo dorsa procreari fuisset planè ridiculum, atque ad plurimas actiones ineptum, quodq; dorsalis medulla validior per vertebrae simplex, quàm gemina prorepat. Quàm verò sit Galeni ratio vana, qua cerebellum simplex esse docet, vt vnica fieret dorsalis medulla, in septimo libro explicabimus. Quamquã sanè & hoc loco hominis medulla dorsalis veniat expendenda, si quidè per totà ceruicem & ad thoracis vsq; medium aliquando & inferius nonnihil simplex ac indivisa mollisq; adhuc deorsum fertur, nervus duntaxat geniculatim à se diffundens. Quum verò thoracis medullam perrepsit, vt duris ac motui potissimum seruientibus propagandis nervis idonea redderetur, non simplex amplius, sed in innumeras secta soboles descendit, nō aliter profecto quàm si frequentes multasq; tenuissimas chordulas simul recta tensas membrane cuipiam illigares, ac deinde per singula foramina per quæ nervi prosiliunt, vnâ atq; alterâ chordulam ex mu-

Dorsalis  
cur vnica.

Lib. 3. de  
Vitu part.

tuo illo connexu tantisper distribueres, quousq;  
 vnica tantum superesset chordula, dorsalis me-  
 dulle fini respondens. Ad eum namque modum  
 dorsalis medulla in neruos absimitur, qui per  
 foramina in vertebrae exsculpta elabuntur.  
 Quanto autem artificio haec concinnata sint,  
 partim in primo libro. exequutus sum, partim  
 vero in sequentibus Capitulis recensere cona-  
 bor. Ceterum nerui, quos dorsalis medulla per  
 vertebrae ducta, ac paulatim in progressu gra-  
 ciles distribuit, resectionis professoribus sexa-  
 ginta, & interdum quinquaginta octo enume-  
 rantur, modo triginta, modo viginti nonè com-  
 plexi paribus. A dorsalis enim medullae sede se-  
 ptem cervicis contenta vertebrae, septena exi-  
 liunt paria. A medullae autem sede per thoraci  
 recta vertebrae, duodena dependent paria: a  
 quinta autem lumborum vertebrae, quina: ab  
 osse sacro sena. quibus interim quinque inferiora  
 ossis sacri neruorum paria, si quando id sex ef-  
 formetur ossibus, quodammodo gemina dici pos-  
 sunt, quum nerui vtrinq; antrorsum & retror-  
 sum ducantur ab vna radice vix enati. Dorsali  
 vero medullae terminus ex osse sacro proci-  
 dens, neruus non censetur, neq; in ramulos qui  
 neruorum nomen merentur cessat: quanquam  
 aliquando illum iam ex sacro osse decidentem  
 in tres impensè breues surculos diffundi viderim,

rim, tunc sacro osse quinq; solum ossibus confor-  
mato. In canibus autem & alijs animalibus,  
pro dorſi ossium numero neruorum dorſalis me-  
dulle parium frequentia quoq; differt. Vt nihil  
de Galeni libris de Partium vsu sententia di-  
cam, quando os sacrum quatuor tantum ossibus  
formari arbitratus est, nullumq; aliud os illis  
subijci scriptum reliquit. Ex illa enim sententia  
colligere promptissimum est, quam aliorum Ana-  
tomiconum placitis, dum illos libros nobis tra-  
didit, anxie instituerit, quamq; inuicem conso-  
na nobis scripta reliquerit.

Septem neruorum parium è ceruicis ver-  
tebris profilientium series.

## CAPVT XII.

**M**odo hæcenus memoria non exciderit  
prime ceruicis vertebrae cum occipitis  
osse, & secunde item vertebrae cum prima su-  
perius tradite articulationis species, merito in  
presentia Nature prouidentiam sedulo admi-  
raberis, quæ primo ceruicis pari, & secundo, non  
cæterorum ceruicis aut thoracis neruorum ri-  
tu, sed peculiari quodam, duarum primarum  
vertebrarum articulationibus impedita, viam  
inſculpserit, ac duos vtriusq; paris, quemadmo-  
dum & in sacro osse vtrinque machinata sit  
exortus: vnum quidem anteriori corporis  
sedi, alterum vero posteriori exporrigens.

Quippe vt posteriori primi paris propagini con-  
 cinnè via prepararetur, Natura in primæ ver-  
 tebræ eminentiori sede ad radicē posterioremq;  
 regionem ipsius cum capite articulationis sinū  
 calauit, atq; hic etiam occipitis ofsi sinum in-  
 sculpens foramen effecit primæ cervicis verte-  
 bræ, ipsiq; occipitis ofsi commune. Ne si fortasse  
 integrū foramen tenui illi vertebræ (vti in ca-  
 nibus, quibus grandior est vertebra, euenit) in-  
 sculpsisset, ipsa quum alioquin magno indigeat  
 robore, multis perforationibus inualida reade-  
 retur. Quinetiam quo foramen id arctius esse  
 possit, Natura posteriorem primi paris exortū  
 gracilem effecit, eumq; in musculos duntaxat  
 distribuit, qui à prima cervicis vertebra in oc-  
 cipitis os inseruntur, & eos qui ab occipitū ofse  
 in transuersos eius vertebrae processus implan-  
 tantur: aut, vt clarius dicā, in quarti & quin-  
 ti musculorū caput mouentiū parium muscu-  
 los, præsens propago spargitur. ac dextra quidē  
 propago in dextri lateris deperditur musculos,  
 sinistra autē in sinistri: quod etiā tota neruorū  
 serie semper nisi aliud addidero, subaudiui ve-  
 lim. Cæterum ab hoc posteriori primi paris ex-  
 ortu seu propagine surculus etiam deducitur in  
 principium musculi à transuerso primæ cervi-  
 cis vertebrae, & aliquot subsequentiū vertebra-  
 rum principium sumentis ac scapulam sursum  
 attrahit

attrahentis. Altera primi paris propago non  
 semper conspicua, nimis quàm gracilis est, atq;  
 ab anteriori dorsalis medullæ regione enata,  
 excidit inter primâ cernicis vertebrâ & occi-  
 pitis os, iuxta latus teretis ligamenti secunde  
 vertebræ processum (quem denti assimilamus).  
 occipitio colligantis. Hæc propago vti gracilli-  
 ma est, ita etiâ mox in musculos assumitur, qui  
 anteriori vertebrarû sedi obnati, dorsum mo-  
 ventium primum par recensentur. Secundum  
 nervorum par, quâdo profusus ex lateribus sub-  
 sequentium parium modo pronasci nequinit,  
 utpote ab articulatione duarum superiorû ver-  
 tebrarum offendendum, aut quod si foramen  
 inibi vertebris esset insinuatam, articulationis  
 robur omnino infirmaretur, Natura verte-  
 brarum noxam fugiens, secundum par vt fre-  
 quentiùs, binis exortibus seu propaginibus  
 exoriri operæpretium putavit. ac posteriorem  
 propaginem, que anteriori longè est crassior.  
 (quanquam & ipsa gracilis visitur) per la-  
 tera posterioris secunde vertebræ processus,  
 quem spinam vocamus, eduxit, ibidem op-  
 portunissimum tutissimumq; iter (vti in pri-  
 mo docuimus libro) machinata. Præsens pro-  
 pago quum utrisque primi paris propagini-  
 bus crassior sit, in plures quoque dividitur ra-  
 mos. Simulatq; enim prodijt, in duos crassitie  
 impares

impares diffcinditur, ac crassior à prioribus quodammodo ad posteriora sursum trāsversim tendit, ex spine nimirum secunda vertebra lateribus, versus spine medium, vbi mutuus est vtriusq; lateris musculorum posteriorem cervicis regionem occupantium congressus. Ramus iste tertij paris sobole huc exporrecta coauctatus, ac ex dictorum iam musculorum medio in exteriora prolapsus, cōtrario penitus ductu ex posterioribus sursum in priora ad caput cōtendit, atq; inibi in vniuersam capitis cutem tam que circa aurem, quàm que post aures ad verticis vsque summum habetur, surculos spargit. Huius rami progressus accuratè propter subsequentium parium seriem venit perpedendus. Ab illis enim paribus rami à vertebrarum lateribus ad ipsarum spinas pertingunt, & hinc rectà extrorsum per mutuum musculorū vtriusq; lateris congressum, & rursus hinc à spinarum seu posteriorum processuum apicibus, dorsoq; medio antrorsum seu versus corporis latera ascendunt, & in musculos digeruntur à spinarum apicibus principium ducentes, vti subsequens nervorum series ordine doctura est. Ceterum posterioris secundi paris propaginis minor ramus in proximorum musculorum principia dinaricatur. sunt autem illi tertij & sexti paris muscoli, eorum quos capitis motibus preesse



esse diximus. Anterior secundi paris propago  
 admodum gracilis, ab anteriori dorsalis medul  
 la sede originem mutuatur, atque inter secun  
 dam & primam elabitur vertebram ad lateris  
 radice, eius secundæ vertebræ processus, quem  
 denti comparamus. Digeritur autem hæc propa  
 go mox in musculos anteriori cervicis verte  
 brarum sedi adnatos, qui primum par musculo  
 rum dorsi motus auctori constitunt. Tertium  
 nervorum à dorsali medulla prodeuntium par  
 ex communi foramine secundæ cervicis verte  
 bræ & tertie procidit, mox ab egressu in duos  
 discissum ramos. Posterior retrorsum flectitur,  
 ac inter musculos cervicem extendentes, qui  
 dorsum mouentium septimus & octauus enu  
 merantur, ac deinde inter caput mouentium se  
 cundum par occultatus, ad secundæ vertebræ  
 spinam contendit, atque hinc ex mutuo muscu  
 lorum posteriorem cervicis sedem occupantium  
 concursu in posteriora excidens ad cervicis pro  
 perat latera, musculo suffultus, qui ex carnea  
 constitutus membrana buccarum motus opi  
 fex censetur. Anterior autem tertij paris ra  
 mus, in quatuor spargitur propagines, ac pri  
 ma musculos dorsum mouentium primum ac  
 secundum implicat. Secunda propago declin  
 ducta, quartum adit nervorum par, cuiusdam  
 ipsius furculo commiscenda, in dictos nuper mu  
 sculos

sculos absumpto. Tertia autem sursum contem-  
 dit, ac posterioris secundi paris propaginis ra-  
 mo in verticis cutem excurrenti congregitur,  
 una cum illo (vti prius dictum est) dispergen-  
 da. Quarta autem tertij paris anterioris rami  
 propago in musculos digeritur, qui transuersi  
 vertebrarum processibus comati, cervicem in  
 latera mouent: & eum pariter qui à transuer-  
 sis vertebrarum cervicis processibus principiu  
 ducens, scapulam sursum vellit. Quartum cer-  
 uicis neruorum par e communi tertiae & quar-  
 ta vertebrarum foramine excidens, tertio pari  
 similiter in duos partitur ramos. Posterior  
 aliorum qui retrorsum ad spinam inter muscu-  
 los occultati reflectuntur modo, versus tertia  
 cervicis vertebrae spinam contendit, in progres-  
 su illis quibus intertextitur musculis, surculos  
 diffundens. Quando autem spinam contingit,  
 per mutuum elabitur congressum, musculorum  
 posteriorem cervicis regionem occupantium,  
 atq; hinc in latum membraneumq; digeritur  
 musculus buccarum motus autorem preci-  
 puum. Anterior autem quarti paris ramus, ter-  
 tias educit propagines. ac unam promit, cui  
 tertij paris propago commiscetur, quaeq; in mu-  
 sculos deperditur stomacho substratos, ac cer-  
 uicem flectentes. Secundam verò propaginem  
 in musculos distribuit vertebrarum lateribus

adnatos: cuiusmodi sunt quorum beneficio cer-  
uix in latera ducitur, ac is qui à transuersis  
colli vertebrarum processibus principium du-  
cens, scapulam sursum allicit. Tertia propago  
duabus nuper dictis gracilior, declius fertur,  
cum quinti paris sobole congressura, ac simul  
cum illa & sexti paris propagine septi trāsuer-  
si neruum constitutura. Quinto pari, quod præ-  
dictis quatuor succedit, quinta vertebra cum  
quarta viciniam præbet: ipsum verò similiter atq;  
quartum in duos dissinditur ramos, ac poste-  
riorem ad spinarum apices retorquet, eodens  
prorsus modo digerendum, quo posteriorem  
quarti paris ramum digeri diximus. At prior  
anteriorve quinti paris ramus, primùm sobolē  
spargit musculus cervicē flectentibus. dein gran-  
diorem depromit, qui deorsum repens ramulos  
vtriusq; vicini paris, quarti nimirum & sexti  
excipit, & illis adauctus, neruum septi trans-  
uersi efformat, qui præcipua quinti paris cōstat  
propagine, & exigua sobole quarti paris, &  
item exigua sobole sexti. Interdum verò & se-  
ptimi paris sirculus septi trāsuersi neruo acce-  
dit, at tunc quarti paris soboles ipsi nulla offer-  
tur. Atq; hæc sanè regio admodum industriè se-  
pto transuerso nervos elargitur. Variat enim  
id à cæteris musculis non figura solùm, verùm  
& sunctione. Orbicularis enim formæ (vti in  
secundo

secundo recensuimus libro) visitur, & situ obli-  
 quo donatur. Mox caput ipsius à quo fibrae de-  
 pendent, non vt quispiam arbitraretur, ex pe-  
 ctoris ossè, aut costarū cartilaginibus, aut ver-  
 tebrarum corporibus educitur, sed in media to-  
 tius septi regione, quæ nervosa est, id consistere  
 nobis persuasum habemus. Ac proinde ner-  
 uos fibris illis motum largituros, eò prorepere  
 ab alto operæ precium fuit, vt in vniuersam  
 ipsius sedem suam vim ex æquo diffunderent.  
 Si verò Natura nervos septi partibus, quæ pe-  
 ctoris ossi, costis & vertebri cōtascuntur, in-  
 seruisset, septi finis in ipsius medio haberetur:  
 quum nervos in musculorū initia potius quàm  
 fines exporrigi, Anatomes professoribus axio-  
 ma sit. Atque hac ratione septum dūtaxat ner-  
 uos à cervicis vertebri mutuatur. longo enim  
 progressu eos ducere, quum possent ex proximis  
 sedibus emitti, Opificis esset ignorantis, quid  
 magis in fabrica conduceret. Hac igitur occa-  
 sione septo sublimes transmittuntur nervi, vni-  
 versum thoracem perreptantes. Ne verò in pro-  
 gressu periclitaretur, eos intersepientibus thora-  
 cem membranæ adnexuit, vnum neruum sin-  
 gulis membranæ exteriori firmans. Neq; profe-  
 ctò minorem conditoris industriam arguit, id  
 quod adhuc anterioris quinti paris nervorū cer-  
 vicis est reliquum, atq; in musculū præcipuè in-  
 feritur

seritur, cuius auxilio brachiū attollimus. Hic enim quia ingens graueq; membrum impensè sursum attollere debebat, forti validoq; indigebat neruo, quē Natura ipsi securissimè à cōmemorata quinti paris portione deduxit. Natura enim ab hac portione ramulos quosdam porrigens musculis scapulam attollentibus, primū ab externo huius portionis latere neruū deriuat, qui forās emergens, atq; in multis scissus soboles cutem implicat, qua attollens brachium musculus integitur. Deinde reliqua portio in profundo recondita simulatq; scapulae cervici appropinquat, in duos magnitudine impares partitur ramos. Anterior, qui & gracilior est, sub summi humeri cum clauicula connexu porrigitur, & musculi brachium attollentis parti soboles spargit, quae à summo humero & clauicula inibi principium ducit. Atq; hic ramus cuti nullum exporrigit surculum, nisi interdum extremè gracilem, aliquousq; humeraria vena concomitatum. Posterior verò eius quinti paris portionis, quā in profundo reconditā declinè ferri diximus, ramus qui anteriori crassior est, postquā gracile exprospit ramulū musculo hinc à scapula sursum ad os v referens proficiscenti, insidet foramini instar semicirculi in scapulae elatiori costā exsculpto. In hoc foramine posterior hic ramus vena quoq; & tenui arteria

concomitatus, mox propaginem diffundit musculo sinum occupanti, quem inter scapulae spinam & elatiorem ipsius costam haberi scriptimus. Insuper in muscoli brachium attollentis sedem digeritur, à scapulae spina & summo humero pronatâ. Verùm hic ramus in presentem musculũ non totus exhauritur, sed furculo quopiam cutem brachij externe sedi obductam adit, quem secundum exterius latus insertionis ramus ille ab alto transmittit, quam musculus is brachiũ attollens in humerum molitur. Eadem sanè industria & à succedentibus nervorum paribus seu nervis in brachium progredientibus ad musculos scapulam mouentes, nervi transmittuntur, qui omnes intimis musculo rum sedibus potissimum inseruntur. Ceterum nunc tempestivum est, sexti & septimi parium seriem sermoni subicere. Sextum par sub quinta vertebra excidens, eadem cum ceteris paribus serie ad cervicis musculos posteriorem ramum dispensat, tum eos qui cervicis & capitis praesunt motibus, tum illorum capita qui respirationis opifices ex ceruice thoracem accedunt, quanquam & hi potissimum ipsorum nervos à septimo pari & octavo quoq; seu primo thoracis pari mutuuntur. Anterior autem sexti paris portio, postquam nervum exprompsit, qui quinti paris portioni ad veruum septi transierit

si constitutum permiscetur, cum contiguis par-  
 tibus septimo nimirum & octavo coit, & va-  
 riè rursus disscinditur, nervos vna cum proxi-  
 mis partibus efformatura, qui in manum con-  
 tendunt. Privatim verò præter cetera cervicis  
 paria, sextum par portionem notatam dignam  
 deorsum ad scapulæ cavum transmittit, & ra-  
 mi quoq; tum ab hoc, tum & à ceteris coniu-  
 gijs ad musculos digeruntur, qui scapulam sur-  
 sum ducunt. Validis enim & magnam molem  
 attollentibus musculis varias quoq; ac frequen-  
 tes nervorum propagines inseri, quam maximè  
 rationi est consouum. Septimi etiam paris ex  
 communi sextæ & septimæ cervicis vertebra-  
 rum foramine prolabantis, magnus cum dua-  
 bus proximis coniugationibus sexta videlicet  
 & septima congressus perficitur, atq; huius po-  
 tissima portio in manum fertur. Ab hoc enim pa-  
 ri & quinto & sexto cervicis, & primo & se-  
 cundo thoracis vertebrarum omnes manus nervi  
 propagantur. Quia autè serie illi digerantur, pe-  
 culiari Capite persequar, modo interim adhuc  
 addens, septimum par interdum ramulum septi trans-  
 uersi nervo offerre, & perpetuò ramum in poste-  
 riora ad spinam ducere, qui præter ceteras propa-  
 gines in musculos posteriori cervicis sedi infra  
 tos digestas, aliquot etià offert lato membraneoq;  
 musculo, qui buccas monet, atq; ex carnea mem-  
 brana

brana cōstituitur. In hūc enim musculū à quinti paris neruorū cerebri propagine per cecū foramē excidēte, ac dein ab omnibus paribus vertebrarū cervicis (si primū excipias) soboles pertingūt, vniuersæ secūdum musculi fibrarū ductum exporrecte, ac proinde etiam ad venas & ligamenta multifariam ( vt ductum illum feruent) reflexæ, ac cuti etiam communicatæ.

Series duodecim parium neruorum dorsalis medullæ, thoracis complexæ uertebri.

CAP. XIII.

**P**rimum thoracis neruorum par, inter septimam cervicis vertebrarū & thoracis primam, quinq; humiliorum cervicis parium modo exiliens, superioribus dorsalis medulle neruorum paribus comparatum, opportunè octauum nūcupabitur. Hoc itaq; simulatq; excidit, in duos impares diductum ramos, posteriorem, qui & gracilior est, retrorsum ad spinam inter musculos vertebris hūc adnatos reconditum, detorquet, à quo in progressu surculos accipit radix musculi à prima thoracis costā in transuersos cervicis vertebrarū processus inserti, ac cervice in latus (versus anteriora tamen magis) inclinantis. Dein & qui cervicis capitūq; in posteriora motibus præficiuntur musculi, ab hoc ramo octauī paris surculos adipiscuntur. Quod autem eius rami septimæ cervicis  
verte



vertebræ spinam contingit, extrorsum ducitur:  
 & rursus transuersim à spina abscedens, propa-  
 gines offert humiliori sedi eius musculi qui  
 scapulam mouentium secundus ac maior enu-  
 meratur. Insuper & musculo scapula basi in-  
 ferta, scapulamq; ad dorsum trahèti, ac demum  
 illi quem hominis thoracè mouentium tertium  
 recèsumus. At anterior octauus paris ramus, po-  
 steriorem longè insignior, septimi, sed magis adhuc  
 interdum noni paris non minimam portionem cum  
 ipso congregentem suscipit, totusq; variæ vici-  
 nis paribus commixtus, si vnicam ipsius demis-  
 sionem propaginem, in manus fertur. Ex demis-  
 sione namq; ipsius sede ubi iam proximis paribus  
 se commiscuit, propaginem antrosum emittit,  
 quæ secundum primæ thoracis costæ ductum ad  
 pectoris ossis usq; summum perlata, in progressu  
 surculos dispensat thoracis musculo à clauicula  
 in primam inferto costam. Præterea huius pro-  
 paginis terminus in illos digeritur musculos,  
 qui à pectoris ossis summo principium ducen-  
 tes sursum exporriguntur, tum ad mamillarem  
 capitis processum, tum ad os v imaginem compa-  
 ratum, & ad laryngis cartilaginem scuto non  
 absimilem. quanquam interim & his musculis  
 à sexto pari nervorum cerebri soboles offerantur,  
 ut & à primo intercostali nervo, quem  
 mox noni paris propaginem esse dicam. Quæ

autem octauis paris in manum sit series, cum reliqua manus neruorū explicatione persequar, id & hoc loco subiungens, ab octauo pari seu potius quarto manū petente neruo, quū is alā accedit ex posteriori ipsius regione etiam ramos pullulare, in eandem scapulae regionem digestos. Nouum par inter primam & secundam thoracis vertebrae originē ducens, octauis quoque paris ritu ramum in posteriora ablegat, simili quodammodo ratione atque posterior octauis paris ramus digerendum. Deinde non minimam sui partem octauo porrigens, uti suo dicam loco, in manum fertur. reliquam verò ipsius portionem primo costarum interuallo offert, qua secundum primae costae ductum ad pectus usque fertur in progressu, ut & reliqui costarum interuallis exporrecti nerui, soboles diffundens in musculos thoraci incumbentes. Porro decimum, undecimum, duodecimum, & reliqua ad primum usque liberorum, seu vigesimum par, subsequētia, eadem quodammodo serie digeruntur. Quippe omnia mox atque e vertebrae lateribus exilire, bipartito scinduntur, ac minor graciliorque ramus retrorsum ad vertebrae spinas detorquetur, inter musculos vertebrae adnatos latitās. Sunt verò illi, quos dorsi et thoracis motibus hic praesse retulimus. Videlicet humani thoracis motorum

quartus,

quartus, in canibus verò & simijs sextus: deinde dorsum mouentium sexti paris alter, mox et alter octauis paris, & circa superiores thoracis vertebrae alter primi, & secundi paris caput mouentiũ, & alter tertij paris, & alter quoque quarti paris musculorum dorsum priuatim mouentium. In hos enim musculos thoracis nervorum posteriores rami sparguntur: verumtamen in illos tantum non absumentur, ac quum iam spinarum attigere apices, extrorsum properant, inter mutuum dextri sinistriq; lateris musculorum congressum procidentes, atque in musculos postmodum digesti, qui ab illarum quas contingunt spinarum apicibus principiu mutuantur: e quorum classe (præter aliquot nuper commemoratos, præcipue autem alterum primi paris musculorũ caput mouentium) sunt, musculus scapulam ad dorsum trahens, totiq; scapulae basi insertus: et humilior pars eius musculi, quæ secundum scapulam mouentium enumeramus, ac monachorũ cucullis cõferimus, qui hac parte scapulam deorsum vellit, mox humani thoracis motus opificum quintus, & is etiam qui brachium deorsum dorso adducit. Et præterquam quòd à posterioribus horum parium ramis surculi in musculos digerantur, etiã aliquot in cutem dorso instratam contendunt, at minus frequentes quàm nervi in manus, aut pectoris, aut

colli cutem pertingentes. Caterum anteriores presentium parium rami surculos offerunt sexti paris nervorum cerebri ramo sub tunica costis succingente costarum radicibus exporrecto, illisq; surculis adaucto. Dein presentes rami costarum exporriguntur internallis, vena itemq; arteria concomitati, & proprio sinu costarum interiori inferioriq; sedi insculpto vecti, secundum costarum ductum in anteriora properat. Rami enim veris exporrekti costis, ad pectoris usq; os pertingunt: rami autem secundum spurias delati costas, haud una cum illis cessant, verum in abdominis usq; anteriora super peritoneum repunt. Ab his ramis in progressu sparsa admodum propaginum series in musculos thoraci adstratos diffunditur, e quorum numero secundus est thoracem mouentium, & qui brachium pectori admouet, & qui scapulam pectori adducit, & qui brachium deorsum vellit, & oblique descendens abdominis musculus. In hos enim musculos propagines ab intercostalibus nervis offeruntur, singulae tanta industria ad costas, & venas, ac arterias, & ligamenta reflexae, vt ad amissim musculorum quibus porriguntur, fibrarum incessus retineant. Atq; vt his musculis thoraci instratis ab intercostalibus nervis propagines exhibentur, sic a nervis spurias costas superantibus, soboles quoq; abdominis

musc

musculis communicantur, fibrarum etiam illo-  
 rum quibus attenduntur musculorum serie ob-  
 servantes. Porro à propaginibus musculos im-  
 plicatibus, nervuli etiam thoracis cuti offerun-  
 tur, non quidem certa neq; nunquam aberrante  
 serie, sed sparsim, eoq; prorsus modo quo errantes  
 vasorum rami, στροφαδες Grecis nuncupati, di-  
 geruntur. Vt cunq; verò varia, neq; sibi constas  
 sit eiusmodi nervorum cutem petentium series,  
 Natura tamen verita, ne tenero adhuc infanti  
 lac familiare illius alimentu, à matre exigenti  
 papilla nonnunquam atrocius denegaretur, ex-  
 actum papillis sensum impartiri voluit, quo te-  
 nerorum infantuli laboru mollisq; lingue con-  
 tactus, papilla voluptate afficeret, qua homines  
 illecti, hanc promptius sugendam contrectan-  
 damq; offerant. Ac proinde à nervis ferè qui  
 quartum costarum percipiunt intervallu, pro-  
 pagines diffunduntur in musculum, cuius bene-  
 ficio brachium pectori adducimus: atq; ab illis  
 propaginibus surculi in papilla pertingunt, simili  
 qua penis efformatur substantia constantem.  
 Ceterum vt presentes surculi duodecimo ner-  
 vorum pari quodammodo peculiare censendi  
 sunt, ita sanè decimo octavo & decimonono pa-  
 ribus id privatim ascribendum venit, quod sur-  
 culos offerant principio sexti femur moventium  
 musculi, quod hinc è vertebraru lateribus pro-

nasci iam multo ante commemorauimus.

Neruum in viuerfam manum series.

C A P V T

XIIII.

**A**D brachium à quinto, sexto, septimo cervicalis neruorum paribus, ac dein à primo secundoq; thoracis seu totius dorsalis medulla vertebris contenta octauo & nono paribus sex nerui digeruntur, quorum seriem prosequar mox atq; Nature operum studiosos admonero, vt accurate neruorum in brachium porrigendorum originem contemplantur: ita enim nerui brachium adituri, statim ab ortu ad vertebrarum latera permiscetur coeuntq;, & rursus inuicem dirimuntur, ac deuò congregiuntur: ac postremo separantur, vt neutiquam dicere queas, quis nam brachij neruus ab hoc illo ve pendat pari. At verius quodammodo sex præcipuos neruos ab illa commixtione neruorumq; congerit ac contextu reticulari principiu ducere astrues. atq; hic implexus tam elegans est, vt ab illius effigie chordulas Cardinalium galeris appēsas, artifices primùm miscere committereq; didicerint. Quod autem Natura artificio hoc peculiari & incredibili spectatunq; iucundissimo vtatur, quo neruos longissimo progressu deducendos, duriores ac iniurijs ferendis pertinaciores reddat, neminem ambigere existimo, potissimùm si implexum neruorum crus potentium prius spect

spectauerit, neq; nimium interim Galeno in pri-  
 mo Affectorum locorum libro acquieuerit. Ca-  
 terum primus brachium subiens neruus, eius  
 quinti paris neruorum ceruicis rami soboles  
 est, qui in muscoli brachium attolentis sedem  
 à scapule spina pronatam digeritur. Atque  
 hæc soboles tantum in externa brachij regio-  
 nis cutem paulo sub medio longitudinis bra-  
 chij diffunditur, inibiq; cessat. Quippe inferio-  
 rem huius regionis cutem alia exilis propago  
 implicat, quæ prædictæ nuper sobolis modo ex  
 alto emergens ab eo editur neruo, qui neruo-  
 rum brachij quartus erit. Atque hæc propa-  
 go non solum dictæ iam cuti surculos offert,  
 sed & illi cuti soboles deriuat, quæ sedem ex-  
 ternam posterioremq; cubiti ad humerum ar-  
 ticuli amplexatur. Presentes nerui, ut & o-  
 mnes quoque cutem accedentes, membrana sus-  
 fulciuntur, quam cum multis alijs dissectio-  
 num professoribus carnosam vocare libuit, atq;  
 inter hanc & cutem prorrepunt in homine mul-  
 to adipe etiam immersti, membranamq; illam  
 cuti pertinaciter committentes, ac pilorum mo-  
 do interim graciles. Deinde non eandem per-  
 petuò in situ, numero & crassitie retinent se-  
 riem, sicut in maioribus vasis: neq; parem nu-  
 merum, neq; situm, neq; magnitudinem accura-  
 tè obseruari, iam antea relatam est. Porro cæ-  
 tera

teri quinque nervi per axillam brachium subeunt,  
 atque in plures ramos quam primus sparguntur,  
 singuli maiores crassiores ue spectantur. Se-  
 cundus itaque brachium petens nervus, ab im-  
 plexu quem nervos brachium subituros ad ver-  
 tebrarum latera efformare dixi, principium  
 ducit, atque ita nemo hunc nervum alicui parti  
 verè ascribet, quod non vno, sed pluribus ner-  
 vorum paribus textus ille constituatur. Cete-  
 rum præsens nervus brachium sub musculo cu-  
 bitum flectentiū anteriori ingreditur. Vbi enim  
 duo illius musculi capita inuicem sunt coitura,  
 nervus ille primum in brachiū fertur, quo etiam  
 loco musculus brachium pectori adducens inser-  
 tionem secundum humeri longitudinem molit-  
 tur, vti etiam musculus brachium attollens  
 transversim inibi humero implantatur, præter  
 insertionem quam hac propemodum regione  
 musculus tentat, qui ab humiliore scapula costa  
 pronatus brachium in posteriora allicit, ac de-  
 mum eius quoque musculi, cuius beneficio deor-  
 sum versus dorsi humiliora brachium agitur,  
 insertio secantibus inibi occurrit. Secundus igitur  
 brachium petens nervus, priori cubitum fle-  
 tentium subditur musculo, & sub interiori  
 eius capite quod à scapula processu anchoræ spe-  
 ciem referente originē ducit, occultatus, vtriusque  
 eius musculi capitibus surculum offert, ac de-  
 clium



cliuis prorepens sub posteriori nuper commemo-  
 ratum musculi sede reconditur. Quas vero pro-  
 pagines deim diffundat, ubi & tertium nervum  
 huc sermone deduxero, subijciam. Tertius ner-  
 vus secundo humilior, ex illo quoque prodit  
 complexu reti ve, quod iam prius à nervorum  
 radicibus brachium adeuntibus confici dixi-  
 mus. Nervus iste quum alam perreptat, ra-  
 mum promit inter musculum brachium pecto-  
 ri adducentem, & illum quo brachium attol-  
 litur, cuti exporrectum, qua illorum musculo-  
 rum obducitur lateribus, qua illi se mutuo con-  
 tingunt. Simulatq; vero tertius nervus humero  
 appropinquat, mox etiam cubitum flectentium  
 anteriori musculo cooperitur, atque simul cum  
 secundo nervo deorsum properans ramulum  
 capiti prebet musculi cubitum flectentium po-  
 sterioris, quod etiam interdum & à secundo  
 nervo propagine quadã donatur. Caterum Ga-  
 lenus asserit, à tertio prepositi nobis numeri  
 nervo, postquam is ramulum hunc in Caput  
 musculi cubitum flectentium posterioris didu-  
 xit, tantam propaginem diffundi, illamq; se-  
 cundo nervo commisceri, quanta secundi nervi  
 portio est, hæc sub anteriori cubitum flecten-  
 tium musculo prorepens. Deinde subdit, se semel  
 observasse, à tertio nervo ad secundum nullam  
 communicari propaginem. Nos sanè aliquo-

libro 3. de  
 Administ.  
 section.

ties

ties utrunque animaduertimus, sed multo sepius & perpetuò quasi in homine, à secundo nervo propaginem notatù dignè crassitudinis ad tertium nervum depromptam spectauimus, qua tertius nervus crassior validiorq; reddatur. Vtcumque verò sit, siue tertius secundo propaginem impartiat, siue à secundo (quod verius duco) ad tertium propago pertineat, siue etiam nullus secundi cum tertio congressus fiat, secundus nervus perpetuò deorsum ad anteriorem articuli cubiti sedem contendit, musculo cubitum flectentium anteriori reclusus, & in progressu ab externo ipsius lateris ramulum spargens in Caput musculi ab humeri osse principium ducentis, & radio ad brachialis radicem inserti, radicemq; in pronum mouentis. Quum primum verò secundus nervus ad anteriorem vsque cubiti articuli sedem cubiti ve flexum pertingit, secundam externum latus tendinis musculi cubitum flectentium anterioris ad carneam ducitur membranam, in cutem dissipandus. mox enim atque ab alio emersit, in duos crassitie impares secatur ramos, quorum vnus qui gracilior ac superior est, aliquosq; cum humeralis vene ramo secundum radium ad mediam vsq; cubiti longitudinem exporrecto, ac dein versus vlnæ appendicem tendenti deducitur, vniuersam cutem radio

incuru

incumbentem prætenibus surculis intertexens,  
 quorum præcipuus inferiorem radij appendi-  
 cem superans, ad secundum usque pollicis pertin-  
 git internodium hic, ubi & toto progressu, in-  
 ter carneam membranam & cutem repens.  
 sobolesque tenuissimas diffundens. Huic surculo  
 pollicis exprorecto interdum ramuli accedunt,  
 permisceturque, ab ijs secundi nervi propagini-  
 bus, quas modo internæ summæ manus cutem  
 adire scribam. Humilior enim crassiorque ramus  
 eius secundi nervi divisionis, quæ iuxta cubiti  
 flexum perficitur, statim in duas quoque diri-  
 mitur propagines, sub media prorepentes vena  
 ab humerali ad communis vene constitutio-  
 nem proficiscente. Una harum propaginum  
 quam elatiorem appellare nihil prohibet, post-  
 quam dicte iam vene succumbens, ad vene  
 communis usque originem obliquo ductu ac-  
 cessit, relicta vena cuti subtenditur, & in de-  
 scensu elatius ad radij sedem nonnihil oblique  
 conscendens, secundum internum latus musculi  
 oblongi & radio proprij ad brachialis usque ra-  
 dicem perfertur. Altera propago, quam memo-  
 riæ doctrinæque gratia in scholis humiliorem  
 nuncupo, magis oblique quam medium cubiti  
 flexus aut vene communis origo consistat, de-  
 orsum fertur, ac tadem vene maioris cubiti se-  
 dis cuti potissimum oblata attensa, ad brachiale  
 usque

vsq; prorepat, in multos exiles surculos in pro-  
 gressu absumpta. Nam priusquam longo ducta  
 in cubiti regione feratur, in duos precipuos par-  
 titur ramos, quorum vnus quodammodo radij  
 regioni exporrigitur, alter verò vlnæ, ac vter-  
 que crebrò brachiale superat, ramulos in cutem  
 internæ summæ manus sedi dispargens. Dein  
 ab illis ramulis qui Veneris monticulum con-  
 scendunt, interdum soboles in externam manus  
 sedem excurrunt, nervulis commiscende ca-  
 tem primi pollicis internodij externæ regioni  
 obductam implicantibus. atq; in hunc modum  
 secundus absumitur nervus. Tertius autem  
 nervus simulatq; secundi nerui propagine ad-  
 augetur, frequenter ramulum in cutem dispen-  
 sat, anteriori brachij sedi hic obnatâ. Hinc vbi  
 ab initio in alto repositus, cubiti flexum acce-  
 dit, equali propemodum interuallo in progressu  
 à secundo distans, ac interiorem sedem sibi ren-  
 dicans. Tertius enim nervus non adamussum  
 per mediam cubiti flexus sedem in cubitum de-  
 labitur: verùm anteriori sedi insidet tuberculi  
 interioris humeri, ac super internum latus quo-  
 dammodo vehitur insertionis musculi cubitum  
 flectentium posterioris. Quum verò hanc trās-  
 scēdit insertionem, in multas dirimitur propa-  
 gines, seriatim tunc recensendas, vbi quintum  
 nervum ad cubitum vsque sermonis serie de-  
 duxero

duxero, qui una cum tertio in musculos digeritur, sedem cubiti interiorē occupātes. Quartus nervus à reticulari illo nervorū iuxta vertebrarum latera implexu principium quoque ducens, omnium nervorum qui in brachiū porriguntur longè crassissimus est, & similiter atque tertius occultatus cum ipso in brachium properat, axillari venæ & magnæ manus arteriæ artensus, moxq; insignes utrumq; soboles musculis distribuens, quorum ministerio cubitū extendimus. Priusquam verò præfens nervus ad medium vsque longitudinis brachij pertingat, obliquè retrorsum ad humeri os contorquetur, hoc & musculos cubitum extendentes intercedens. Verum anteaquam penitus reflectatur, ab interno ipsius latere propaginē emittit, quæ inter musculos cubitum extendentes & posteriorem cubitum flectentium in internam brachij sedem procidit, uniuersa in huius sedis cutem absumenda, surculosq; partim sursum partim deorsum multiplici serie sparsura. Porro ipse quarti nervi truncus, ad eum modū secundum humeri posteriora reflexus, sensim ad externam brachij sedē properat, ac ab externo latere propaginē edit, quæ inter exteriorē cubitum extendentium musculum & caput oblongi musculi radium in pronum ducentis ex alto emergēs, in cutem dispensatur externæ brachij

chij & cubiti articuli sedi obductam. Quum  
 primum autem quartus nervus in alto semper  
 latitans, exterius humeri contingit tuberculū,  
 posteriori ipsius sedi inmittitur, in qua huius  
 nervi nomine sinum à Natura priuatim excul-  
 ptum diximus, quò nervus musculis occulta-  
 tus, atque hic in frequentem sobolem spargen-  
 dus, tuto reheretur. Mox enim atq; nervus ille  
 in cubitum ducitur, ramum promit, qui ex al-  
 to emergens, errabundo ductu sub cute ad bra-  
 chiale vsq; prorepit, frequentes surculos in pro-  
 gressu educens, à quibus cutis externam cubiti  
 sedem obtegens intertextitur. Deinde quartus  
 nervus in duos disscinditur truncos, in profun-  
 do, vt & ipsorum radix, reconditos. Horum  
 alter altero elatior est, ac radio exporrigitur.  
 alter autem qui humilius consistit, secundum  
 vlnam deorsum fertur. Elatior penitiùs inter  
 superius latus musculi bifido tendine brachia-  
 le extendentis, & exterius inferius ve latus  
 musculi longi radii in pronū ducentis ad bra-  
 chiale contendit, in progressu graciles ramulos  
 vtrisque; quibus atteditur occultaturq; musculis  
 comunicas. Vbi verò elatior hic ramus bra-  
 chiale accedit, per transversum properat liga-  
 mentum, in externa radij sede bifido tendine  
 brachiale extendenti obductū. Ceterum mox  
 atq; presens quarti nervi ramus externā bra-  
 chialis

chialis sedem contingit, in duas dirimitur pro-  
 pagines, quarum altera duplici furculo exter-  
 nę pollicis regioni offertur, altera uerò in duas  
 secta soboles, unū indici porrigit in ipſius ex-  
 ternam sedem duplici quoq; furculo abſumen-  
 dam. alteram autem medio largitur digito, eā  
 simplicem induiſamq; interno lateri exterioris  
 ſedis eius digiti applicans. Demiſſior ramus  
 quarti nerui iam cubitum ingredientis in duos  
 ramos ſectionis, qui vlnę exporrigitur ilico fre-  
 quentes educit soboles, ac primam donat capi-  
 ti muſculi indicem, medium & anularem ex-  
 tendentis, ſecundam capiti muſculi cuius auxi-  
 lio minimus extenditur digitus, tertiam autē  
 offert muſculo brachiale ſimplici tendine ex-  
 tendenti. In ipſo autē ſecundū vlnam proceſſu  
 præſens ramus tribus muſculorum principijs  
 ab vlna originem ducentibus propagines exhi-  
 bet. ac eorum quidem principiorum primus mu-  
 ſculus eſt, qui radium in pronum ducentiū bre-  
 uior viſitur: mox ille qui triplicem diſſundit  
 tendinem, ac vnum brachialis oſſi primū pol-  
 licis oſ ſuſtinenti innectit, ſecundum primo  
 pollicis oſſi, tertium ſecundo pollicis oſſi & ter-  
 tio. Dein muſculus, qui tribus pollicis oſſibus  
 inſertus, pollicem extendendo verſus indicem  
 ducit. Mox muſculus, cuius beneficio index, ac  
 interdum quoque medius à pollice extrorſum  
 p 2 obliquè

obliquè aguntur. Horum nanque musculorum principijs seriatim ab vlna pronascentibus, à presenti quarti nerui ramo soboles offeruntur, accurate fibrarum eorū musculorum ductum observantes, qui obliquè ab vlna versus radiū pertinet. Quod verò huius rami reliquum est, brachiale non conscendit, multoq; minus in minores absuntitur digitos, sed uniuersum hic ad brachialis radicem cessat, aliquot sorculis brachialis cum cubito articulum implicans, ad hunc sanè modum quartus neruus in ramos spargitur. Porro quintus neruus à cōmemorato iam sepius nobis plexu inferius quàm quatuor hactenus descripti, principij nanciscitur, ac quarto attensus per axillā in brachium fertur, nullas omnino soboles cuiquā brachij parti distribuens. Nam indiusus inter musculos cubitum extendentiū interiorē, & cubitū flectentiū posteriorē secundū internā brachij scē occultatus tantisper porrigitur, dum internum humeri contingat tuberculum, ad cuius posteriorem reflectitur sedem, hic priuatim exigentissimum, quo aptè in cubitū vehitur. Quem admodum enim tertius neruus anteriorē humeri tuberculi sedem occupare dictus est, ita sanè & quintus hic neruus in posteriori sede eius tuberculi consistit, pariq; quodammodo serie cū tertio digeritur. A duobus nanq; presentibus neruis



propagines omnibus offeruntur musculis inter-  
 ternam cubiti sedem occupantibus, qui & ab  
 interiori tuberculo humeri, & ab ipsa vltima  
 radioq; principiu mutuuntur. Ac à tertio qui-  
 dem nervo potissimum soboles sparguntur in  
 musculum secundos quatuor digitoru articulos  
 flectentem, & illum qui tertios eorundem di-  
 gitorum flectit articulos, mox illum qui tertij  
 pollicis ossis flexus est autor. deinde propaga  
 quoq; à tertio nervo illi porrigitur musculo,  
 qui ab interno humeri prodicens tuberculo, ac  
 postbrachialis ossi indicem sustinenti insertus,  
 brachialis flexus opifex habetur. Verum is mi-  
 sculus etiam à quinto nervo surculum subinde  
 asciscit, vt & omnes ab interno humeri tuber-  
 culo pronati, ex quoru classe præter nuper com-  
 memoratū is censetur, qui tendine lato summe  
 manus interne cuti subnascitur, dein qui quar-  
 to brachialis ossi insertus brachiale flectit, mox  
 qui radium in supinum ducētium superior de-  
 scribitur. Porro quintus & tertius nervi etiā  
 sparsam hanc propaginum deriuent seriem, pe-  
 nitus hic non absumuntur, verum vtrorunq;  
 singuli adhuc supersunt rami, insignes sanè, &  
 in plures surculos diffundendi. Ac tertij quidē  
 nervi ramus inter musculum quatuor digito-  
 rum secundos flectentem articulos, & illum  
 qui tertium pollicis os flectit, radio exporrigi-  
 tur.

tur, vna cum vena ac arteria hac deductis ad  
 brachiale properans, & trāuersum permeans  
 ligamentum in brachialis interna sede tendini  
 bus obductum. Iste tertij nerui ramus surculos,  
 sed nimis quā̄m obscuros, quibusdam musculū  
 exhibere dicitur: qui in extrema manu repositi,  
 digitorum motibus quoq; presunt. cuiusmodi  
 is est quo pollex ab indice maximē abducitur,  
 dein quo pollex indici proximē adigitur, &  
 duo pollicis primum flectentes internodium, &  
 tres secundi ipsius internodij flexus opifices,  
 mox qui indicem ac medium pollicis adducunt,  
 ac duo qui indicis primum flectunt articulum,  
 ac interior deniq; primum medij digiti os flectentium.  
 Verū̄m his musculis, vt & illi qui  
 radium in supinum ducentium inferior est, net  
 ui potius attenduntur, quā̄m inserantur, aut  
 etiam superficiētē̄ adnascantur. Ipse tamen  
 tertij nerui ramus in vola tres notatu dignas  
 & insignes quoque emittit propagines, quarū̄  
 prima pollicis internam accedit sedē̄m, in ductū  
 prius dissecta surculos: secunda etiam binis sur-  
 culis internae indici sedi implicatur, tertia ve-  
 rō̄ simplex interno tantum lateri interioris me-  
 dij digiti sedis exporrigitur. Porro quinti nerui  
 ramus vlnae attensus inter musculū̄ secundū̄  
 quatuor digitorum articulos flectentem, & illū̄  
 lum qui eorundem digitorum tertios articulos

flectit

flectit, ad brachiale ducitur, vena etiã & arteria cõcomitatus, que vlna exporrigitur, atq; ad volam per transuersum brachialis ligamentum tendunt. Hic ramus simulatq; ligamentum id superauit, vnã propaginẽ in duos diuisam furculos minimi digiti internæ sedi cõmunicat, ac vnã similiter in duos furculos diremptam internæ sedi anularis digiti offert, mox vnã quoq; medio digito communicat, que indiuisa externo applatatur lateri, internæ mediũ digiti sedis. Nisi fortè vti non infrequenter accidit, à tertio nervo duæ soboles indici offerantur. Præter has quinti nerui propagines nullas in extreme manus musculos spargi animaduerto, in illos dico qui anularem & minimum ad pollicem ducunt, qui primũ os minimi & anularis flectunt, cũ externo musculo primũ mediũ digiti os flectentium, & illo qui minimum à ceteris digitis in latus remouet. Nam, vti prius monui, his musculis nerui potius attenduntur, quàm adnascuntur. Porrò quinti nerui præsens ramus ad hunc modum non totus absimitur, verũ nõ persunctoriè expendendam promittit propaginẽ, paulo inferius quàm mediũ vlna longitudinis consistit. quum enim ramus hic vlna mediũ emensus est, ab externo ipsius late re propaginẽ illam deducit inter musculam brachiale flectentium inferiorem, & inferiõrẽ

brachiale extendentium. Propago hinc ex profundo elabens secundum vnam in externam sedem cubiti porrigitur, & quum externam brachialis sedem contingit, in externam regionem illorum digitorum ramulos spargit, in qua quartus nervus nullas soboles prompsit. Diuiditur itaque ea quinti nervi propago in tres ramos, quorum primus duplici surculo externam minimi digiti sedem adit, secundus duplici quoque surculo externe anularis sedi exporrigitur, tertius autem indiuisus externo implicatur lateri exterioris medij digiti regionis. Quoniam vero quintus nervus, hanc externe manus sedi exporrectam diffundit propaginem, subinde videmus quintum nervum tot atque dixi surculos in internam manus sedem non digerere. Haud semel enim observavi, à tertio nervo etiam externum latus interioris sedis medij digiti, & internum latus anularis surculos assumere, quinto tunc duas tantum propagines interne minimi digiti sedi & vnam anularis interiori sedi porrigente. Atque dictam sanè nervorum in extremam manuum seriè non iniucundè in te ipso observabis, modo ad amussim nervos pollice alterius manus, aut cubiti innixu, ad os ita cõpresseris, ut animalis spiritus transitum compressione cohibeas, ac pars cui nervi inseruntur stupefeat. Est verò id iuxta cubiti articulum non multis inter-

Etum vestibus, aut (vt in obesit mulieribus)  
 multa adipe inuestitū commodissimè. nā si pol-  
 lice quartū neruum aliquādiu compresseris, sen-  
 ties externā pollicis & indicis sedem & inter-  
 num quoq; latus exterioris sedis mediū stupe-  
 re. Quod autem quartū neruum compressurus  
 vi pollicem inter posteriōrē vlna processum  
 externum humeri tuberculum impingere opor-  
 teat, ueminē latet, qui modo surda aure quartū  
 nerui seriem non obaudiuerit. Si verò pollicem  
 ad superiore in interioris tuberculi humeri sedē  
 quintum neruum compressurus, vi admoueris,  
 mox interna externaq; sedes minimi digiti &  
 anularis & inferior mediū stuporem experien-  
 tur. At si maiori conatu anteriorem interioris  
 humeri tuberculi sedem compresseris, atque ita  
 tertium neruum obstruxeris, ilico interna sedes  
 pollicis & indicis & pars mediū stupore labo-  
 rabunt. Quū verò hæc exploras, perpende pari-  
 ter, quā leue sit nonnunquam motum inte-  
 gro adhuc sensu perire, & sensum quoq; motu  
 adhuc integro aboleri. Nam vt ceteros taceam  
 neruos (& ne à reconditis magis exempla pe-  
 tam) da vulnere aut alio effectu quartum ner-  
 uum, quā is secundū humeri posteriora veste-  
 ritur, aut etiā quā à reticulari plexu ad ver-  
 tebrarū latera consistenti exorditur, præsimili,  
 aut aliās ex humoris affluxu eiusq; generis

malo quopiam ita vitiari, vt animalis spiritus cum ipso nõ deducatur, & quintus nervus interim illesus (vti factu est facillimũ) ac integer sit, non ne minimi digiti & anularis extensio perdetur? illorũ sensu integro? Nam quintus nervus sensum suppeditas illesus est, at propter quarti vitium musculorum digitos extendentium munus intercidit. Quid si casu quintus nervus, integro interim quarto, cõtusus, aut alioqui oblesus fuerit: non ne parvus digitus & anularis stupescet, ipsorũ interim motu haud corrupto? Atq; vt hec de quarto neruo & quinto exempli gratia proposui, ita sanè illi quem nervorum series & musculorũ natura non fugiunt, expendere consingereq; promptissimum est, qui sensus illeso motu aliquando aboleatur: aliquando autem seruato sensu, motus corrumpatur. Neq; necessum est eò deslecti, quod maior vis animalis ad motum, quàm ad sensum requiratur: & multo magis irridenda est Anatomicorum principis ratio, qua is consingit quosdam nervorum surculos motui tantũ, alios autem sensui præesse, quasi verò quis nervorũ surculus sensu tactus destitueretur. Ceterũ quò hæc aliò spectent, sexti nerui (qui adhuc enervandus superest) seriem quoque perstringemus. Istius principium ab infima retis iam sepius dicti sede enascitur, & incoiugatus per axillam

Libro 1. de  
Affectorũ  
Iocorũ cognitione.

axillam in brachium properat, nullibi in alto receditus, sed cuti internæ brachij sedis substratus, ad internum humeri accedit tuberculum, in progressu conterminis eius quam perrepat cutis partibus frequentem depromens sobolem. Ad interius verò humeri tuberculum, in plures partitur ramos venæ axillaris propaginibus partim incumbentes, partim quoque substratos. Hi deorsum numerosa propaginum serie secundum vnam digeruntur, inter cutem & carneam membranam deducti, & priusquam brachiale contingant cessantes, perpetuoque secundum inferiorem cubiti regionem seu vnam exporrecti. Præsens nervus crassitie secundo respondet, ubi is cubitum accedit. Quintus autem nervus tertio congruit, uti etiam secundus, qui priusquam sui portionem tertio offert, crassius visitur. Atque hi sexto serè quinquaplo crassiores sunt: omnium autem plenissimus est, quem quartum enumeravi: quemadmodum summe etiam gracilis occurrit, qui primus recensebatur.

Quinque parium nervorum è lumborum vertebris prodeuntium series.

## CAPVT XV.

**D**orsalis medulle lumborū vertebris complexæ nervi, in hoc thoracis vertebrarum nervis magna ex parte conveniunt, quòd à singulis

gulis rami retrorsum ducantur in musculos  
 vertebri adnatos sparsi. Committitur autem  
 hic vertebri musculus humani thoracis moto-  
 rum quartus, dein dorsum mouentium vnde-  
 cimus, ac demum qui huic subternitur decimus-  
 tertius. Atq; his musculus propagines à poste-  
 rioribus ramis offeruntur, quum illi adhuc re-  
 conditi ad vertebrarum spinas ducuntur. Quan-  
 do autem rami ex mutuo utriusq; lateris mus-  
 culorum connexu, atq; ab ipsis spinarum apici-  
 bus prociunt, ad latera demum excurrunt, cuti  
 & musculo precipue intexti, cuius ope brachiū  
 versus dorsi humiliora agimus. Anteriores au-  
 tem horum parium rami in abdominis muscu-  
 los, ac illum qui brachiū versus dorsi humiliora  
 detrahit, ipsamq; adeo cutem disseminantur, ut  
 & in musculum dorsi motus auctorem nonū,  
 & eum qui femur mouentium sextus mihi im-  
 meratur. Dein à vigesimo primo pari, seu se-  
 cundo lumborum, vna cum seminaria sui late-  
 ris arteria perquam exiguus surculus ad testem  
 ducitur, si modo à sexti paris nervorum cere-  
 bri ramis costarum radicibus exporrectis, atq;  
 in intestina propagatis nulle soboles ad testes  
 pertingāt. nam & ab illis ramis interdum sur-  
 culos testibus exporrigi animaduertimus. Quin  
 etiam ab anterioribus ramis trium primorum  
 parium ex lumborum vertebri profilientium,  
 surculi



furculi etiam diffunduntur, qui nuper dictos sexti paris ramos costarum radicibus exporrectos accedunt, illosq; adaugent. A tribus vero humilioribus è lumborum vertebris elabentium paribus, non minimi crura accedunt: quae autem serie in illo digerantur, secundo ab hoc Capite exequar.

Nervorum è sacro osse profilientium series.

CAP. XVI.

Quam concinne Galeni ossis sacri descriptiones inuicem, ac demum hominis ossa congruant, primo explicuimus libro, addentes quoque inter sex hominis sacri ossis ossa anteriori & posteriori sede bina exculpi foramina, adeò sane ut hominis nervorum series à cantho & caudatarum simiarum serie plurimum discrepet. Ac primum quidem par tam in hominibus quam quadrupedibus inter os sacri ossis primum, & infimam lumborum vertebram ea prorsus ratione qua nervorum paria è lumborum vertebris egredientia procidit, ac mox ab egressu ramum in posteriora non secus atq; superiora paria diffundit, qui etiam similiter atque posteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim vero à posteriori regione primi paris sacri ossis propaga utcumq; in signis in musculos spargitur, ab ilium osse principium ducentes, potissimum autem in primum femur movent

uentium. Dein eius propaginis soboles non pe-  
nitende in cutem clumibus obductam deriuantur.  
Anterioris verò presentis paris portio, ner-  
uis in crus deducendis permiscetur. Non enim  
tota in crus absimitur, quum ab illa ramus se-  
cundum internam ilium ossis sedem exporriga-  
tur, surculos offerens abdominis musculis & il-  
li pariter musculo, quem ab interna ilium ossis  
sede pronatum femur mouentium septimū re-  
censui. Ceterum quinque humiliora paria pecu-  
liari procidit ratione. nam priusquam ex ipso  
osse elabatur gemina ab utroque latere sunt, &  
vnus nervus utrobique à singulis paribus in an-  
teriora procidit, & vnus item utrobique retror-  
sum: atque hæc series in hominibus visitur. In si-  
mijs verò & canibus secus quam in cuniculis,  
vbi tria tantum in illis sacri ossis neruorum  
sunt paria sic etiam duo solum inferiora ante-  
rius posteriusque excidunt. Dein reliqua paria  
(que in canibus & caudatis simijs cernuntur  
numerosa) ab ossis coccygis lateribus in eum  
modum prodeunt, quo ex thoracis & lumbo-  
rum vertebrae nerui egrediuntur, quum inte-  
rim ab hominis osse coccyge, ne vnus quidem  
exiliat nervus. Adeo sane vt minimè miran-  
dum sit, si ego à Galeni sententia in libro de Os-  
sibus, & in horum neruorum paribus recensen-  
dis procul declinem, quum is suis sectionibus  
fidens simiarum potius quam hominum ner-

uos prosequatur: secus serè atq; in libris de Vsu partium, quos ex aliorum sententia multis locis illum conscripsisse nulli nõ cõstat, qui sedulo ipse loca, ac demũ simie sectionẽ hominis sectioni cõfert. Quinq; igitur sacri ossis inferiora paria nervos in posteriora excidẽtes ad musculos potissimũ digerũt, qui ilium ossis & sacri ossis posteriõrẽ occupãt sedẽ, ex quorũ classe in dextro latere est musculus dorsum mouentium vndecimus, ac dein decimus tertius, præter mẽbrancum initium musculi brachium ad dorfi humiliora agẽtis, & quartũ humani thoracis motorum. Itẽ quatuor primi femur mouẽtium, ac cutis deniq; clunibus obducta, quæ ipsa quoque propaginibus aliquot ab illis nervis donatur. Anteriores verò nervi variè magis digeruntur. siquidẽ tres superiores, primi paris modo in cruris (vti subsequẽti narrabo Capite) properãt. Duo autẽ humiliores nervi, qui sexti septimiq; parium propagines sunt, in ani musculos digeruntur. ad hæc, in vteri cervicem frequenti sobole, vti etiã in virorum vesica cervicem penẽ vepertinent. Nam vesicæ ac vteri item fundus plerunq; nervulos ab illis mutuantur ramis, qui à sexto pari nervorum cerebri costarum radicibus sub tunica costas succingente exporriguntur. Terminus verò dorsalis medullæ ex sexto sacri ossis osse procidens, nervi ritu mihi haudqua

haudquaquam digeri visus est, etiamsi à quibusdam hunc nervum coniuge carentem vocari non ignorem. In homine tamen, cuius sacri os quinq; tantum efformari videbatur ossibus, medulle dorsalis terminus ab osse procedens unum utrinq; diffundebat surculum, hac ratione sexti paris sacri ossis vices supplens.

Nervorum femur, tibiam & pedem  
adeuntium distributionis ratio.

CAPVT XVII.

**C**Ruri iuxta femoris initium à dorsi medulle lumborum vertebri & osse sacro complexa nervorum paribus, quatuor nervi feruntur, à reticulari quodammodo plexu perinde procedentes, atq; precipuos brachium petentes nervos pronasci iam antea relatum est: quanquam magis varius in cervico, quam hic ad lumbos sacrumq; os implexus visitur. Hi nervi non eadem obtigunt crassities, multoq; minus par series & ductus. qui enim primus ac tertius recensentur, graciles sunt. Secundus autem duobus illis crassior subinde reperitur, licet interea tenuis quoq; sit: quartus vero illorum trium unà complexorum crassitiem imit. Primus à suprema parte implexus nervorum in crus pertinentium originem ducit, ubi scilicet tertij lumborum paris (quod ordine vigesimum secundum est) anterior ramus vigesimo ter

mo tertio pari commiscetur. Nervus hic lumbo-  
rum incumbens carnibus, ac peritoneo substar-  
tus, in femur procidet secundum exterius latus  
tendinis sexti femur mouentium musculi, qui  
una cum septimo femoris motuum autore mus-  
culo hac supra coxendicis os ad minorem fe-  
moris processum contendit. Simulatq; verò ner-  
uus ille femur contingit, ramum depromit cuti  
paulo minus quam ad genu usq; exporrectum,  
que anteriori femoris sedi versus externum  
ipsius latus obducitur. Porro maior presentis  
nerui portio in alto latitans, aliquot propagi-  
nes deriuat primo tibiam mouenti musculo, qui  
ab antica sede appendicis iliū ossis principium  
ducit, dein & septimo tibiā mouenti musculo,  
qui à maioris femoris processus radice enasci-  
tur, mox quoq; in manū tibie motuū autorem,  
atq; cum illis duobus musculis primi huius ner-  
ui grandior portio declius ducta, elatius quam  
genu consistat articulus terminatur. Secundus  
neruus suum principium inferius quam primus  
adipiscitur, è regione videlicet vigesimi secu-  
di paris neruorum dorsalis medulle, seu è regio-  
ne articulationis tertie lumborū vertebrae cū  
quarta. Hic nervus peritonei etiā posteriori re-  
gioni subtenus, simul cum vena & arteria per  
inguina femur petētibus in crus porrigitur, ac  
mox ab interno ipsius latere ramum deriuat,

venæ ad pedes vsq; pollicem attensum, quâ ab  
 inguine per internâ femoris sedem, ac per genu  
 articulum internamq; tibiæ regionem sub cute  
 ad summum vsq; pedem protendi commemora-  
 uimus. Atq; vt illa vena varias soboles in pro-  
 gressu ad cutem illi conterminam diffundit,  
 ita sanè & hic secundi crus petentis nervi ra-  
 mus anteriori venæ illius sedi toto ductu conti-  
 guus, soboles passim in cutē spargit: inter quas  
 illa est præcipua, quam anteriori genu regioni  
 offert, in eius sedis cutem frequenti ramorum  
 serie disseminatam. Neq; sanè offit anter obui-  
 diendum est, præsentem ramum anteriori venæ  
 parti exporrigi, vt in eius venæ sectione, quam  
 mox sub genu aut iuxta anteriorem malleolum  
 molimur, scalpillum retrorsum atq; in postero-  
 ra impingamus, ne is casu antrosum actus  
 neruum præsecet. Ceterùm grãdiior secundi ner-  
 ui portio simul cum venâ ac arteria recondi-  
 tur, & in musculos anteriorem femoris sedem  
 occupantes quoq; digeritur, præcipuè autem in  
 quintum femur mouentium, & in octauum ti-  
 biam mouentium, cum quo etiam secundum  
 internum latus noni tibiæ mouentium mu-  
 sculi deorsum fertur supra genu articulo, non  
 minus quàm primus nervus cessans, et in pro-  
 gressu membranulis vasa colligãtibus exiguis  
 porrigens soboles. Tertius nervus secundo succedat

dit, illic enatus, ubi quarta lumborum vertebra quinta articulatur. hic peritoneo quoque succumbens, & musculo femur mouentium septimo uectus, ad pubis ossis foramen contendit, hanc in femur prorepens. Verum priusquam foramen id superat, nono & decimo femur mouentibus musculis ramulos porrigit. mox vero & illis musculis, qui à pubis osse pronati penis peculiare censentur. At ubi paulo demissius prorepst, duorum neruorum, quos iam descripsimus, ritu, ramum emittit cuti oblatum, quæ internam femoris sedem iuxta inguina occupat. Dein eius nerui reliquum ramum offert secundo tibiam mouenti musculo, ac dein quinti femur mouentis musculi portioni à pubis osse pronata ramum deriuat, supraque medium longitudinis femoris terminatur. Quartus cruris neruus tertio quidem ortu subsequitur, at sextuplo etiam crassior est, atque ex vigesimiquinti ac trium succedentium parium anterioribus ramis potissimum constituitur: non solum omnium neruorum crassissimus, verum etiam quum hinc à dorsibus medullæ termino principium obtineat, durissimus pariterque validissimus. Hic neruus peritoneo quoque subditus inter sacri ossis latus & ilium os, quæ hæc ossa inuicem dehiscunt, tanquam per sinum ipsi peculiariter paratum ducitur, & mox ramum ex posteriori ipsius sede deriuat,

qui aliquonſq; ſub primo femoris motorum latitans, tandem ad cutem procidit, ſoboles diſtributurus cuti inferiori clunium ſedi obtenſa, & illi pariter cuti quæ poſtერიorem femoris ſedem ultra medium longitudinis femoris integit. Cutis enim ſupra genua in poſtერიори femoris ſede reſpoſita, ab alia quarti nerui propagine ramulos obtinere mox docebitur. Poſtquam verò quartus neruus hunc ad cutem deprompſit ramum, alias vtcunq; grandes diſtribuit ſoboles in muſculorum capita digerendas, quæ à coxæ dicis oſis appendice principiū ducunt, quorum tria tibiæ motibus famulantur, ac tertium, quartum & quintum tibiæ mouentes conſtituunt muſculos. Quartum verò caput femoris motibus peculiare cęſetur, quintumq; femur mouentem efformat muſculum. Quartus neruus hinc inter muſculos poſtერიorem femoris ſedem ſibi vendicantes reconditus, deorſum fertur, ac paulo ſub medio longitudinis femoris ramum educit in quarti tibiæ mouentis muſculi partem à femoris oſſe, ac ſi peculiaris eſſet muſculus, enatam. Ab hoc ramo propagine in cutem excurrunt humiliori ſedi poſtერიoris femoris regionis iuxta genu obductam. Simulat quæ quartus neruus inferiorum femoris capitum radicem ſpectat, vtrinque vnā edit propaginem, in capite muſculorum diſſeminandam.



qui ab inferioribus femoris capitibus enati, tres primi pedis motores enumerantur. Quando autē quartus nervus in sinu consistit, quem duo inferiora femoris capita mutuo dirempta efficiunt, in duos crassitie inaequales truncos partitur, à quibus vniuersa propemodum tibiae & pedi item nerui offeruntur. Nullus enim in tibia nervus procidit à quarto non diductus, praeter ramum secundi crus petentis nervi interiori femoris & tibiae & pedis quoq; sedi exporrectū. Neq; sanè quenuquam mirari velim, quòd quartum neruum non secus quàm si vnicus esset, non autem (vt Galenus docet) geminus, secundum totam femoris longitudinem sermone deduxerim: quum vniuersus in homine vnicā obtineat circūscriptionē, & si quis ipsius qua inuestitur membrana vnguibus dirempta hūc velut in duos neruos dirimere proposuerit (quod leui etiā sit negotio, si manū ab ea sede, qua prope femoris inferiora capita bipartitò scinditur, sursum ad mediā vsq; femoris longitudinē duxeris) etiā licebit in quā plurimos neruos ipsum hac ratione diuidere: quū is aliud nihil sit, quàm plures nerui instar plurium rectorū funiculorum protensi, & membranis circumdati. Ac proinde ea ratione qua quis quartū neruū geminū esse cōtendet, ego illum decem & octo neruis cōflari astruā, quū aliquādo tot

ipsius portuicula seu funiculi mihi illos studio-  
 se numeranti occurrerunt. Quotcūq; verò quartus  
 nervus constat partibus, in poplite, vti prius  
 dicebam, in duos impares dirimitur truncos.  
 Exterior, qui & gracilior est, ad fibulæ cum ti-  
 biæ ossæ in xta genu articulū prorepat, inibi mu-  
 sculis offerendus. Priusquam autē penitus inter  
 musculos truncus ille reconditur, propaginem  
 diffundit externe cuti tibiæ propriā, ac per ex-  
 teriorem malleolum pedis externum latus ad-  
 euntem, atq; in progressu frequētes soboles spar-  
 gentem. Ipse autem exterior truncus postquam  
 nuper commemoratam edidit prop.iginem, in-  
 ter septimum & octauū pedem mouentes mu-  
 sculos primū occultatur, etiam sexto pedem  
 mouentium musculo attensus. Atq; inibi rursus  
 mox in progressu ramum educit, qui errabundo  
 ductu in cutem dispensatur, anteriori tibiæ re-  
 gioni obtensam. Quod verò exterioris huius  
 trunci reliquum est, ad hunc modum inter mu-  
 sculos anteriorem tibiæ sedem sibi vendicantes  
 prorepens, illisq; musculis ramulos offerens, li-  
 gamento incumbit, fibulam tibiæ ossi secundū  
 totam tibiæ longitudinem colliganti, ac vna  
 tandem cum tendinibus digitos extendentibus  
 sub transuerso huius regionis ligamento in pe-  
 dis superiora ducitur, & penitus sub tendini-  
 bus latitans, digitorum superiori sedi ramos

exporrigit. Anteaquam tamen transuersum id  
 ligamentum subit, ramulum deriuat cuti inter-  
 textum, qua ipsum ligamentum integitur. At  
 præter eum ramulum, magnâ sui portionem sub  
 medio longitudinis t. b. e. per membranè trans-  
 mittit ligamentum, fibulam tibiæ ossi colligans,  
 atque hæc portio interiori trunco quarti nervi  
 permiscetur, quem pedis inferiora accedere mox  
 dicam. Interior itaq; quarti nervi truncus, qui  
 exteriori multo grauior est, inter capita primi  
 ac secundi pedem mouentium musculorum in  
 tibiam subiens, mox ramum diffundit multi-  
 plici sobole in cutem digestum, quæ posteriori  
 tibiæ sedi ad calcem vsq; obducitur. Quanquam  
 interim ramus ille non vniuersus in cutem ab-  
 sorbetur, verum ipsius etiâ portio inter quartis  
 pedem mouentium musculum, et primum quoq;  
 & secundum tantisper fertur, quousq; tres illi  
 musculi vniantur. nam & hic quoq; portio illa  
 cutem adit. Ipse verò interior truncus in poste-  
 riorem tibiæ sedem penitus prorepēs, fertur in-  
 ter quartum pedem mouentium musculum, &  
 quintum pedem mouentium, duosq; qui à tibiâ  
 procedentes digitorum flexui præsent. Hæc  
 itaq; deorsum tendens, exterioris trunci propa-  
 ginem assumit, huc per membranè ligamen-  
 tum transmissam. Quum verò hoc interioris  
 trunci reliquum ad tibiæ vsq; humiliora cōten-

dit, vnà cum huius sedis tendinibus per transuersum ligamentũ inter calcem & anteriorem malleolum pedis inferiora petit, musculis inibi repositis distribuendum, ac singulorum digitorum inferiori sedi duos surculos oblaturũ. Quot autem hinc reponantur musculi, in secundo libro dilucide commemorauimus. Quando hinc collocari dicebatur, qui quatuor digitorum secundos flectit articulos, & qui quatuor digitos pollicis adducunt, & qui primos quinq; digitorum flectunt articulos, & qui pollicem maxime ab indice abducit, & musculus minimum digitum à ceteris remouens. Verum vti in manu quoq; dictum est, nerui his musculis potius attenduntur, quàm innascantur, aut inserantur. Porro præter hanc quarti nerui seriem, etiam subinde inuenies exteriorem truncum priusquam pedem contingat cessare, multoq; minus per membranæ ligamentum fibulam tibiæ ossi colligans, sui portionem interiori offerre. Imò ab interiori truncum, quum posteriori sedi eius ligamenti exporrigitur, ramum educi animaduertes, qui ligamentum id perforans deorsum fertur, inter musculos in anteriori tibiæ sede positos, ac hinc per transuersum ligamentum in tibiæ anteriori sede conspicuum prorepens, superiori digitorum sedi ramulos communicat. Qua autem ad minus trandi ratione hanc seriem obserues, ad finem

finem septimi libri recensero: ubi non hanc modo persequar, verum omnem venarum, arteriarum, ac nervorum sectionem, que ad manus cruraq; potissimum spectant. nam eorum vasorum que visceribus sunt propria, sectionem intrium subsequentium librorum calce priuatim perstringam: quando earum partium, quibus vasa illa committuntur, administrandi rationem pertractabo: presentis libri iam colophonē, nervorum non inelegandi delineatione hic inserta, addens.

LIB. IIII. FINIS.

q 5 AND

ANDREAE VESALII BRUXELLEN-

*sis, de Humani corporis fabrica,*

LIBER V.

Hominem necessariò corruptioni obnoxium mortalem ve esse: quo autem diutius viueret augeteturq; , instrumentis ipsim eguisse multifariam nutritioni famulantibus, ac demum quæ instrumenta nutritioni circa cibos potusque versanti priuatim sint extracta. CAP. I.



VANDO QUIDEM corporis humani generationis primordia, et eorum quibus id constituitur materia, hominè fieri immortalem prohibuerūt , rerum autor Deus, vt ille quàm diutissimè viuat, neq; aliquando species ipsius deficiat, sed semper immortalis perseueret , sollicitè machinatus est. Sanguis enim menstruus semenq; genitale generationis nostræ sunt principia: ille ceu materia

ria quedā apta concinnāq; & semini ad quid-  
 us sequax: hoc opificis rationem obtinens. Con-  
 stat autem horum vtrunque ex iisdem genere  
 elementis, aqua, terra, igni, & aere, quamuis  
 interim mutuo temperamenti mensura variēt.  
 siquidem in semine plus est ignea substantia  
 atque aerea, in sanguine aque terreaq;: quan-  
 quam præpolleat in hoc quoque & calidum fri-  
 gido, & humidum sicco. Eoq; fit, vt non siccus  
 instar pili, aut ossis, sed humidus merito dica-  
 tur. At semen sanguine quidem siccus est: cete-  
 rum ipsum etiam humidum fluxileq; sentitur.  
 Atque ita nobis vtrinque ex humida substan-  
 tia geniture origo succedit, quam tamen humi-  
 dam seruari non licebat, si modo ex ea vene,  
 arterie, nervi, membrane, ligamenta, cartila-  
 gines, ossa, & id genus alia fieri debebant. Er-  
 go mox in generationis initio coniunctum co-  
 piosius oportuit elementum, quod siccandi facul-  
 tate polleret: est vero id natura quidem maxi-  
 me ignis, sed tamen & terra. Verum huius plus  
 misceri principis non oportebat, si modo hæc  
 humida erāt futura. Ignis igitur in vtroq; prin-  
 cipio tantum admixtum est, quantum non tor-  
 rens abunde siccet. Ab hoc itaq; primum cogi-  
 tur, paulumq; concrescit quod in utero conce-  
 ptum est: mox siccus redditum, veluti linea-  
 menta quedam & rudimenta cuiusq; membri  
 adip

adipiscitur. Vltcrius verò etiam siccescens, non lineamenta rudimenta ve solum, sed & cuiusq; membri exactam speciem exprimit. Iam verò in lucem editum, magnitudine proficit, & siccius valentiusq; tãtis per efficitur, donec ad summum pertingat incrementum. Tum verò & incrementum omne sistitur, ossibus nimirum ipsis per siccitatem non vltra sequacibus, & vasa sanguinis ac spiritus amplissima sunt: cuncta denique membra non solum robusta euadunt, sed etiam vires suas summas obtinent. Subsequenti autem tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusq; officium minus probe administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusq; quam erat antea, redditur: ac proinde vltra siccatum, non macilentius modo, sed & rugosum euadit. Siccitatis itaq; excessus homini, vt omni genito corpori, corruptele interitusq; conata est necessitas. Cui altera accedit, que etiã in animalibus precipue observatur, totius nimirum substantie fluore, ab infito calore excitatus. Quis igitur tota hominis moles in perpetuo fluore sit, quinmq; nisi altera similis substantia in desluxe locum accederet, vniuersa ilico euaporata dissiparetur, summus rerum Opifex non homini duntaxat ceterisq; animalibus, verum etiam stirpibus infitus quassua vires deficiens ac desideratum semper



per appetētes, ab initio statim indidit. Non enim fugere, vesci, bibere, aut respirare à quoquam discimus vsquam, sed statim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra doctem perficiāt: & cibo quicquid siccioris substantiæ effluxit restituumus, potione quicquid humidius, atq; ita ad pristinam cōmensurationem ambo reducimus. Sic verò et æræ & igne, æq; substantiæ modum, respiratu arteriarum que pulsu tuemur. Ceterum quum id quod singulis partibus defluit, tale natura sit, qualis ipsa est particula, nihil autē eorum que bibuntur eduntur, ve, aut inspirantur, eiusmodi profus occurrat, necessum fuit animanti, ea primū assumere, dein emutare & concoquere, ac quā maxime licet, corpori alendo restituendoq; similia efficere, ac demum recrementa quæ necessariò hæc emutationes subsequuntur expellere. Atque hæc potissimum occasione Natura nutritionis instrumenta in corpore triplicia instituit: quedam prima ratione ad id quod assumitur concipiendum elaborandumq; & in totum corpus deferendum alia secunda, quæ excrementorum sunt receptacula. Reliquas partes ratione tertia, quæ horum excretionibus mittendis, & ne intempestivè profuant cohibendis, suoq; tempore expellendis subsermant. Porro partes aëri assumendo, consificiendo, deferendo, ipsiusq; recrement

mentis ex concoctione succedentibus expellendis, à Natura conditas, sequens liber persequetur, cordi omnibusq; respirationis organis dedicandus. Præsens verò cibi ac potus instrumentis, & demum generationi subministrantibus organis propter sedis viciniam nexumq; consecrabitur. Ex ore itaque per stomachum cibus & potus in ventriculum, velut in communem quandam officinam seu promptuarium assumitur, quod omnia que amplectitur cogit, confundit, & concoquit, concoctum in intestina protrudit, ex quibus quod cocti illius succi melius est, sanguiniq; efficiendo conueniens, rna cum humidiori huius concoctionis recremento vene portæ rami exurgunt, id iecoris cauo deferentes. Recrementum verò siccius ac sicciori ineptum, intestina postmodum depellunt, & hominis arbitrato laxante se orbiculari podicis musculo, ac abdominis musculis, simul accedente etiam septi transversi officio compressis, excernunt. Ipsum autem iecur postquam id nutrimentum admisit, ei extremum adijcit ornamentum ad sanguinis perfecti generationem necessarium, duplici (quod in omni fit concoctione) recremento id expurgans: flava scilicet bile, cui recremento tenuiori & leuiori. deinde atro bilioso succo cui lutoso, terrestri & crassiori. Illud quidem in bilis vesiculæ meatus transmissum  
in ipsam

in ipsam vesiculam refuit, à qua rursus in intestina excretum cum durioribus facibus egeritur. Ad hoc, uti arbitramur, per portam venarum ad lienis nutritionem transmittitur: quicquid verò is cōficere ac in familiare nutrimentum sibi adaptare nequit, id in ventriculū eructat, postmodum cum intestinorum excrementis subducendum. Ergo qui in iecore ad hominis nutritionem preparatur succus, illa duo recrementa deponens, & eam iecoris substantiæ insitis caloris beneficio concoctionem acquirens, ruber iam ac purus ex arctissimis maximeq; frequentibus venae portae ramis per iecoris substantiam diffusis, ad gibbam iecoris partem in caue venae propazines similiter innumeras angustissimasq; conscendit, tenui adhuc aquosq; recremento, quod ex intestinis cum optima succi in ventriculo confecti portione exugebatur, cōcomitatus, atq; eius aquosi recrementi tanquam vehiculi cuiusdā auxilio arctissimas vias minori opera perreptans. Quum verò sanguis eos superavit angustias, renes recrementum hoc ad se sedulo allicium, illoq; sanguinem purgant, id per vrinarios meatus in vesicam huius conceptaculum depellentes, à qua rursus opportuno tempore relaxato vesicae cervicis musculo, excrementum illud seu vrina è corpore redditur. Sanguis autem per venam cavam copiosissima

ma ramorum serie propagatam, ad omnes corporis partes deducitur, & quod in ipso singulis partibus familiare ac idoneum est, illa sibi attrahunt, assimilant, & apponunt: duplexq; quod in illa concoctione consurgit recrementum, a se per proprios ductus excludunt. Ista quidem obiter de cibi potusq; instrumentis dicta sufficiant. Quanta vero sapientia hæc rerum Opifex creauerit, eo ordine persequar, quo ipsa nutritioni famulari commemoratum est. A peritonæo autem opportunè sermonis statuetur initium, quod id horum organorum commune sit inuolucrum.

## De peritonæo.

## CAP. II.

**L**Atini peritonæi (quod abdominis membranam aliqui nuncupant) vocem à Grecis mutuauerunt. illis namque quod circumtendatur περιτόναιον, περιτόναιον, περιτόνιον appellatur. Neq; ita absolute tantum, verum à nonnullis hæc tota appellatio induitur, περιτόναιον & περιτόναιον, nomine videlicet à substantia ipsius ducto. à nonnullis hæc περιτόναιον & περιτόναιον. Sunt etiam qui περιτόναιον οὐκὲν πᾶσα καὶ ipsam partem ratione appellēt, ab usu scilicet quo inuolucrum modo omnibus propemodum que hoc quinto libro prosequemur, organis obducitur. Arabes communi membranarum nomine Ziphac et Zimphac et chamel periclitenter id nomināt. Verum in illorum interpretum

pretum libris, & apud nostræ etatis manuales medicos, quæ de abdomine suendo, & aqua in ijs qui hydrope laborant educenda, & ramicum curationibus pertractat, nominum occurrunt myriades: panniculus rotundus, albertitiron, alberitiron. Deinde absque articulo al, quem suis nominibus Arabes secundum loci exigentiam non mutato nominis significato preponunt, Beritiron, Berbetinen, eiusque generis perimulta. Peritoneum itaque ex simplicium & primorum corporum, quæ simularia etiam nuncupare solemus, numero censetur. Mæbrana enim tenuis substantiæ est, nullis omnino fibris: secus ac venarum arteriarumque tunica, aut tenues ac membranæ musculorum enervationes intertexta. estque inter cæteras corporis simplices membranas amplissima & maxima. Carnosa namque nobis vocatur membrana, & si amplior ipso peritoneo sit, ac vniuerso corpori cutis modo obducatur, tamen accuratè simplex non est, quum quibusdam carneis donetur fibris, & musculosa in ipso collo & fronte efficiatur. Porro peritoneum vniuersam cavitatem, quæ sub septo transuerso, ad os usque; coccygis, totius corporis facile capacissima habetur, succingit, ac omnibus quæ illa continentur organis obtenditur, eaque conceptaculi ritu annectitur: ventriculum scilicet, intestina, omentum, mesenterium,

Connexus  
actus.

rium, iecur, liene, renes, vtrinq; vesicam, vteru  
& vasa demu quacuq; inter septum transuer-  
sum & crura situm habent. Atque haec quidem  
peritoneum interna ipsius sede continet, exter-  
na vero vndecunq; musculis connascitur. Ex  
ligamentis enim, quae lumborum vertebrae  
conneclunt, & quae sacru os ilium ossibus com-  
mittunt, peritoneum vtrinq; principium du-  
cit, membranae late modo ab illis enascens. Mox  
ab vtroq; latere ascendens, lumborum muscu-  
lis, & is qui internam ossis ilium sedem occu-  
pantes, femorum praesunt motibus, obducitur.  
& fibris quibus inuice musculos committi vi-  
demus, illis adhaerescit. At vbi musculos, qui ter-  
nario numero vtrinq; complectuntur, peritoneu  
superavit, internae transuersorum abdominis  
musculorum, & vniuerse inferiori septi trans-  
uersi sedi subtenditur, pertinacissime ipsis, po-  
tissimum vero nervosis illorum tenuitatibus  
connatum, & quodammodo propriae musculoru  
membranae vicem gerens. Refert itaq; perito-  
neum oblongum oui instar virem, seu sphaera  
aliquam, cuius longitudo pertinet a septo trans-  
uerso ad humillimam amplitudinis sedem, qua  
sacrum os cum ossibus ipsius lateribus commis-  
sis efformat. & quemadmodum vtres ex ter-  
goribus parati, exterius hirti asperiq; intus  
plani ac laeues admodum esse solent: ita quo-  
que

Forma.

que peritonæum externa parte, ut aptius mus-  
 culis undiquaque hereat, asperum fibrosumque  
 ad eum prorsus modum visitur, quo membra-  
 nas mutuo connatas, inæquales esse dicimus.  
 Interna autem peritonæi sedes, viscera quæ com-  
 plectitur spectans, impense levis & tersa, ac  
 veluti aqueo humore oblita, secantibus occur-  
 rit, adipis interdum copiam sibi (ut in suisibus  
 quasi perpetuo) adnatam obtinens. Verum hæc  
 non omni ex parte æquè copiosam reperies.  
 Anterior namque superiorve internæ huius  
 peritonæi sedis regio quæ ventriculum contin-  
 git, ac dein posterior quoque regio ad lumbos  
 sacrum os pertinens, copiosiori abundant ad-  
 ipe, quàm sedis eius internæ latera, parsque um-  
 bilico contermina. Præterea internæ hæc peri-  
 tonæi sedes portiones quasdam seu processus ipsius  
 que continet organis porrigit, illisque processibus  
 ea organa inuicem colligat, & sibi quoque ad-  
 necit, ac singulis præter peculiare ipsorum  
 tunicas (si modo quas habeant) aliud etiã in-  
 volucrum obducit. Atque hinc etiã fit, ut ipsius organis  
 que duas peculiare sortiuntur tunicas, quæ ad-  
 modum ventriculus & intestina, ternæ attri-  
 buantur: que autem unica duntaxat peculiarem  
 tunicam exigunt, è quorum numero sunt vterius  
 & vtraque vesica, binas obtineat. Verum orga-  
 na nulla

na nulla peculiari donata tunica, vt iecur & lien, eam que ipsis obducitur à peritoneo adipiscuntur. Quo nam pacto autè, quibusq; ex locis hosce processus in eiusmodi tunicis degenerantes, peritoneum educat, & quo modo illi inuicè crassitie differant, in cuiusq; organi enarratione opportunius quàm hic recensabitur. Quemadmodum verò interna peritonei sedes ab externa variat, sic neq; omni ex parte peritoneum sibi crassitie & robore correspondet. Quà enim ex vertebrarum ligamentis pronascitur, crassissimum est: deinde quàm lumborum incumbit musculis, crassum quoq; cernitur. Anteriori verò parte, que à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubem vsq; pertinet, peritoneum tenuius graciliusq; & inualidius reperitur, quàm in lateribus & lumborum regione. Ad hæc viri peritoneum crassius validiusq; est iuxta mucronatam cartilaginem, quàm iuxta pubis sedem: in mulieribus verò ad pubem crassius validiusq; neq; his, vti viris, peritoneum hic ad inguina utrobique seminarijs vasibus viam præbent. Est enim peritoneum peculiariter in viris inlibis foraminibus, vt ita dicam, peruium, & tunicam utriq; testis priuatim offert, quo is & ipsius seminaria vasa tuto obuoluuntur, ac dein in viris pariter atq; in mulieribus, peritoneum quàm septo subducitur, tria cum septo quoq; communia

exig.



exigit foramina: primum quo venâ cauam secundum quo stomachum cum ipsi coherētibus nervis, tertium quo magnam arteriam vena coniuge experti, & aliquot sexti paris nervorum cerebri ramis concomitatam deducit. Præterea umbilici quoque vasorum gratia, & in mulieribus finis vteri cervicis, in viro autē cervicis vesicae, in vtrisque verò podicis nomine, peritoneum perforatur, ac demum multis venis, arterijs & nervis cruris petentibus, deinde illis quæ maxima portione in rectos abdominis musculos sursum tendunt, & alijs nonnullis quæ dorsi & abdominis musculis, & cuti à vasis lumborum vertebrae incumbentibus peritoneum iter præbet, ab iisdem vasis furculos sibi assumens. Quæ enim septo subductum est, septi vasis ad nutritionem utitur, in lateribus autem ab ijs ramis qui in lumborum regione geniculatim à magna vena & arteria porriguntur, plurimas soboles quoque peritoneum mutuatur. In anteriori verò regione, elatius quidem qua mucronatam spectat cartilaginem, à vasis sub pectoris osse ad rectos abdominis musculos excurrentibus peritoneum soboles exigit: in humiliori autē regione ad pubis ossa consistente propagines asciscit ab illis vasis, quæ sursum sub rectis exporriguntur musculis. Cæterum quod peritoneo medici tactus sensum

adimant, videndum potius quàm refellendum est, quum vna cum illis que transmittit organis, frequentibus quoq; nervis viam offerat, à quibus surculos etiam adipiscitur, idq; ab ijs potissimum qui abdominis exporriguntur musculis. Porro peritonei vsus complures enumerari solent. primus quidè, vt ea omnia que disscimus contegat: ex quibus quum pleraq; tendi remittiq; debeant, peritoneum quo aptius fieri id possit, nerveum & membraneum merito factum cernitur. validū quidem, vt opportunè contineret: sed tenue, quo minus pondere molestum esset. Secundus, quo omnia que amplectitur ab extrinsecus ambientibus musculis interstringit, ne quando tenuium intestinorū aliqua in media ipsorum spatia incidat, & dum musculos premunt, aut ab illis premuntur, arctant aut arctantur, dolore afficiunt aut afficiuntur, intestina motū eorum impediāt, ac recrementa intestinis cōplexa difficillimè deorsum transmittantur: id quod nunc nesciquam accidit. Verūm hæc intestina inter media musculorum abdominis spatia, dum integri adhuc essent trāsueri, minimè interciderēt, & si Galenus id præcipuè innuit, quandoquidè hi velut alterum periton. eū ijs quibus id obducitur involucrium constituunt, omniq; ex parte ab alijs abdominis musculis hæc organa interstringunt,

Libro 4. de  
vsu part.

neq; ex situ etiam inter lumborum musculos & transuersos fortassis inuolui intestina potuissent. Sunt autem illi lumborum muscoli dorsum mouentium uonius, & femoris motus autorum sextus. Tertium peritonei usum Gale-  
 nus cum ceteris Anatomes professoribus recen-  
 set, quo id siccis alimentis superflua septi transuer-  
 si accedente opera propellit: quasi uero id offi-  
 cium quod abdominis musculos una cum septo  
 ad fecium excretionem subire suo loco commem-  
 orauimus, peritoneum prestet, & arbitrario  
 motu quo se contrahat distendatq; praeditu sit,  
 ac non transuersorum abdominis musculorum,  
 & septi quibus connascitur motum necessario  
 sequatur. Deim ac si peritoneum magis quam  
 cutis, aut abdominis adeps, ipsismq; adeo omne-  
 rum illi usui subseruiat. Miror membranâ co-  
 stis succingentem, quae peritoneo substantia  
 usi & conformatione penitus correspondet, in  
 thoracem arctantium organorum numero ha-  
 bitam non fuisse, quum illa non minus thora-  
 ci comprimendo, quam hoc facibus eijciendis  
 auxiliari deberet. His quartus peritonei usus  
 succedit, omnibus quae peritoneum ambiunt,  
 & potissimum abdominis musculis communis,  
 quo is ceu inuolucrum exacte circumdatu, strin-  
 gat omnia, ne leui occasione laxior ventricu-  
 lus, aut intestina etiam statibus infestentur. At

postremus precipuusq; peritonei vsus est, quo omnia quibus circumdatū est, ab eo cōtinentur, & veluti à pelle quadam singula seorsum tetta, turo colligantur, suisq; sedibus fixa herent.

De stomacho & ventriculo. CAP. III.

**V**entriculus, qui promptuarij modo esculenta poculentaq; suscipere, eaq; primo labore (sine quo hec inutilia & homini ad nihil cōmoda essent) cōcoquere ac mutare debuit, non statim post os collocatus est, quanquā is situs ad cibi dentibus attriti assumptionē suisset aptior. Thoracem nanque & illo contenta viscera rerum Opifex ventriculo prelocavit, vt is in demissioribus sedibus excrementorum haberet effluxus, illaq; (vt in edificijs architecti ab oculis & naribus dominorum ea que profluentia necessariò tetri essent aliquid habitura, auertunt) procul à sensibus, qui in capite sedem exigunt, deducerentur. Thoracē verò aërem per os & narium foramina attracturū, ac rursus eundem emissiorum, vt vocis respirationisq; autor efficeretur, elatius collocari decuit. Porrò ne nimitū ventriculus ab ore remoueretur, quumq; longus ab ipso ad recrementorum expulsionis locum ductus sit, Natura illū quàm potuit proximè ori subiunxit. Sub thorace enim & septo transuerso inter iecur & lienem

lienem medius statim ponitur, viamq; ab ore  
 cibos ad se deferentē obtinet, quæ ab usu sig-  
 φάχ & nuncupatur, & etiã illis cõmuni nomi-  
 ne quo omnem angustum ductum, seu collum  
 isthmi modo alicui ampliori ventri prepositũ  
 vocitant, τὸμαχ & dicitur: qua voce nos Cel-  
 sum & Ciceronē imitati potius utemur, quã  
 gula alijs (vti & meri & uescet) nõ infrequẽ  
 ti dictione. Hæc nanq; via linguam ad radicẽ  
 eius hærens excipit, ac vtraque parte tonsillas  
 attingens, à palati extremo principii sortitur,  
 ac agitatione motibusq; lingue depulsum, &  
 quasi detrusum cibi suscipiens, illum deorsum,  
 pellit partibus ipsius quæ sunt infra id quod de-  
 uoratur dilatatis, quæ verò supra contractis.  
 Nervosa enim membranæ re, vt facile dilate-  
 tur, prompteq; rursus cõcidat, effecta est: & fi-  
 bris suo muneri famulantibus intertextitur, ac  
 reliquorũ deniq; corporis ductuum modo teres  
 & intus accuratè leuis lubricaq; cernitur.  
 Duabus etenim proprijs constat tunicis, sub-  
 stantia, durtie, crassitie, & fibrarũ specie va-  
 riantibus. Harum interior quidẽ nervosior, du-  
 rior, & paulo tenuior, ac totius oris palatiq;  
 tunice continua est, & rectis fibris manũ in-  
 star ciborũ attractioni subseruiẽtib; donatur,  
 Exterior verò crassior, mollior, propemodumq;  
 musculorũ uatura participans carnosior visi-  
 tur,

tur, unde etiam cibi conficiendi vim plerique ipsi ascribunt: dein transversis duntaxat circularibus ve abundat fibris, quæ ciborum interiores tunice fibræ beneficio attractorû sæliciores, magisq; subitam in ventriculum propulsionem efficiant: & si quando vomentibus ventriculus quippiam protrudit, ad eius eductionem summo opere etiam auxiliantur. Duabus his solum fibrarum differentijs stomachus indiguit, ut recte quidem attraherent, transversæ autem arctantes pellerent. Nam si obliquæ accessissent, cibus in stomacho longiori mora hereret: quod non solum homini inutile, sed & importunum ac molestum esset, quando stomachus cibo plenus, ita prolixius distenderetur, asperæq; arteriæ ac pulmonibus & magne itidem arteriæ dum ea dilatantur, diutius obstaculo esset. Natura enim stomachum tuto, & illa quæ modo comprehendendi organa minus molestaturum, per cervicem thoracemq; ad ventriculû porrigens, exactè supr. mediam cervicis vertebrarum & quatuor primarum thoracis sedem, in neutram partem inclinâtem asperæq; arteriæ subtensum deducit. Ad principium verò quinta thoracis vertebræ stomachus ut ampliori magne arteriæ tronco secundum dorsi vertebras inferiora corporis petiti cedat, nonnihil in dextrû latas à media vertebrarû regiõe abscedit,

arteria

arterie illi proximus ad nonam vsq; thoracis  
vertebram repens: quò simulatq; pertingit, ab  
eius vertebrae eleuatus corpore arteriam elatius  
( ne illa fortè à denorato cibo comprimat-  
tur) ascendit, ueruosam septi transuersi partem  
uersus sinistrum latus penetrans. Non equi-  
dem vt cum Hippocrate Galenus censuit, arte-  
riae hinc ad inferiora corporis prolabentis fora-  
mine utens, verum peculiari, quod ipsi neruisq;  
cum illo descendentibus (dum septum describe-  
retur) preparatum esse diximus. Neque verò  
administratio tantum, sed & ratio quoque id  
commonstrabit, dummodo superius ventriculi  
orificium ad amussim perpendere non graue-  
ris. Hoc namq; ventriculi mediae sedi quod ad  
priora posterioraq; spectat, neque inferius  
quàm ipsius elatior pars habetur, inseri debuit:  
quod certè accideret, si communi arteriae fora-  
mini stomachus in septo uteretur, atq; (vt Ga-  
lenus reliquosq; Anatomicorum chorus asse-  
rit) ad duodecimam vsq; thoracis vertebrae  
stomachus arteriae iunctus vertebrae neclere-  
tur, ac iuxta primam demum lumborum ver-  
tebram, aut paulò infra, arteriam conscendere,  
& à dextris in sinistrum prorepere inciperet.  
Quandoquidè arteriae per septum transitus, qui  
supra vndecimam thoracis vertebrae, vel Galeni  
suffragio, consistit, sub posteriori ventriculi sede in  
medio

Libro 5. de  
Administ.  
sect.

Lib. 4. de  
vsu partiu.

medio ipsius elatioris partis & dimisioris occurrit, non autem ubi elatissima ipsius est regio. Deinde si ad duodecimam usque thoracis vertebram, secundum arterie latus stomachus descenderet ex thorace, & sub septo primum arteriam à dorso eleuatus conscenderet, sursumque denuò ad ventriculi superius orificium necessario conuolueretur, pluresque quam nunc habeat, anfractus, eosque acutis predictos angulis adipisceretur. Ad nonam itaque thoracis vertebræ initium stomachus vertebrarum corporibus interuentu membranularum ex ligamentis vertebrarum originem ducentium committitur, atque ab illis membranis tertiam tunicam nullis omnino fibris interstinctam, & velut secundæ ipsius inuolucrum possidet. Quod verò iuxta quintam thoracis vertebram ad dextra potius arterie quam ad sinistra stomachus explicetur, in causa ipsa est arteria, non adeò tyranni ritu (quamuis multo sit dignior) dorso mediam sedem occupans, seque à sinistro cordis sinus ortum ducat, & per reliquum ipsius ductum versus sinistram caue venæ subiciatur, sinistrorsum maiore sui parte necessario vergens, ac proinde aliquantum stomacho cedens, communicatorem, ac velut socium sedis vertebrarum admittit, adeò ut stomachus & minus obliquetur, & firmiter adhuc sedem quam in sinistro latere reperit



vire posset, obtineat. Porro stomachus non de-  
 xtram septi perforat sedem, rectaq; in ventri-  
 culum ex dextro dorsi latere porrigitur, sed ar-  
 terie superuectus obtusosq; obliquatus angulo  
 sinistram petit, ne stomachus ventriculū ade-  
 undo iecur vniuersam dextram sedem inferio-  
 ris regionis septi occupans, perforare cogatur,  
 sed eam septi partem adiuueniat, qua minor  
 iecoris pars ipsi facilem aditum prabitura con-  
 sistit. Talis sane est tenuior totius iecoris por-  
 tio sinistra septi sedi hic subtensa, cui in poste-  
 riori regione qua stomachus septum permeat,  
 sinus instar semicirculi insculpitur, stomacho  
 (cuius anteriorem sedem inibi amplectitur)  
 proportione congruens. Neque est vt quispiam  
 alys credat dissectionis professoribus, qui septū,  
 idq; potissimum quod diximus foramen, ne ci-  
 bus e ventriculo superiora repetat obstaculo ef-  
 se arbitrantur, quum idem quoq; tunc in ven-  
 triculū cibi descēsum potius prohiberet. Quem-  
 admodum & mera quoq; est fabula, qua angu-  
 stiolem stomachū hic qua ventriculo continua-  
 tur, quam in ceruice esse contendunt, atra bile  
 in ventriculi superius os à liene eructata eum  
 colligi constringiq; falso existimātes. Caterum  
 obliquus ille ductus quo stomachus arteriam  
 conscendens in sinistrum fertur, nervus etiam  
 commodus est, quos paulo post ventriculo in-  
 seri

seri audies. Neque profecto sufficit Naturæ stomacho in eum modum obliquato ad velocem ciborum transitum eas quas innuebam tribuisse fibras. verum ut ipsius concavitas semper humecta ac velutuncta esset, glandulas adiunxit, alias quidem ad fauces stomacho & laryngi communes, quæ salivam humoremq; illis organis ne exiccentur, preparantes, Latinis tonsillæ appellantur. In medio itidem propemodum stomachi ductu, quæ is asperæ arterie in duos truncos ad pulmones diuise subiicitur, binis alias sepe stomacho non apponit modo, sed & in posteriori ipsius sede & ad latera adnectit, illis planè respondentibus, quas vesicæ cervicis initio in viris Natura circumdedit. & quemadmodum has vrine seminisq; genitalis meatum irrigare humectareq; suo loco commemorabimus, sic etiam glandule stomacho adnatæ illius amplitudinem irrorant, ac ne ob siccitatē difficilius in ventriculum cibus prolatabatur, salivali quodam humore imbuunt. Ceterum si quid de stomacho adhuc dicendum supersit, in ventriculi descriptione id persequemur. Ventriculū qui inter reliquos corporis ventres finis vè non minimam cavitatem obtinet, vnde etiam γαστήρ & κοιλία Grecis, ut nobis venter & ventriculus potissimum dicitur, mox sub thorace collocatum, iam obiter diximus. Nunc verò

exquisi

Ventriculi  
historia.

exquisitè ipsius situm, formam, quantita-  
 tem, substantiam, tunicas, venas, arte-  
 rias, nervos, ac demum ipsius vires, quæ  
 ad eas auxilij quicquam præstant organa re-  
 censebimus. Galenus itaque ventriculum in  
 medio corporis collocatum asserit, quod pleri-  
 que dissectionum professores ab ipso mutuati  
 non simpliciter enunciant, verum hunc secun-  
 dum omnes positionis differentiis ad amussim  
 mediam sedem instar communis omnium par-  
 tium officinæ adeptum asserunt, perfunctoriè  
 admodum in hominis proportionem metienda  
 versati. Sedes enim mucronatæ cartilagini  
 proxima, aut, ut Galenus alibi etiam asruit,  
 umbilicus, haudquaquam erecti corporis me-  
 dium est, verum elatissima pubis ossium regio.  
 At si crura simul cum ceruice illi negligenter,  
 solo videlicet corporis trunco (quem thoracem  
 Aristoteles vocat) intellecto, fortasse regio  
 mucronatæ cartilagini subiecta in corporis me-  
 dio consisteret, uti umbilicus ferè in homine  
 medius est, cui circulus obducitur, qui & ma-  
 num & pedum & verticis summum equali-  
 bus ferè intervallis complectitur. Neq; etiam  
 equalis ventriculi portio dextrum & sinistrum  
 occupat, neq; venterculus in posteriora adeò atq;  
 in priora corporis exporrigitur, quamvis fortè  
 elatius ipsius orificium id sibi non immeritò  
 vendicet.

Lib. 4. de  
 Vfu part.

vendicare posset. Statim enim ac stomachus  
 septum in sinistra nervose ipsius partis sede  
 penetrat, cōtinuum cum ventriculo corpus ef-  
 ficitur, quod in sinistro latere amplam septi se-  
 dem contingens, totam regionem inter iecur  
 & lienem vacuam complectitur. In dextro au-  
 tem latere ventriculus nusquam septum attingit,  
 sed iecoris duntaxat concauo subtensus, to-  
 ta ipsius parte superiori, & dextro item latere  
 à iecore occultatur, tantumq; à dextra septi se-  
 de passim abscedit, quanta iecoris est crassities,  
 quum interim magnam septi sedem (vti modo  
 dicebam) sinistro suo latere contingat. Neq; id  
 sanè admodum lien impedit, qui non ita ven-  
 triculi sinistro lateri attenditur, adeoq; in cor-  
 poris anteriora, vt medicorum vulgus arbitra-  
 tur, pertingit, sed potius in posteriora humilio-  
 raq; (tamen & ad latus non nihil) substernitur.  
 Deim profecto non solum in sinistrum ad se-  
 ptum vsq; scilicet, quàm in dextrum, vt pote  
 sub iecoris tantum cauo ventriculus magis  
 pertinet: verùm ipsius forma in homine (nulla  
 enim nunc mihi cum Galeno, neq; canum, neq;  
 simiarum est consideratio) tali cernitur, vt ma-  
 xima ipsius quoq; portio in sinistro collocetur,  
 haud secus quàm si inibi maiorem qua aptè  
 contineri possit sedem adinuenisset, idq; illius  
 functionibus videretur accommodum. Venti-  
 culu

culus enim forma perquam varius est: at si quis  
 illum obiter examinet, rotundus, & à dextro  
 in sinistrum oblongus, aut secundum latitudi-  
 nem quodammodo teres primum occurrit: ro-  
 tundus quidem, quod rotunda omnia sint ca-  
 pacissima, & interim minimum noxijs expo-  
 sita: oblongus verò, quod id sedes qua contine-  
 tur, & deinde bina ipsius orificia, alterum quo  
 cibos admittit, alterum quo iam confectos in  
 intestina protrudit, exigere videantur. Cate-  
 rùm si deinceps ventriculi forma accuratius  
 expendatur, in sinistro latere multo amplior  
 rotundiorq; & ad inferiora prominulus cer-  
 nitur, ac dein hinc versus dextra vergens, paulo  
 latim in angustum cogitur, & superiori qui-  
 dem sui parte descendere, inferiori autem ascen-  
 dere conspicitur, adeò ut in dextro latere mul-  
 to quàm in sinistro gracilior euadat. Sic quoq;  
 superiori sua sede, que ab vno orificio ad alterum  
 pertinet, strictior angustiorq; est, inferiori latior  
 ampliorq;. Anteriori parte equaliter vndiq;  
 gibbus occurrit, nulla ex parte deformatus. Po-  
 steriori sede duos quodammodo gibbos commo-  
 strat, vnum sinistrum, eundemq; magnum, pro-  
 ceriusq; extuberantem: alterum dextrum, mi-  
 norem, ac depressum magis. Atq; hos gibbos si-  
 nus quidam impressio ve parat, secundum cor-  
 poris longitudinem posteriori ventriculi sedi  
 s impres

Duo ven-  
triculi ori-  
ficia.

impressa. Quà enim ventriculi dorsi verte-  
bras, ipsiq; exporrectos vena caue & arterie  
magne descendentes truncos respicit, ac sedi  
quam sortitur sese utiq; adaptat, posterior  
ipsius regio introrsum quasi ad eius amplitudi-  
nē nonnihil imprimitur: quāvis ventriculus è  
corpore avulsus inflatusq; eiusmodi sinum non  
ostēdat, & perinde totus inibi gibbus atq; ante-  
riori regione occurrat. Porro ad vetriculi quoq;  
formā duo ipsius faciunt orificia, è quibus vni  
quo cibus & potus assumi dicebatur, in elatis-  
sima sinistra ventriculi partis sede ob hoc consi-  
stit, quod stomachus inibi septum cōmodè perso-  
rans, illic primum ventriculo connasci, cōmū-  
ne vè cum ipso corpus fieri potuit. Et quanquā  
superius ventriculi os in sinistra eius parte ha-  
beri dicimus, propinquius tamē mediæ ipsius se-  
di quā sinistro lateri accedit: quod tanto ap-  
paret manifestius, quanto ventriculus turgi-  
dior occurrit. Alterum ventriculi orificium ci-  
bos in cremorem emutatos ad intestina trans-  
mittēs (unde etiam πύλωπος & Græcis, nobis au-  
tem ianitor, & inferius os appellatur) in de-  
xtra eius sede consistit, nō quidē, vt totus Ana-  
tomiorum chorus arbitratur, in dextra sedis  
inferiori regione, sed in elatissima, dextroq; ven-  
triculi lateri proxima. Non enim sat erat mu-  
ano è directoq; hæc orificia inuicē ( ne ocyus ci-  
bus

bus adhuc immutatus è ventriculo laberetur) non opponi: verum inferius à superiori remotius abduci oportuit, & ex elatiori quoq; ventriculi sede explatari, quo minus sua gravitate eibus ventriculū præterfugeret: sed tunc primū quum confectus, & in cremorem exquisitè mutatus est, ventriculi potius excernendi robore, quàm suo pondere, in intestina propelleretur. Atq; horum intestinorū principium, ventriculi orificium constituit, explantatq;: quare etiam primum intestinorum, quod duodecim digitorum est longitudine, exortum pleriq; nominarunt. Neq; profecto iniuria alterū hoc orificium dextram ventriculi sedem occupat, quum hæc medio caue iccoris sedi contermina sit, in quā iecur suarum venarum beneficio, ex intestinis illoq; adeò ventriculo quicquid succulentū ab ipso confectum est, arripit ac depascitur. quod eo iecur præstat facilius, quo partes confectum à ventriculo cremorem primum excipientes illi vicinias allocantur. Præterea ventriculi orificia non sicut duntaxat inuicem variāt, sed inferius quoq; superiori arctius est, quod rudes, non tritas, duras, magnasq; moles homo subinde deuoret, ad quarum ingressum amplam ventriculi viā esse oportuit. Infra è contrario, rariū magis, durum, nō cōuersum in succū crudūq; trāsit: quāquam sanè nā adeo angustum

s 2 sit

Lib. de Naturalibus facultatib.

fit inferius vetriculos, vt solum cremorē trāsmittere queat. quādoquidē non pauci quāplurima fructuum ossa impense etiā magna, crebro deuorata innoxie excernunt, & Galenus à quodam anulū aureū qui ore tenebatur, imprudēter deglutitū, eisdemq; promptē excrementū narrat. Neq; orificij huius amplitudinem se ignorasse callidus ille Hispanus docuit, qui superiori anno Clinianæ cuipiā Bacchidi quadraginta vniones, ex illis quas hic nobiles matrone collo gestāt, vnā cum aurea cruce quinque gemmis instructissima, & fide pariter qua hæc continebantur, suffuratus est. Illa namq; quum huic noctē se daturā nisi prius numeratis quinque quadraginta aureis negaret, atq; is tādē ammisisset, ipsa à patricio Veneto pathico suo, vt comptior ornatiorq; & magis placida esset, elegantissimum vxoris sue monile (quod hic nō minima dotis solet esse portio) obtinuit, ac id in lecto adhuc collo appēsū, ne fortē subduceretur, seruauit. Huic monili Hispanus quo meretriculæ vices reponeret, inhians, eamq; quā potuit salacissime, vt suauis tandē obdormiret, exercuit, ac postmodū soluto monili singulos vniones, & cruce, ac postmodum fidem (ne quid suo furto obstaret) deuorauit. Constat igitur inferius quoq; vetriculi orificium etiā si superioris angustius sit, amplum tamen esse, & interdum



dum grandiora quoque transmittere. Ceterum Galenus & omnes eius affecte glandosam carnem inferiori orificio priuatim tribuunt, hanc ad eius orificij constrictionem auxiliari, ac in quibusdam animalibus manifestiorem esse affirmantes. Istam sane in canibus primum, qui illa donantur maxima, & quum carnis colore obtineat, manifestiore, deinde in homine examine velim. Eam siquidem hanc esse arbitror, que duodeno intestino adnascitur, qua portæ venæ ramus illi subtenditur. Verum hæc non in hoc ut intestinum illud, aut inferius ventriculi orificium claudat arctet, ut, procreata est, sed ut vasa illi intestino exporrecta suffulciat, ac parum cum gladio iuguli & mesenterij, & humilioris membranæ omēti usum præstet. Deinde si que cōstringendi vis huic glandoso corpori indita esset, ipsum necessario orificium aut intestinum ambiret, & fibrarum natura participaret, aut transversarum musculi vesicæ cervicis modo, aut obliquarum vesicæ & vteri corporis modo. Quinetiam multum abest, ut intestinum illo glandio orbiculatim circumducatur, quum ad intestini longitudinem recta duntaxat linea id adnascatur. Quamquam non desint, qui solis libris edocti, suoque arbitrato Naturæ opera fingentes, glandosum id corpus musculum esse scribāt, eo inferius ventriculi orifi-

cium orbiculatim amplecti nugaciter affirmantes, atq; hinc etiam corpus id *ωιδωγορ* ianitorumq; appellantes. Porro (quod nullos animaduertisse plurimum admiror) non solum in inferiori ventriculi orificio, sed & in superiori substantia ventriculi crassior spissiorq; est, ac orificia velut in interiora extuberantiorum instar circuli partem exigunt, ventriculi substantiæ penitus respondentem: que quidem inter dissecandum integro adhuc ventriculo tactu percipitur, aperto autem inuersoq; in conspectum venit, ac manifeste ventriculi initium stomachi ve finem & duodeni intestini originem commonstrat. Videtur enim tunc stomachus, idq; intestinum ex ipso ventriculo quodammodo enasci, aliæq; omnino quam ventriculus ipse partes esse, quum tamen exterius nihil tale appareat, neq; vlla crassior ventriculi portio emineat. Atq; hæc crassior ventriculi portio in hoc potissimum facta est, vt ora ipsius robustiora densioraq; quam reliquum eius corpus euadant, ne forte à transeuntium impetu diuellantur, rumpanturq; & dein fortassis, vt quum ora cōstringuntur huius extuberantis particule introrsum cōiunctis occasione citius arctentur occludaturq;. Et sanè quemadmodum exterior ventriculi superficies leuis & plana vndique est, sic & magis adhuc interior ipsius concavitas: si modo duo, que iam

diximus, tubera circulatim prominentia exce-  
 peris. Ventriculus enim inibi nihil præter rugas  
 quasdam si vehementer constructus reperiatur,  
 ostendit, intestinorum & vesicæ cavitati re-  
 spondens, quâvis interim obscurum et quasi nu-  
 beculis intense rubentibus interstinctum colo-  
 rem exprimat, quâ tamen exterius omnino pe-  
 nê albicet. Ceterum ut in obesorum intestinis,  
 ita quoq; interdum adipè fundo ventriculi in-  
 tus adnatum, atq; hunc copiosum quandoq; in-  
 venies. Quod verò pleriq; dissectionis professores  
 internam ventriculi sedem cellulis quibusdam  
 asperitatibusq; abundare scripserint, vanissi-  
 mum putato, ac ipsos ruminantium animalium  
 omasis delusos, idq; quum boum pingua deuo-  
 rarent extra effinxisse arbitrator. Quantitas  
 itidem ventriculi varia admodum est. nam si  
 vesicæ modo infletur, haud quaquam mirabe-  
 ris tantam ciborum vim viniq; copiâ vno tem-  
 pore posse absorberi. Neq; in homine eque semper  
 est turgidus, sed quum pro sua natura se habet,  
 constructoriaq; vi utitur, quamlibet exiguum  
 multumve sit quod continet, totum id vniq;  
 complectitur, nullam vacuâ sedem relinquens.  
 ac proinde pro assumptorum se habet ratione,  
 ut & multa (ne perpetuò edere cogatur homo)  
 assumere amplectiq; possit: & rursus si modica  
 offerantur, ea vniq; amplectetur ac concoquat.

Huic actioni ipsius congruit substantia nimirum membranæ, quæ commode vsu exigente ampliari dilatariq; queat: & rursus quæ opus est, colligi ac constringi. Constat enim ventriculus duabus latis tenuibusq; tunicis seu pleccibus sibi inuicem iunctis, perinde ac stomachus, sed nonnihil dissimilibus. Quandoquidem interna ventriculi similiter, atq; interna stomachi, nervosa membranæq; est, et totius stomachi, oris et laborum, vt sanè & intestinorum interiori tunica continua, duritie tamen ab oris stomachiq; tunica modicè differt. quòd duriores asperioresq; cibos, priusquam in ventriculū decidant, ore consciamus: a quibus ori amplitudo contunderetur et raderetur, nisi dura densaq; eiusmodi tunica euasisset. atq; idcirco tunica ori, & stomacho, & ventriculo communis, sensim ad ventriculi sūndum accedens, mollior efficitur. Fibris hæc duplicibus intertexta est, quo etiam ab interna stomachi variat. Interior enim tunica pars ventriculi cavitatem respiciens, rectis vsdemq; plurimis donatur fibris. Attrahat namq; ventriculus cibos & potus per stomachum oportet, huiusmodi fibris cum manibus alliciens: quæ quum contrahuntur, stomachum ventriculūq; breuiant, ad eò vt inter deglutendum larynx descendente stomachi initio sursum conscendat, quòd mutus stomachi  
 & lat

& laryngis sit connexus, & interior utriusque  
 tunica continua cernatur. At secundum fibra-  
 rum huius interioris ventriculi tunicae genus  
 obliquarum est, in externa tunicae sede, qua se-  
 cunda illam amplectitur situm. Quæadmodum  
 enim cibi potusque attractio, eorundem necessa-  
 rio præcedit retentionem, ita rectas fibras in-  
 terius obliquis Natura coordinavit. Deinde ut  
 retentionem, ciborum iam confectorum succe-  
 dit expulsio, ita quoque secunda exteriorve ven-  
 triculi tunica transversas fibras obliquis exte-  
 riores merito nanciscitur, nonnullis interim ob-  
 liquis fibris etiam implicita. Exterior enim tu-  
 nica, quæ interiore crassior & mollior minusque  
 compacta est, transversis fibris abundat, secundæ  
 stomachi tunicae respondens, nisi quod illa paulo  
 minus quam hæc carnosior sit, & aliquot etiã  
 obliquis intertextitur fibris. Cur autem ventricu-  
 lum, aut hanc exteriorem ipsius tunicam adeo  
 impense carnosam secundum ventriculi fundum  
 humilioremve ipsius sedem esse plerique scribant,  
 non satis assequor. Videntur enim suis somnijs  
 confisi, fundum ventriculi insigniter carneum  
 statuere, quum interim ventriculus illic neque  
 carnosior, neque crassior sit, quam ad elatiorem  
 ipsius sedem: imò si verum fateri licet, superior  
 ventriculi pars carnosior est inferiori fundo: ve-  
 ut nunc taceam nervorum superioris sedis fre-

quentiam, tunicarum eius sedis crassitatem insigniter adaugētem. Ceterum duabus his ventriculi tunicis tertia accedit, instar operimenti & propugnaculi cuiusdam tunica exteriori circumdata, & à peritoneo, quò id septi partē stomacho iter præbentem integit, pronata. Huic enim peritonei portio primum elatiori ventriculi orificio, deinde vniuerso ipsius corpori ad duodeni vsq; intestini originem obducitur. atq; hæc à peritoneo procedens tunica, omnium quas id reliquis organis exporrigit, facillè crassissima cernitur, ac vt postea dicturus sum, superiori membrane omenti principium præbet. Hæc tunica primum omnes ventriculum petentes venas, arterias & nervos excipit firmatq;. Ac ista quidem venæ omnes à sola porte vena originem petunt. nulla enim vel quantumuis exilità caua ventriculo substrata (quòquam id Galeni sit dogma) ventriculū adit. Arterie autem vniuersæ ab illis ortum ducunt, quæ à magna arteria in humiliorem omenti membranā primum digeruntur, ac in id & iecur & bilis vesiculam, & lienem, & in ventriculum denique ipsum derinantur. Ac prima quidem ventriculi vena à porte vena priusquam in duos grandes ipsius truncos discindatur, principium habet, ad inferius ventriculi orificium conterminatq; ipsi ad posteriorem eius sedem loca excurrens. Arte-

libro 6. de  
Administ.  
section.

ria autem huic vene coniunx, propago eius arteria censetur, quae secundum portae ductum iecoris cauum adit. Secunda vena coniugem undecunq; habens arteriam toti dimidiae inferiori ventriculi parti subtenditur, superiori membrana omenti suffulta, à qua & anterior & posterior fundi ventriculi dextra sedes surculos mutuatur, praesens vena frequenter ortum ducit ex dextra vene portae regione, quàm in duos grandiores ipsius truncos finditur. Arteria vero ab illa pronascitur, quam in iecur derivari diximus. Tertia ventriculi vena impense gracilis est, comite arteria carens, & à vene portae graciliori sinistrove tronco enata, in posteriorem ventriculi sedem (qua dextrum ipsius gibbum inibi prominere) pauca ramulorum serie dispergitur. Quarta vena ab eodem quo nuper dicta tronco prodiens, toto progressu arteriam sibi coniugem asciscit, omniumq; ventriculum ascendentium venarum, ut & arteria arteriarum, facile praecipua, atq; in numerosiores ramos diuisa. Procedit enim sursum ad medium posterioris sedis ventriculi, ac primum utrinq; ramum spargit in plures surculos per posteriorem ventriculi sedem diuarcatum. Dehinc sursum ad dextrum superioris ventriculi oris latus sensim conscendit, illudq; corone modo amplectens, ramulos complures deorsum in ventriculi corpore  
dige

digerit, paucos, eosdemq; graciles in stomachi finem, quo in ventriculo committitur, sursum offerens. Ab hac vena dextrum oris ventriculi latus ambiente propago editur, secundum elatiorem ventriculi sedem ab ipsius usq; humiliori orificium pertingens, ac in progressu deorsum quoq; soboles diffundens. Porro arteria presentis vene coniunx ab ea depromitur, quae per inferiorem omenti membranam in lienem contendit. Quinta vena comite arteria non primata, sinistram ventriculi fundi sedem ambit, & superiori membrana omni suffulta ramos elatiori sua sede in ventriculi anteriora posterioraq; emittit. Huius principium depedet ab ampliori vene portae ramo, lienis infimae sedi inserendo: & arteria, venam eam concomitans, ab arteriae ramo pullulat, lienem hic accedente. Sexta ventriculi vena, ea demum esset, quae sola anatomicis in ore versatur, quanquam à liene in superius ventriculi orificium perferri omnes astringunt. Ego verò ut verum fatear, non unicam: sed plures, easq; nò semper pari numero ab illis quae lieni exporriguntur venas pronasce, praeter quintam antè enumeratam obseruo, sinistri ventriculi lateris sedem lieni proximam accedentes: inter quas ea solet esse praecipua, quae à maiori vene portae ramo altiori lienis parti inserto, principium ducere consuevit, à qua minut

quarta



quàm raro surculi pilorum modo graciles, quæsi  
 ad superius ventriculi orificium pertingunt. His  
 venis sinistrum vetriculi latus aduentibus co-  
 mites perpetuò iunguntur arteriæ. Commune  
 omnium ventriculi venarum officium est, vt  
 & alimentum ipsi adferant, & succulentioris  
 ab illo confecti cremoris ad iecoris cauum non  
 aliter ac intestinorù vena, deducant. Proprium  
 verò earum quas sexto loco enumeravi vena-  
 rum, & potissimum quintæ munus cum alijs  
 dissectionum professoribus esse (at timide inte-  
 rim) annuam; vt si quid in ventriculum lien-  
 eructet, illæ eius sint vehiculum, idq; in ventri-  
 culum fundant. Caterùm frequentes ventriculi  
 arteriæ imatum ipsius calorem recreant, &  
 succulenti etiam aliquid ex ventriculo sugere  
 videntur. Præter has venas & arterias ventri-  
 culo nullum aliud vas implantatur, & si fortè  
 meatuum bilem deducentium aliquis in vetriculi  
 fundum pertineat, id sanè sit quàm rarissimè:  
 & mihi semel hæctenus duntaxat eius generis  
 meatulus occurrit in biliosissimo homine,  
 quæ ex longis pontificijs nauibus scellioni adhi-  
 buimus. Porro nervi ventriculi in hunc habent  
 modù, præcipuè sexti neruorù cerebri paris por-  
 tiones: postquam recurrentes diffuderunt ner-  
 uos, ramulosq; cordis inuolucro & pulmonibus  
 communicauere, deorsum ad stomachum  
 prop

proferant, dextra quidem ad dextrum latus,  
 sinistra autem ad leuum. Simulatq; verò ali-  
 quantisper nerui cum stomacho descenderunt,  
 fibrarum dumtaxat interuentu illi comissi, uterq;  
 neruus bipartito seinditur, & dexter quidem  
 suis ramis oblique in sinistrum fertur, sinister  
 autem in dextrum, atq; ita ambo nerui stoma-  
 chum concomitati septum transuersum perme-  
 ant, nullam interim (vt dissectionibus rudibus  
 visum fuit) septo sobolem offerentes. Vbi autem  
 quatuor duorum neruorum rami elatius ven-  
 triculi orificium contingunt, multiplici propa-  
 ginum serie id amplexantur, furculos notatu  
 digno intervallo rectà deorsum prominentes. A si-  
 nistro sexti paris neruo dextram ventriculi  
 oris regionem implicante, insignis utcunq; ra-  
 mus secundum elatiorem ventriculi sedem ad  
 ipsius vsq; inferius orificium deducitur, qui et si  
 in progressu aliquot diffundat propazines, ven-  
 triculiq; inferius orificium furculis quibusdam  
 implicet, non tamen inibi absimitur, sed in ve-  
 coris cauum prorepat. Ceterum humiliores ven-  
 triculi partem alij duo accedunt nerui, à sexto  
 neruorum cerebri paris propaginibus, secundum  
 costarum radices deorsum deductis principium  
 obtinentes, ac illarum arteriarum coniunctis  
 que superiori membrana omenti suffulte, in  
 ventriculi fundum digeruntur. Quinetiam in

terdum sinistro ventriculi lateri quedam ner-  
 vorum offeruntur soboles, à nervis pronate, qui  
 cum arterijs lienem accedunt. Inter hos tam va-  
 rios nervorum quos vètriculus exigit surculos,  
 nulli profecto tantam Naturæ ostendunt pro-  
 uidentiam, atq; superiori ipsius officio inserti.  
 non enim duntaxat id vt noxam à bilioso  
 eius ve generis humore aliquo inductam sen-  
 tiant, adeo frequentibus scaturit nervis, sed vt per  
 illos veluti rivos & ductus, animalis vis ipsi  
 imprimis dispensaretur, ac cibi potusq; indigen-  
 tiam ventriculus sentiret, ad sumendâq; cibaria  
 excitaretur. Cum enim totius corporis particu-  
 le, plantarum modo quatuor donentur faculta-  
 tibus nutritioni seruientibus, neque illis eorum  
 que desunt sensus sit inditus, atque omnes pro-  
 pemodum à caue ramis nutrimentum alliciât:  
 alie autem ex caue per iecur distributis propa-  
 ginibus, hæc iterum ex ijs que per iecoris portas  
 feruntur venis, & hæc rursus ex intestinis &  
 ventriculo: quumq; adhuc nulla iam supersit  
 pars, ex quo ventriculus aliquid assumere pos-  
 sit, necessum erat, vt foris ingesto cibo replere-  
 tur: atq; in hoc à plantis differimus. Hæc namq;  
 & si vim proprie qualitatis attractricæ, et at-  
 tractorum retentricem, ac rursus superfluorum  
 excrettricæ, atq; ante has omnes alteratricæ per-  
 ande ac homo habeant, sensu tamen eorum que  
 desunt

desunt priuantur. Neque etiam per os plantas  
nutriri oportebat, promptuarium copiosi nutri-  
menti submissum habentes terram, cui com-  
plantate coniunctæq; copia eorum quibus em-  
triri debent nunquam desituuntur. Verum  
humana substantia, præterquam quod longè à  
terra seiungitur, à qualitate quoq; terrea plu-  
rimum discrepat, motuq; arbitrario ex loco in  
locum subinde permutari debuit, adèò ut im-  
possibile fuerit homini plantæ ritu ex terra hu-  
morem sugere. Oportuit itaq; secundum pro-  
prietatem eius naturam, herbis fructibus, semini-  
bus, aliorumq; animalium carnibus hominem  
ali, eaq; illo adferri tempore, quo ventriculus  
sentit indigentiam. at quum nulla pars ex se ipsa  
innatum sensum possideat, in ventriculum, ut  
prius dicebamus, eiusmodi vim à sensitiuo prin-  
cipio influere oportuit. Et huius sanè gratia se-  
cti neruorum cerebri paris precipue soboles ven-  
triculi os, conterminasq; ipsi partes potissimum  
implicant & intexunt. atq; ij demum illi nerui  
sunt, quibus obliquum stomachi ductum confer-  
re prius retuli. Molles enim quum sint, & gra-  
ciles, si longa via recto tramite tenderentur, et  
ventriculum cibis recipiendis destinatum à se  
suspensum haberent, ab eius mole perpetuò ten-  
si, leui occasione rumperentur, nisi eiusmodi  
implexibus & tortuosis ductibus Natura illi  
sedulo

sedulo prospexisset. Porro ventriculus, ut iam  
 ipsius vires aggrediar, octo habet facultates.  
 ac quatuor quidem omnibus vniuersi corporis  
 partibus, quae nutriuntur, communes: quatuor  
 autem sibi peculiare, quibus vniuerso corpori  
 ventriculus famulatur. Verum haec nimium  
 obiter perpendunt, integros libros hac questio-  
 ne, An ventriculus suo quem iecori conficit suc-  
 co, aut sanguine seorsum, an simul ambobus  
 enutriatur, commaculantes. Quandoquidem  
 beneficio illarum facultatum, quas ventricu-  
 lus cum reliquis partibus communes adipisci-  
 tur, proprium sibi nutrimentum ex venis allicit,  
 retinet, elaborat, & si quid superfluum ipsi sue-  
 rit, a se abigit. At munus, quibus toti corpori  
 ventriculus famulatur, quarumque gratia ple-  
 risque Rex corporis vocitatur, is esculenta quide-  
 poculentaque rectis fibris per stomachum ex ore  
 assumit, mox obliquis fibris assumptum retinet,  
 totumque tantisper amplectitur, donec id inge-  
 nita sibi altrice facultate, in succum cremoremque  
 colore substantiae suae similem reddat. ac demum  
 quod consecit intestinis exhibiturus, inferius  
 orificium suum laxat, transversisque fibris quod  
 amplexabatur deorsum protrudit. Ceterum  
 vim ipsius alteratricem, vnde quaque eum cir-  
 cundantia organa, ac velut lebetem ingentes  
 foci solent, excalescencia, non parum adiu-  
 uant.

steriorem ventriculi sedem propemodum vni-  
 uersum, eiusq; fundum exporrigitur: atque ab  
 his etiam sedibus omentum originem ducere,  
 non multo post audies. quare etiam in dissec-  
 tionibus perpetuo illis sedibus attensum proxi-  
 mumq; reperitur. At non ita omnibus obducta  
 intestinis ad pubis vsq; os (vt in canibus prope-  
 modum semper) in homine reperitur. Nisi ipsius,  
 que intestinis obuolui debeat, portio, raro ultra  
 umbilicum descendere conspicitur, sed maxima  
 sui parte sinistrorsum lienem versus retrahit  
 & conuolui. Quod quum in hominibus laqueo  
 suffocatis primum obseruarem, ex concussu mo-  
 tuq; corporis hoc euenisse arbitrabar: sed postea  
 id ipsum in aqua suffocatis, & capite trunca-  
 tis, ite laterali morbo, aut phrenitide, eius re-  
 generis affectu alio quoquam mortuis, & in vi-  
 etiam quibus uiuentibus thorax abdominiqu; in-  
 periebatur, animaduerti, atq; vt semel dictum, in  
 sano quod ad omentum attinet homine, ad pubem  
 vsq; os id descendere raro comperi. Quin etiam  
 quum idem obseruasset in dissectionibus obe-  
 dis vir diligens IOANNES DRYAN-  
 DER, medicinae mathematicesq; professor,  
 quid de Hippocratis aphorismo sentirem, in  
 quo ille mulieres prater naturam obesitas con-  
 pere negat, quia os utri illis omento compri-  
 mitur, prolixè & erudite literis à me percipi-  
 Etatu

Etatus est, ac præter cetera quæ de ramicum  
 differentijs symptomatibusq; mecum egit, sibi  
 omentum ad scortum deuolui, & inibi ramicè  
 (quem ab omenti descensu, Græci ἐπιπλοῦντιον  
 appellant) haud posse fieri arbitratur. Ve-  
 rum retractus ille omenti sinistrorsum sur-  
 sumq; fundi uteri os omento comprimi, & ad  
 scortum deuolui posse omentum non impedit.  
 Nam si dissecans humiliorem omenti partem  
 sursum reuolutam leuiter deorsum traxeris, ci-  
 tra aliquam omnino diuulsionem in omnibus  
 hominibus facile ad pubis vsque os intestinis  
 ipsum obtendi posse deprehendes, eiusq; finem  
 inter posteriorem vesicæ sedem, & uteri ante-  
 riorem leui occasione colligi, ibidemq; uteri cer-  
 uicem (si omentum præpingue sit) utcumq; com-  
 primere doceberis, dummodo in muliere id in-  
 ter vesicam & uterum, ut in sua sede ponere-  
 tur, extenderis. Quanquam eiusmodi compres-  
 sum vix tantum esse autumem, ut ingressum  
 virilis seminis in uteri fundi orificium inhi-  
 bet, nisi penis breuitas hic simul obesset, ac pro-  
 cul ab uteri fundi orificio semen redderet, cuius  
 dein ad fundum ingressum concidens compres-  
 saq; ceruicis uteri ante fundi orificium sedes re-  
 moraretur, quæ simul obeso comprimeretur  
 omento, ac parum feliciter à pene distenta,  
 semen sibi adherens seruaret. Similiter etiam

omentum ad scortum decumbere, in ramicum sectionibus interdum animaduerti, quum in ijs quibus intestina in magnam peritonæi amplitudinem detruderentur, & cum seminarijs vasibus ipsa amplectens tunica præscinderetur, portionem omenti quæ in scortum deciderat, auferri viderim. Neq; istud solum manu tales affectus curantibus interdum accidit, verum etiã intestini portiuncula ab imprudentibus artificibus amputata, præsentẽ egro mortem parat. Præterea in latomi cuiusdam, quem ex casu ab alto mortuum Patavi diffecimus, ramicum vitium, id quoq; luculentissimè ostēdit. Huic namq; dexter testis cum seminarijs vasibus, quum à ramice semel curaretur abfectus fuerat, & rursus in sinistro latere idẽ affectus inuaserat, qui ex intestinorũ & omenti in scortũ descensu cõtigisse, dissecando cõperi. adeo vt is certam mihi cõiecturam faceret, ad pubis vsq; os, ipsũq; scortum etiam omentum deuolui posse, licet id sursum in latus sinistrum dissecantibus plerumque retractum obseruetur. Magnum enim (vollem nanque cum Galeno maximum dicere) inter animantia hoc homines sortiuntur, vt & inde nonnulli *επιπλονομοσταί*, quasi dicas omenti gestores appellentur. Porro omenti figura proximè marsupij, aut sacculi, aut peræ imaginẽ conuenit: ac in primis aucupum peris, quæ orbiculat



bivalatum habent orificiū, posteriori sua parte  
 elatius quā anteriori ascendens. Huiusmodi  
 namq; pera omenti figure ad amussim cōgrue-  
 ret, si vno constaret corio, aut ex lana texere-  
 tur, ac vndequaq; inconsutilis, & vnū dūtaxat  
 corpus esset. cuiusmodi profecto est omentum,  
 quod substantia est membrana nullis fibris im-  
 plicita, simplexq; sed multis abundans venis,  
 arteriis, nervis, & aliqua sui regione glando-  
 sum sibi immatū habens corpus, & multū quoq;  
 adipem. Vnde verò hec omnia ortū ducant, in-  
 telliges promptissimè, si talem peram qualem  
 antea proposui, animo conceperis. in qua vnā  
 partem anteriorem superioremq; alteram po-  
 steriorem inferioremq; appelles. Ad eum namq;  
 modum vnā omenti partem superiorem an-  
 teriorem ve membranā, & alteram rursus  
 inferiorem seu posteriorem dicimus. etiam sē  
 omentum re vera dūtaxat vnica (atq; id po-  
 tissimum in canibus) sit membrana, anteriorq;  
 pars posteriori, vt in dicta nuper pera, incubat,  
 & continua sit, & omentū quoq; sacculi modo  
 cavitatem quæ repleri posset, constituat. Inferio-  
 ris itaq; membranæ omenti origo à peritoneo  
 pendet ea sede qua primū subsepto magna  
 arteria descendit, ac primū venā canā ibi-  
 dem cōtingit. Peritonæū enim quā à vertebra-  
 rum ligamentis principiū ducit, ac vtrinq; tan-  
 quam

quam à vertebrarū corporibus abscedit, membranulas magne arterie & venæ caue offert, quibus illa dorso affirmantur. Ab his membranis iuxta eam septi partem, quæ undecimæ thoracis vertebre corpus respicit, aliæ propagines membranæ exurgunt, omento originem præbentes, illudq; dorso hic alligantes. Inferior hæc omenti membrana dextrorsum ad iecoris cauum inde portæ vena prodit, perfertur: ac iecoris portioni aliàs aliq; aliquando adnascitur, vt & alicui septi transuersi sedi spuris costis hic obductæ. ac id varius accidit, neq; ex eiusdem costæ id semper fit regione. Præsens omni membrana à iecoris cauo ad dextrum ventriculi latus, cui etiam connascitur, procedit, & ad duodeni intestini exortum, cui propemodū ad ieiunum vsq; intestinum etiam subnascitur, hinc orbiculatim semper ad infimā ventriculi partem conscendit: quā simulatq; attigit, ac ex dextro ventriculi latere versus anteriora repit, ea omenti pars quā superiorem ipsius membranam dicimus, à ventriculo exoritur. Tertia enim ventriculi tunica à peritoneo pronata, secundum totius ventriculi latitudinem recta linea, & vt Aristoteles dicebat, futura modo ex humili sede ventriculi versus anteriora superiorem omenti membranā ex se deducit. Superior hæc membrana ex dextris versus sinistra secundum

dum ventriculi fundum procedens, caue lienis  
 sedi recta linea implantatur, quò etiã inferioris  
 omenti membrane sinistra pars protendit,  
 ambaq; superior videlicet & inferior mēbra-  
 ne lienis cauo simul commisse innascuntur. ita  
 sanè, vt cōmemoratus iam omenti ductus, or-  
 bicularem efficiat circulum à dorsi medio ad  
 iecoris portas, & hinc secūdum ventriculi fun-  
 dum ad lienis cauū, & inde ad dorsi medium  
 procedentē. Totum igitur semicirculū inferiore  
 à lienis cauo per dorsum ad vētriculi vsq; de-  
 xtrum latus pertinentē, inferiori omenti mem-  
 brane attribuimus. superiori verò membrane  
 (quam cū multis Anatomicis solum nouisse vi-  
 detur Aristoteles) eã circuli partē ascribimus,  
 quæ à ventriculi dextro latere per ipsius fundū  
 ad cauam lienis sedem ducitur. Porro inferior  
 membrana toti posteriori ventriculi sedi sub-  
 tensa, decliuis, ac versus anteriora fertur, atq;  
 ad humilimam ventriculi sedem secundū cor-  
 poris latitudinem omenti membranā superiore  
 contingit. hinc ambe mutuo sibi incumbentes,  
 deorsum super intestina subq; peritonæo ducun-  
 tur, & si in hoc super intestina ducta mem-  
 brane non implicentur, ea anteriori parte ac  
 in lateribus obtegunt, & ad pubis vsque os hu-  
 miliori suo extremo pertingunt. Si verò inte-  
 stinorum sedem duntaxat operiant, quæ supra

umbilicum consistit, atq; quod frequenter eue-  
 nit in sinistrum latus cōtractæ iaceant, illa sese  
 visui offerunt reuolutæ admodum, & velut in  
 spiras collectæ. Membrane hæ nullis nexibus  
 intestinis connasuntur, præter inferiorē mem-  
 branam, quæ in hominibus colo intestino per-  
 tinacissime continuatur per totam eius intesti-  
 ni sedem, quæ secundum ventriculi fundū pro-  
 ceperit. Neq; id sequitur in homine obseruandum  
 venit, quum inferior omenti membrana me-  
 senterij loco ipsi colo intestino sit, quæ id ventri-  
 culo exporrigitur. Colum enim toto illo ductu  
 nullam exigit mesenterij partem, secus multo  
 quam in canibus & simijs, quibus omentum  
 vix colo connascitur, atq; vti prius relatum est  
 habet. In homine verò inferior omenti mem-  
 brana mesenterij vicem gerit: imò si omnē si-  
 dem libris (vti profecto in dissectione decet) de-  
 rogans, accuratè singula examinaueris, mem-  
 brane inferioris omenti portionē intestinis ex-  
 porrectam quodammodo ex tertia coli intesti-  
 ni tunica pronasci fateberis. Atq; id eo te expen-  
 dere velim diligentius, quo id minus à Gale-  
 no, qui simijs nimirum tribuit, animaduersum est:  
 vti sanè Herophilo & Aristoteli id videtur  
 fuisse perspectissimum, qui omenti partē colon  
 dorso colligantem, omenti loco non habuere, sed  
 eam tantum partem quæ à ventriculi fundo  
 & colo

Et colo intestino enascitur, intestinisq; obducitur. Quamquam satius fore arbitror, si eam quoque omenti partem quae ventriculo subtenditur, columq; continet, omento attribuamus, quum ea omenti reliquae portioni continuetur, & eosdem usus cum inferiori canis omenti membrana suppeditet: quavis interim ex abundanti hominis colo mesenterij vice sit. Caterum ad haec, superior omenti membrana in homine inferiori membranae ad coli regionem connata reperitur, qua id ventriculo exporrigitur. adeo ut quispiam nonnullis nexibus superiorem omenti membranam colo quoq; intestino secundum ventriculi fundum connecti, haud absurde dicere possit. Quod autem Galenus omentum modicis, & usam laxis nexibus, idq; ad dextrum duntaxat latus colono intestino committi prodiderit, in causa fuisse simiae media inter canes & homines naturam sortite. Omentum namque canibus nulla ex parte colo alicui ve alteri intestino adnascitur. Simijs autem medio se habet modo, licet illae adhuc ad canis constructionem potius quam hominis accedant. Venae omento implicitae solius venae portae sunt soboles. nulla namque a caava in omentum, vel ubi id principium sub ventriculo ducit (& si aliter Galenus senserit) pertinet. Venas enim inferiori membranae omenti dispartas si ad amussim singulas

Libro 6. de  
 Administ.  
 dist. 6.

examinaveris, ab eo portæ trunco dispergi inue-  
 nies, cuius præcipua portio in lienem exhauri-  
 tur, quemq; doctrinæ studio graciliorem & si-  
 niſtrum portæ truncum ſupra vocavi. Primum  
 itaq; omentum portæ caudicem ex iecore proſi-  
 ciſcentem excipit, ſibi iam commemorandas in  
 ipſo ductu propagines aſſumens. Ac inferior  
 quidem omenti membrana tres venarum ra-  
 dices admittit, ex humiliori ſede eius portæ  
 trunci, qui ad lienem fertur, depromptus. Una  
 notatu ſatis dignæ magnitudinis in dextram  
 potiſſimum eius membrane partem multiplici  
 ſerie diſpergitur, quibusdam ſurculis in colon  
 quoq; pertingens. Secunda iam commemorata  
 amplior aliquantulum poſt originem in duos  
 mutuò multum abſcedentes ramos diducitur, à  
 quibus poſtmodum in mediam inferioris mem-  
 brane omenti ſedem, verſus ſiniſtrum tamen  
 magis, frequentes admodum ſoboles diſſundun-  
 tur, que homini in colum inteſtinum ea ſerie  
 pertinent, qua venas meſenterio intertextas  
 alijs inteſtinis derivari noſtimus. ac proinde  
 etiam frequentior multo ramorum ſeries in  
 hac membrane parte colum dorſo alligante vi-  
 ſitur, quàm in reliqua eius parte, que à colo-  
 deorſum ducta, inteſtinis obtenditur. Deinde  
 etiam radices he hominis omento inſigniores  
 obtingunt, quàm canis, quòd illi nulla venula  
 omen

omentum accedens colo committatur. Tertia  
 radix, non semper apparens, in sinistra humi-  
 lioris membrana partem aliquamq; perinde ac  
 in ipsum colum quoq; deducitur. Porro superior  
 omenti membrana venas mutuatur à duabus  
 ad inferiorem ventriculi sedem in ipsa mēbra-  
 na exporrectis. Ab his enim innumere soles  
 deorsum in eam omenti membranam excur-  
 runt; non quidem recto prorsus tramite, sed  
 obliquo quodammodo & errabūdo, uti retium  
 funiculos implicari cernimus. Ac proinde etiā  
 omentum Græcis γαγγαμὸν & σάκχινον, ut  
 & vulgò rete & reticulum dicitur. Quanquā  
 fortè non à vario vasorum ductu, omētum ita  
 fuerit appellatum, sed quod ab ijs quibus comit-  
 titur partibus liberatū, & deinde distentum,  
 rete piscatorium vni accommodatum bacula re-  
 ferat. Arteria omenti ab illis pendent, que ven-  
 triculi, lieni, iecori, & bilis vesicula distribu-  
 untur. has nanque omnes non secus ac venas  
 omentum tutò deducit, ac ab illis suarum pecu-  
 liarium venarum cōiuges adeò numerosas adi-  
 piscitur, ut quàm paucissimi venarum sursuli,  
 citra arterie consortium, ipsum perreptēt. Item  
 preter commemoratas modo arterias, inferior  
 omenti membrana aliquamq; grandiorē in in-  
 testina porrectam deducit arteriam. Sic ner-  
 vis quoq; illis omētum intertextitur, qui à sexti  
 paris

Omenti ar-  
 teriaz.

paris cerebri neruorum portionibus secundum  
 costarum radices exporrectis iecori, lieni &  
 Aeps. ventriculo implantantur. Ceterum adeps quo  
 omentum abundat, in obesitis præpinguibusq; ho-  
 minibus plurimus, in macilentis modicus, in  
 extremè siccatis & marasmo mortuis, etiam  
 aliquis reperitur: isq; perpetuò venis & arte-  
 riy's omenti attensus, ad vasorum quidè latera  
 duntaxat mediocris est, superius verò ac infe-  
 rius quoq; quibus multus accidit: adeò vt illis  
 etiam vasa alioquin gracilia pinguedine pror-  
 sus occultentur. At in intermedijs vasorum spa-  
 tijs, nullus adeps asseruatur, vt nec in alijs mè-  
 branis quibus adeps innasci cõsuevit. vnde etiã  
 præptius colligitur, hũc ab exudate è venis sin-  
 guine & mēbranarum frigore incrassato, mu-  
 tantisq; corporis (mēbrana nimirũ) colorẽ mu-  
 tuatẽ progigni. Præter adipẽ qui ambabus omẽ-  
 ti membranis cõmunis est, inferior ipsius mem-  
 brana posteriori ventriculi sedi substrata, pri-  
 uatim glandosum quoddã corpus impense mi-  
 gnum exigit: quod quia in canibus rubet, sim-  
 plicisq; carnis speciem quodammodo exprimit,  
 Grecis *καλλιπέας* & *αίχμηπέας* appellatur.  
 In homine autem hoc corpus magis album  
 quã rubrum cernitur, venæ portæ, arteriarũ  
 & neruorum ramis inibi attensum, vt illorum  
 diuaticatio inferiori mēbrana omenti duntaxat  
 suffulta



suffulta, reddatur securior, utq; ventriculo etiã  
 instar substerniculi ac pulvinaris subijciatur.  
 Huiusmodi planè corpus substantiãq; est, quæ  
 duodeno intestino subtenditur, quæq; hæctenus  
 falso ventriculi humilius orificium (ne quid  
 incoctum efflueret) occludere credita est. Atq;  
 is profectò præcipuus maximusq; omenti usus  
 mihi censetur, ut securè ramos portæ in lienem,  
 ventriculum & duodenum intestinum, ac co-  
 li non infimam partem exporrectos suffulciat,  
 ac ipsi implexos deducat, neque vero hos dun-  
 taxat, verum etiã ut arterias quoque &  
 nervos illis quas modo dicebam partibus in-  
 serendos sustentet ac tueatur, & demum usui  
 potissimum respondeat: in utero quidem secur-  
 darum, in capitis autè amplitudine tenuis qua  
 cerebrum inuoluitur membrane. Deinde quod  
 haudquaquam minimum est, omentum dorso  
 ventriculi colligat, & rursus iecur lienemq;  
 ventriculo vnà cum vasorum nervorumq; in-  
 teruentu connectit: ut iam taceam quantum  
 homini firmando colo officium separatim sub-  
 ministret. ex accidente verò velut quoddã inte-  
 stinorum inuolucrum tegumentumq; efficitur,  
 ipsorum calorem instar penicilli cuiusdam fo-  
 uens ac continens. His sanè vsibus omenti fa-  
 brica respõdet. membranè nanq; est, ut fortius  
 venas, arterias, nervosq; ipsi implexos colliget,  
 meliusq;



Quandoquidē ductum ab inferiori orificio ven-  
 triculi ad podicem vsq; pertinentem, qui vltus  
 Italicus vt plurimum quatuordecim & dimi-  
 diam longitudine equat, peculiariter nunc inte-  
 stinorum nomine comprehendam. Quæ etsi con-  
 tinuum idemq; sint corpus, quum tamen in va-  
 rios & multiplices & figura differentes anfra-  
 ctus spirasq; circumducantur, neq; omni ex par-  
 te eandem situs, substantiæ, & formæ naturam  
 sortiantur, ac deniq; alia alij hominis parti con-  
 tigua efficiantur, neq; præcipuus omnium corio  
 vsus par videatur esse, ac si plura intestina es-  
 sent, dissectionum peritis hæc enumerantur, pri-  
 mum in crassiora & graciliora ipsa diuidenti-  
 bus, atq; ex his rursus singulis ternarium nume-  
 rum, vt sex sint vniuersa constituentibus, ad  
 eum quasi modum, quo idem continuumq; per-  
 petuo iter plura varias ob causas nomina sor-  
 tiri constat. Quemadmodum Lutetiæ à diui  
 Jacobi porta ad eam vsq; quæ Martini dicitur,  
 iter, etiam si rectum sit, neq; per varios giros  
 procedat, nihilominus tamen sexies (si recte  
 memini) nomen euariat. Primum à diuo Iaco-  
 bo, inde à paruo ponte, mox à templo Virginis,  
 & non multo post ab eius ponte, inde ab cen-  
 polio quodam, & postremum ab ede Martini  
 appellationem mutuans. Idem multo magis in  
 fluminibus non regijs, & quæ per multos gi-  
 ros

Breuis in-  
testinorū  
historiæ e-  
numera-  
tio.

ros procedunt vix fieri cernimus. Caterum re-  
cunq; intestina inter sese varient, omnia ta-  
men inter ventriculū, & qua excrementa  
egerimus sedem collocantur, forma tereti dona-  
ta, sed non omni ex parte æquè capaci & orb-  
iculata. Substantiam habent membranæam, ve-  
rūm vndiq; non pariter aut crassam, aut te-  
nuem: deinde duas peculiare tunicas orbicula-  
ribus, & alicubi etiam rectis fibris intertextas  
fortiuntur, tertiam ad hæc tunicam à peritoneo  
obtinencia. Venarū præterea, & arteriarū,  
& nervorum surculos suscipiunt, sed non vbi-  
que similiter numerosos, quemadmodum nunc  
persequi enitar, ab ipso intestinorum exorta  
sumpto initio. Ex humiliori orificio ventriculi  
quod in clatiori sua sede & dextro ipsius late-  
ri proxima consistit, principium intestinorum  
exoritur, illi vè orificio continuatur, quod sinu  
latq; è ventriculo prodit, in posteriora retorquū,  
sub sede ventriculi posteriore secundum dorsū  
dextrum latus recta deorsum proficiscitur, in  
nullos omnino anfractus reuolutū. Quam pri-  
mum verò ad inferiorem vsq; ventriculi sedē  
intestinum istud sic occultatum, rectaq; de-  
scendens pertingit, sub colo intestino (quod pan-  
lo post hæc porrigi audies) latitans, statim ex  
dextra sede in sinistrum retorquetur, ac velut  
ex alto sursum antrorsum vè assurgens, in fre-  
quentes

quentes innumerosq; giros et anfractus reuoluitur, ac nullis omnino intestinis obiectum, sedem vniuersam que sub ventriculo ad pubis vsque ossa, & ad ilia vtrinque habetur, occupat, ea denuum excepta, qua huic intestino colum instar orbis ad latera circumduci, postea dicam. Horum sanè anfractuum seu reuolutionum nullus omnino neq; numerus, neq; idè penitus ordo habetur, neq; ille magis dextram quam sinistra vètris sedè implent; præter quàm quod ad dextrum ilium seu ile, vbi sedem longè maiorem supra ilium os ad pubem vsq; opplent in sinistro latere, coli intestini anfractu quopiam eam sedem sibi priuatim vendicante. Vtunque verò multiplices, variq; huius intestini conspiciantur anfractus, perpetuò tamen è directo mediæ sedis dextri ilij formam, ipsiusq; amplitudinem, & pleraq; alia (vti post subiuugam) euariat, eandemq; crassitiem amplitudinemq; ab orificio ventriculi inferiori ad hanc vsque sedem obseruat, nisi aliquando huius intestini pars sub ventriculi fundo ad dorsum proximè affirmata, inter disseccandum capacior, ampliorq; reliquo intestini ductu (quemadmodum subinde fit) occurrat. atq; huiusmodi gracilis intestini ductus vitur, quod ter nomen, ac si tria essent intestina, variat. Primum quidem constituitur tota ea intestini pars, que ventri-

Gracilis  
testini in  
tria diui-  
sio.  
Primum.

culo subſtrata, ab inferiori ipſius oriſicio reſta  
 quodammodo eoſq; deſcendit, vbi inteſtinum  
 in anſractus orbesq; primum conuolui incipit.  
 ac de huius inteſtini nomine aniles admodum  
 contentiones apud illos reperies, qui partiſ re-  
 ſeſtione neglecta, ſutiliter de voce altercantur.  
 Sunt qui totam hanc partem que duodenum  
 digitorum longitudinem in viro vtplurimum  
 equat, non inteſtinum, ſed ἐνφωϋν & exor-  
 tum, ſeu proceſſum, ſeu vt eorum vertunt non-  
 nulli appendicem vocandum contendunt. Alij  
 etiam ſi ipſius principium è ventriculo naſca-  
 ſur, inteſtinum tamen eſſe, ipſiuſq; oriſicium  
 ἐνφωϋν, reliquum verò ipſius ductum, inteſti-  
 num vocari affirmât, integros commentarij  
 nugaci diſceptatione implentes, parte interim  
 quam in controuerſiam vocant, proſuſ ignora-  
 ta. Vocetur itaq; nobis vulgato nomine tanquã  
 ſuccinctiori, duodenum, aut inteſtinum longi-  
 dinem duodecim digitorum equans, ſiquidem  
 id Græcis, & imprimis Herophilo ἠωδένω  
 ſecũdum. λευδον appellabatur. Secũdũ inteſtinũ illic in-  
 cipit, vbi iã cõmemoratu in anſractus gyros re-  
 primũ cõuoluitur: & νῆϋν ſeu ieunũ appellatũ  
 quòd inter diſſecandum reliquis inteſtiniſ inu-  
 niuſ & magis vacuũ reperiatur. Huius nomi-  
 ali j explicare conãtes, tanquã nihil vniquã in  
 cõtineat, ac per ipſum à vetriculo cõfectus cre-

mor nunquã trãseat, aut momẽto tantum in eo  
 hereret, scribere videntur. Tertium intestinum Tertium.  
 ileon, seu voluulus Latinis, vt & Græcis ἰλεον,  
 à frequentibus fortassis quibus inuoluitur an-  
 fractibus dicitur: ac etiam loco in quo ad abdo-  
 minis latera continetur, nomen indidit. Hoc in  
 crassi intestini principium desinit. vbi verò  
 principium suum obtineat, non satis mihi con-  
 stat. Equidẽ ignoro quantam gracilis intestini  
 portionẽ ieiuni nomine, grauer de nominibus  
 litigantes, comprehendi velint: neq; sanè à ieu-  
 ni intestini initio, ad ilei vsq; finẽ manifestum  
 aliquod indicium obseruo, quo ieiunii finem ad  
 ilei initium internoscere queam. Vbi enim duo-  
 denum intestinum in ieiunium finire, ieiunũq;  
 intestinum incipere credimus, copiosiores vene-  
 ac arteriæ, quam propter ilei ad crassiora inte-  
 stina terminum, visuntur: verum media medio  
 sese habent modo. Deinde ieiunii initium rubi-  
 cundius est, ilei finis magis albicans. Ad hæc, in-  
 ter secundum ieiunii initium forte magis inane  
 ilei termino offenditur, ac in medio ductu, vti et  
 antea dixi, omnia sunt media. Quapropter quis  
 ieiunii habendus sit finis, aut quod ilei princi-  
 pium, non statuo: id intrepidè affirmans, nihil  
 minus ieiunium ab ileo quàm inanitione, vt  
 ceteri dissectionis professores obseruari asserunt,  
 dirimi posse, neque profecto minus duodenum,  
 v 3 quam

quàm id quod ieiunum vocant, inane reperitur: & maiores (vt dicam postea) ob causas. Ac tales gracilis intestini ter nomen emittunt, ductus situsq; sunt. Forma autem vnde constat simili, ad amussim videlicet tereti, & omni ex parte eque ampla, nisi interdum (vt prius quoq; innuebam) quâ dorso proximè committitur, ieiunumq; incipit, ac ad insertionem vasis bilem ad intestina deferentis, amplius obseruetur. Substantia quoq; toti intestino gracili eadem est, membranea scilicet, modiceq; admodum carnea. Constat enim tunica duabus, quarum interna durior membrana est, verim interiori ventriculi tunica mollior, externa tenuior, magisq; carnea: vtraq; tamè tam exterior inquam quàm interior tenuis est, & transuersis orbicularibus ve fibris tantum intertextitur: nisi fortassis externa, idq; potissimum ad ilei in crassiora intestina terminum, rectis quoq; aliquot nascatur fibras, que tamen sunt quàm paucissime. Duodeni intestini pars elatior, vtpote que vetriculo vicinior est, tunicas suas crassiores obtinet, eû vetriculi tunicis aliquid sibi cõmune adhuc vëdicâtes. Tertiam præter duas peculiare tunica à peritonæi membranâ vasa ad intestina securè deferentibus originè ducit. Hæ nãq; vna cû vasis ad caua intestinorum sedem pertingentes dilatantur, tertioq;



tertioq; inuolucro intestina induit. Cavaa-  
 tem intestinorum pars Anatomicis doctrine  
 gratia nuncupatur, quam vasa primū attin-  
 gunt, seu que intestina respicit, gibba verò huic  
 contraria. Ac duodeno quidem intestino ter-  
 tiam tunicam ea omenti pars exporrigit, cuius  
 beneficio intestinum id dorso colligatur. Ieiuniis  
 verò ac ileum tertiam tunicam à mesenterio,  
 quod ea dorso firmat, accipiunt. Sic duodenum  
 quoq; & ieiuni initium venam arteriamq; ha-  
 bent peculiare, secundum ipsorum longitudinem  
 recta deorsum ductas, multosq; surculos in pro-  
 gressu illis diffundetes. Ac vena quidem à portæ  
 vena priusquam mesenterio inseratur, princi-  
 pium obtinet: arteria autem, ab ea que iecori  
 offertur. Ieiunum ac ileum frequētes venis ar-  
 teriasq; suas nanciscuntur ab illis que mesente-  
 rio à portæ vena, & ab arterie radice supra  
 renum arterias à magna originem ducente ex-  
 porriguntur. pauci enim rami in graciliora inte-  
 stina ab arterie propagine diffunduntur, que à  
 magna arteria post seminalium arteriarū or-  
 tum originem sumit. Neq; etiam vasa, quem-  
 admodum in duodeno, secundum ieiuni & ilei  
 longitudinem sub ipsis deducuntur, sed velut ex  
 mesenterij centro ex alto sursum cédunt, rectaq;  
 antrosum in intestina pertingunt, in que nu-  
 merosa sobole arboris radicū modo, in cavam

præcipue ipsorum partem implantantur, osculis  
 suis in internam intestinorum sedem hiantia.  
 Ileum & ieiunū nervos quoq; exigunt deriva-  
 tos à ramis sexti nervorū cerebri paris, qui co-  
 starum radicibus exporriguntur. due enim ab  
 illis propagines vtrinq; singule, ad mesenterū,  
 & dehinc ad intestina frequenti vtrunq; sobole  
 dissinduntur. Duodenum veri nervos si quos ha-  
 bet, ab illis exigit, qui inferius ventriculi orifi-  
 cium, & dextrā fundi sedem adeunt. Deins du-  
 denum priuatim id sibi vendicat, quod meatu  
 bilem flavam ad intestina deferens, illi implan-  
 tetur. Idem intestinum in hominibus, et adhuc  
 magis in canibus glandosum illud corpus, cuius  
 antea ventriculum describendo memini, pecu-  
 liariter substratū possidet, ad suffulcienda vasa  
 ei intestino propria, ac quarundā corporis glan-  
 dularum modo amplitudinem eius lento humo-  
 re irrigandam. Quanquam non duodenum so-  
 lum, sed & reliqua intestina omnia lento quo-  
 dam & lubrico humore interna sede imbuun-  
 tur, atq; vt RhaZes nō ineptē dicebat, sicut illius  
 vasorum more inuitrentur instanneantur re-

Crafforum  
 intestino-  
 rum histo-  
 ria.

At quum huiusmodi pleraq; crassis etiam inte-  
 stinis sint communia, illa quoq; recensenda mu-  
 veniunt. Ileum intestinum sub dextri renis re-  
 gione à quodam crasso intestino multis modis  
 ipso gracili intestino ampliori excipitur, nec  
 quidem

quidem ac si quis diceret exactè in crassi eius  
 intestini initium, sed in ipsius propter initium  
 latus sinistrum. Hoc enim crassioris intestini  
 initium instar globi cuiusdam præmagis extu-  
 berat, in sinistro suo latere duo obtinēs orificia.  
 vnum quidem ileo intestino continuum, &  
 magis ab initio distans: alterum verò humi-  
 lius, & ipsi initio propinquius. Huic cōtinuum  
 est in hominibus intestinum, quod τυφλόν, seu  
 cæcum veteribus dissectionum professoribus vo-  
 catum esse certissimò noui. non ignarus inte-  
 rim, quid hodie plerique de cæco intestino com-  
 mententur: decepti profecto, quod inter crassio-  
 ra intestina id à Galeno alicubi recensatur,  
 neq; aliter quàm amplius quispiam saccus, ac  
 veluti alter quidam esset ventriculus, ab ipso  
 cæterisq; qui illum subsequenti sunt Anatomicis  
 describatur. quum tamen in homine id quod  
 cæcum appellandum duco, cæteris omnibus in-  
 testinis sit breuius, atq; arctissima omnium in-  
 testinorum parte multo angustius strictiusq;  
 & crassiori lumbrico in orbis conuoluto potius  
 quàm intestino simile: adeò vt cæcum vix in-  
 testinorum appendicis loco, ac proinde minus  
 longè in crassorum intestinorū numero haben-  
 dum esse videatur. Atq; hinc fit, ut Aesculapij  
 nostri, scilicet quādo hanc gracilem portiuncu-  
 lam in homine cæci intestini loco me common-  
 strare

frare vident, Galeni descriptione nobis obstre-  
 pere, ac alij quidem ex succosis illis cecisq; Rabi-  
 nis contendunt, amplum illud coli intestini mi-  
 tium saccum, aut vt ipsi loquuntur, orbium &  
 monoculum esse: alij verò asserant, cecum inte-  
 stinum ob secandi imperitiam à nobis minimè  
 obseruari. Neq; verò in cathedra hæc boasse con-  
 tenti sunt, quum non desint qui de cæco intesti-  
 no paradoxa conscribere, integrosq; libros, vt  
 de duodeno intestino, commaculantes, magnum  
 operæ precium se fecisse gloriantur, si non vnum  
 cum veteribus Græcis in cæco orificium esse, sed  
 duo sibi proxima esse in medium adferant. Quæ  
 si viderint, aut imaginati rectè fuerint, ea de-  
 mum sunt quæ in coli initio extuberantiori vi-  
 sentur, ac vnum quidem foramen ilei intestini  
 terminus est, alterum verò eius quod cæcum esse  
 dico initium. Neq; est profectò cur minus creda-  
 mus, gracilem illam intestini portiuicula me-  
 seaterio non annexam, sed sibipsi in orbem con-  
 uolutam, & fibrarum beneficio hærentem, in ho-  
 mine cæcum esse intestinum: quantumuis eam  
 amplitudinem vsuq; Galenus ipsi tribuat, qua  
 huic minimè adesse visuntur, suas potius can-  
 dat, as simias hæc appendice destitutas, quam  
 homines describens: quos tamen veteres illi ag-  
 gredientes, appendicem hunc intestini cæci no-  
 mine procul dubio donabant. Deinde Galeni  
 de se

descriptio cani fortassis accommodari hinc posset,  
 cui cæcum intestinum multo quàm homini con-  
 tigit amplius, neq; in illo, vt in homine, inane  
 propemodum reperitur. Quin etiam veras gli-  
 res & scinros cæcum hoc intestinum adeo am-  
 plum nactos scimus, vt amplitudini ipsorum  
 ventriculi facile respondeat, facibusq; turgi-  
 dum in sectione obseruetur: atq; hinc constat  
 gracilem hunc appendicem in homine cæcum  
 esse, quum videlicet ductu ac situ & forma pa-  
 riter (licet non amplitudine) illorū animalium  
 cæco intestino his congruat, vniq; (vnde etiam  
 cæcum primò dictum est) nanciscatur orificium.  
 Insuper summus profecto Naturæ admirator  
 Galenus, si hominis intestina vnquam ita vt  
 canum intuitus fuisset, hunc appendicem, &  
 extuberans illud in homine coli initium, ileiq;  
 cum ipso vnitatem, & coli formā, longè secus  
 descripsisset. quippe si aliud homo cæcum nanci-  
 sceretur, eum appendicē minimè præterisset Ga-  
 lenus, quanquam ortu nonnihil in homine &  
 cane variet. nam etiam si vtriusq; in dextro ileo  
 collocetur, hominis tamen cæcum ex sinistra  
 magis coli initij sede quàm dextra, vt in canibus,  
 vt et Galenus attestatur, principium ducit. Porro  
 si cū nonnullis, qui secanti mihi asiterunt, in ho-  
 mine quidē ad eum vsus quem Galenus ei tri-  
 buit, appendicē hunc à Natura primū formari  
 dicer

dicerem, & ob nimiam hominum ingluuiem ex ileo intestino à ventriculo confectis succum absque eo vt is totus cecum subintret protrudi, atq; hinc appendicē in nobis tanquam inutilem & marcidum, aliter fortē quā in temperatis Galeni hominibus, pendere affirmarem, ad nugacem illam tergiuersationem deueniēdum foret, qua alios tum fuisse homines fateremur, præcipuē quum amplum hoc coli intestini initium in homine cæci intestini vsum abundē suppleat, & notē dūtaxat gratia cecum in homine haberi videatur. In dextro itaque ileo ad humiliorem renis dextri sedem extuberans illud amplum & rotundum coli principium habetur, quod hinc sensim rectā ad iecur sursum contendit, iecorisq; caue parti nonnihil subster-nitur, ac bilis vesiculam in homine contingit, cuius etiā contactu flauo colore hic intestinum quandoq; tingitur, inde ex dextro latere secundum inferiorem ventriculi sedem in sinistram fertur, ventriculi fundo atresum: haud tamen vt alijs vsum est, eum conscendens: aut vt vulgō dicitur, ventriculi fundo superequitans. Quū primum verò ad sinistri ventriculi latus per-tingit, super demisiorē lienis partem anfractus quosdam leniter inflexos obtinet, ac paulatim supra sinistram renem per ilium sinistram de-cliuē fertur, secundum peritonæi latus ad pubis

vsq; os descendens. Hinc rursus ad sinistrū latus  
 quasi ad umbilici sedem ac anfractum ( quem  
 a medicis propter suos clysteres, quos ad graci-  
 lia vsq; intestina sese infundere arbitrantur,  
 colicosq; cruciatus perpendi melius optarim) hic  
 constituens, super ossis sacri initium tenditur, à  
 quo rectū deorsum ad podicem vsq; descendit, in  
 viris quidem sub vesica, in mulieribus verò sub  
 utero ossi sacro & coccygis instratum, huic in-  
 testino, ab ilei intestini fine ad podicem vsque  
 pertinenti: & si par vndiq; propemodum, præ-  
 terquā in initio, vbi multo capacius apparet, sit  
 amplitudo, figura tamen ductuq; variat, ac  
 promde tanquam in duo intestina subdividi-  
 tur, vt quicquid à dextro ilio super dextrum  
 renem sub iecoris cauo, deinde secundū ven-  
 triculi fundum ad lienem properat, & hinc  
 rursus super sinistrum renem versus pubem fer-  
 tur, ac alium anfractum supra internam ossis  
 ilium sedem faciens, ad sacri vsq; ossis initium  
 proripit, Latinis pariter ac Grecis colum inte-  
 stinum appelletur. quod verò ab osse sacro ad  
 anum vsq; pertinet, Grecis ἀνεύβα μένιν &  
 ἀγχοῦ dicitur, Latinis longaon, rectum, & prin-  
 cept. Colū enim in hominibus, aliter quam in  
 canibus, non ad amussim teres est, verum per  
 vniuersum ipsius ductum superius inferiusq;  
 depressum visitur, ad latera vtrinque quadam  
 serie,

serie, velut in medios globos cellulasq; extuberans. Atq; hæc figura eo minus conspicua fit, quo colon recto intestino vicinius accedit, quod exactè teres, non autem coli modo depressum, extuberansq; cernitur. Ambo itidem vt cecum quoque tunica extruuntur duplici: quarum, vt in gracilibus intestinis, interna exteriori nervosior membranea ve magis & durior est, verum colon vtranque tenuiorem gracilioremq; quam rectum obtinet: & quanto colon recto magis conterminum est, tanto quoq; ipsius tunice crassiores meliusq; enutritæ conspiciuntur. Interna vtriusq; intestini tunica transversis circularibusq; fibris, vñdemq; frequentissimis solum abundat: externa verò in colo intestino transversas quidem nascitur, sed & retas quoque quamplurimas exigit, non quidem secundum vniuersam intestini superficiem protensus, sed duntaxat inferius & superius vbi colon depressum esse diximus. Secundum enim eas coli impressiones rectæ fibræ protenduntur, & coli tunice ibidem sunt robustissime, admodumq; spisse, & vt Galenus in quarto de Partium vsu, de pluribus animalibus inuebat, colon fortibus ligamentis vtrinq; singulis constringitur, secundum longitudinem desuper ad inferna porrectis. quod me Hercule & homini Galenus asseripisset, nisi ipsius intesti-  
 na ca



na canum intestinis eiusmodi ligamentis ca-  
rentibus respondere putasset. Porro exterior in-  
testini recti tunica per totum intestini am-  
bitum rectis fibris admodum frequentibus pas-  
sim abundat, adeò ut hæc plures rectas quàm  
orbiculares sortiatur. Ceterum tertia crassorum  
intestinorum tunica, quemadmodum & gra-  
cilium tunica tertia, à mesenterio ipsis vasa  
porrigente pendet. hoc enim canne intestinorum  
sedi applantatum, in tertiam ipsorum tunicam  
degenerat. quanquam coli intestini pars, ven-  
triculi fundo attensa, priuatim in hominibus  
ab inferiori membrana omenti tertiam asciscat  
tunicam, quòd hæc coli sedes eius membrana be-  
nesicio dorso ita affirmetur, atq; reliqua intesti-  
na mesenterij interuentu dorso colligari noui-  
mus. Coli itidè & recti intestinorum vene &  
arterie, quæ pauciores hæc quàm intestina gra-  
cilia exigunt, à portæ & magnæ arterie ramis  
pendent. Colo quidem intestino toto progressu,  
qui à dextro ileo ad sinistrum serè renem per-  
tinet, arterie venæq; quemadmodum ieiuno &  
ileo, implantantur, ex alto scilicet sursum seria-  
tim conscendentes, ac parti ipsius inferiori à si-  
nistro rene ad rectum vsq; intestinum ductæ,  
et ipsi quoq; recto vene arterieq; quemadmodum  
duodeno porriguntur. Vna enim insignis vena à  
portæ ramis in mesenterium excurrentibus,  
& art

& arteria etiam ab illa principium ducent,  
 que ab arteria magna ad mesenterium seu va-  
 sorum seminalium exortu depromitur, secun-  
 dum dictam coli partem & rectum intestinum  
 mesenterio suffulte, recta protendantur, ac in  
 progressu surculos seriatim vnoq; ordine inte-  
 stinis offerunt. Verum de venis ac arterijs in  
 mesenterij descriptione rursus pertractabitur.  
 Nervos autem crassiora hec intestina cum gra-  
 cilibus communes habent, & vtraq; lento vi-  
 scidoq; humore intus oblinuntur: ac vti obeso-  
 rum ventriculi adipem, aliquando satis etiam  
 copiosum intus adiatum exigunt. quemadmo-  
 dum & exteriori superficiei coli intestini, qua  
 id recto proximum est, & ipsi quoque recto,  
 pingues quidam appendices adnascuntur. Inte-  
 stinum rectum musculos voluntarie facium  
 excretionis praefectos sibi priuatim vendicat,  
 quos quum in secundo libro prosequutus sim,  
 non est necesse hic quoque eosdem recensere. Sed  
 admirabilis potius Naturae industria hic con-  
 sideranda venit, quae ea omnia adeo diuine ma-  
 chinata est, nec quicquam nisi ad summum usum  
 in intestinis extruxit, primum & potissimum  
 ea efformans, vt horum beneficio quicquid esset  
 succulenti in cibo ventriculi opera elaborato,  
 id ad iecur sanguinis officinam duceretur. De-  
 inde vt faeces et quae suctui inepta essent, debite  
 excern

excernerentur. Postremum etiam coquendi al-  
 terādiq; vi modica nonnihil intestina prodesse,  
 Natura voluit, ut à ventriculo scilicet prius  
 confecta absolutius paulum emutarentur. Atq;  
 ad hos sanè scopos illa respiciēs, intestina artifi-  
 ciosissime fabrefecit. quod enim precipuè neque  
 gratiā educationis excrementorum, neq; conco-  
 ctionis, sed ut id quod in cremorem versum est,  
 per venas assumptum in iecur totū deferatur,  
 intestina ad eum quem diximus modum, fabri-  
 cata sint, coniectare licet permultis. Primo qui-  
 dem, quod in nullo animali constructus sit ven-  
 triculus illis organis contiguus, quibus egeren-  
 do idem expurgatur. quamvis non impossibile  
 esset, ventriculū ad anum vsq; extendi. Deinde,  
 quod plurimis animalibus intestina in multos  
 frequentesq; gyros & anfractus inuoluuntur.  
 Postremo, quod constet ventriculū cibum non  
 autea dimittere, quam perfectè illum consecerit.  
 Ventriculū igitur sedi non esse contiguū,  
 aut illi recto saltem meatu ductū ve iunctum,  
 liquido commonstrat, aliud concoctionis escu-  
 lentorum, aliud verò redditionis digestionisq;  
 aut, ut Graeci dicunt, ἀναχώσεως & organum  
 fieri oportuisse. Quippe si idem omnino existi-  
 ret, metuendū esset, ne frequēter venæ crudum  
 inconcoctumq; assumerent cibum: qui postmo-  
 dum à iecore malè confectus, homini inutilis  
 noxiusq;

noxiusq; foret. Sed & redditionis instrumentum, quod non rectà à ventriculo ad anũ extenditur, sed quàm plurimis orbibus & anfractibus spirisq; (ne ocyus hominis nutrimentum non exuctum elabatur) inuolutum uisitur, nũc dicta confirmat. Si enim alius vëter ventriculo succederet, essetq; ille redditionis, sicut hic cõcoctionis est, promptuarium, nequaquã exiguo tempore & plurimum alimenti per venas frequentes in iecur susciperetur. Nunc autem per innumeris venarum soboles, ex varijs illis copiosisq; intestinorũ anfractibus, quicquid succulenti à ventriculo confectum est, in iecur promptè transsumitur. Alias verò si raris venarum orificijs parum cibi in cremorem versis, continuò incideret, tarda & diuturna succederet digestio: quum necessarium sit, ora vasorum elaboratum succũ tangere. Si verò alter magnus vëter priori subtenderetur, cibus omnino modicam eius ventris sedem tangeret, solã mirum eam cui proximus attiguusq; suis parietibus esset. Plurima verò cibi portio, quanta cumq; scilicet esset in profundo, seu medio eius ventris spatio, venarũ apprehensiones succulenti effugeret. Sed nunc demũ transitus angustia cõtium in exiguas cõminuens particulas, cogit ut is propemodũ totus tangat intestinorum tunicam, ad quã vene suis osculis hiant. Et si quid in

in transitu primi anfractus, vasorum ora in  
 internam intestinorum sedē hiantia effugerit,  
 per secundum quidem tangit: & si hunc præ-  
 terlabatur, tum omnino per tertium, aut quar-  
 tum, vel alium eorum anfractuum qui frequen-  
 tes numerosiq; subsequuntur, vt tandem nullus  
 effugiat, aut lateat, aut excidat cibus ad nutri-  
 tionem utilis, quando lege Natura & morbo  
 liberū corpus dispensatur. Intestinorū itaq; an-  
 fractus, vt quicquid succulēti humidiq; in con-  
 secto à ventriculo cremore esset, vniuersum di-  
 stribuatur, cōparati sunt. Et id precipuē tenuiū  
 intestinorū munus est. Crassa enim, & si ipsa  
 quoq; ad succorum distributionem conducant,  
 peculiariter tamen eò conferunt, ne continuo,  
 sed per longa intervalla egeramus. Hec enim  
 tanquam venter aliquis siccis excrementis, vt  
 vesica vrinae, subiiciuntur: vnde etiam inferio-  
 rem ventrem ea nonnulli appellarunt. In his  
 namq; excrementa ita colliguntur, vt repente  
 vniuersa simul educi queant: ita tamen, vt &  
 hinc aliquis homini vsus accedat. quippe si gra-  
 cilium intestinorū suctum aliquid pretersuge-  
 rit, quū longiori mora excremeta in crassis in-  
 testinis resideāt, ipsorū vasa id exugūt. Ad hec,  
 quo maior adhuc esset commoditas more cibo-  
 rum per eos anfractus delabentium, quandam  
 alterandi concoquendiq; vim toti intestino-

rum generi Natura indidit. Quamuis quum  
 prorsus impossibile sit, non adesse vnicuiq; cui  
 malis particule virtutem quampiam altera-  
 tricem, & non absit longè, parumq; à ventri-  
 culo intestinorum substantia: necessarium sa-  
 nè est, & virtutem alteratricem ipsi inesse, &  
 ventriculi viribus consimilem, & proinde in  
 ipsis quoq; intestinis cibum concoctionem ali-  
 quam suscipere est quàm manifestissimū. Quod  
 autem commemoratis iam vsibus, que de in-  
 testinorum constructione supra scripsi, omnia  
 competant, obiter quoque nunc subnectā. Hæc  
 itaque ad ventriculum statim, à quo cibum  
 accipiant, opportunè locantur. Duodenum ve-  
 rò etiamsi id fuisset vtile, in nullos tamen an-  
 fractus ducitur, quòd sub ventriculo, quàm fer-  
 tur, nullam omnino vacuam sedem obtinet,  
 in qua aptè in gyros flexi queat: deinde quæ  
 portæ venæ à iecoris cavo prodeunti cedere  
 oportuerit. Ieiunum verò & ilium median-  
 ventris sedem iustissimè occupant, quòd in  
 mesenterij centro sint proxima, breuissimòq;  
 ductu & venæ portæ rami, & arteriæ ma-  
 gna propagines illis hic diffundi possint. Porro  
 de coli situ nimis quàm miserè se torquent dis-  
 sectionum professores, quòd id quum excre-  
 mentorum velut quoddam sit promptuarium,  
 ad ventriculi fundum fecorisq; cauum porrigi  
 consue-

conspiciant. ac aliis quidem quia id feces continet, immatōq; calore destituitur, ad ventriculū ferri vult, ut illius vicinarumq; partium contactu maiorem concoquendi vim assumat. Alius sub iecoris cauo colon deduci contendit, ut ex bilis vesicula in illud resudans bilis, incitando excrementorum egerendi vim felicitatem reddat. Alius aliud commiscitur, & interea nemo animaduertit, colon mesenterij centro non admodum debere vicinum esse, neque id venae portae ramos cauo iecoris proximō oportuisse assumere, quum parum quod exungi deceat amplexetur. Ut itaque grandior dexter vae venae portae truncus breviori ductu gracilibus intestinis insereretur, ac succinctori viā cibum ad iecur transferret, colon intestinum gracilibus cedit, ac veluti per distantia maximē à mesenterij centro loca procedit, atque hac etiam occasione id praecipua sua portione sinistram corporis sedem occupat. Rectū autem intestinum illic commodissime reponitur, quā opportunē paulatim asseruata egerere tandem queat. Forma autem tereti in hoc intestina creantur, ut sint capaciora, minusq; iniurijs occurrentibus exposita. At angusta sunt gracilia intestina, ut minima cibi portio ab ipsorum tunicis, adeoq; ipsorum vasis tangatur. Crassorum intestinorū magna est amplitudo, vt

do, vt multa colligere possint, ac ne frequētius egeramus opitulentur. Substantia constant, facile quæ continet amplectente, & rursus à contentis distenti apta. Duplicem verò exigunt tunicam, vt iniurijs innoxie ferendis magis sint idonea. nam interior aliquando in intestinorum difficultatibus, alijsq; diuturnis affectibus putrescit, exteriore salua: vnde & agri nonnulli euadunt. Porro interior gracilium musculorum tunica interiori ventriculi tunica mollior est, quòd nulla aspera intritã ue illa, sicut hic, recipiant. Exterior verò intestinorum tunica interiore ventriculi minus carnosã est, quoniam digestiõis potius quam concoctiõnis organa sint. Ceterum tunica crassorum intestinorum tanto gracilium intestinorum tunica interiore durior est, quanto illa materiam continent duriorẽ, & à succo magis liberam. Quandoquidem quæ gracilibus continentur intestinis, liquida, fluida, aqueaq; adhuc sunt: quæ autem crassis, dura. Intestinorum tunica vtraque transversas sortitur fibras, vt ocyus quod in illa desinit propellant, itaq; cito vniuersus succus ad iecur exugatur. At externa recti intestini & coli tunica, præcipuè quæque rectas fibras obtinuit, vt hæc velut vinculum circularium fibrarum efficerentur, ne fortè quum ille dura excrementa crebrius pro-



trahunt, inuicem abscedant diuellanturq; atq;  
 hac potissimum occasione recto intestino, vt  
 quod siciora excrementa amplectitur, eius ge-  
 neris tribuuntur quamplurima. Quamquam  
 fortassis non ob id solum vt transuersas colli-  
 gent, recte fibrae huic offerantur, sed etiam vt  
 excrementa alioquin non admodum sequacia  
 ille attrahant. Tertia intestinorum tunica se-  
 cunda velut propugnaculum est, & copula, cu-  
 ius beneficio intestina mesenterij interuentu  
 dorso colligentur. Caterum venae arteriae que  
 (nam & haec ex intestinis aliquid elicere cre-  
 duntur) non omnibus pari numero ac frequen-  
 tia distributae sunt, quod non in omnibus in-  
 testinis eadem exugenda succorum copia sit.  
 Quo enim intestina ventriculo in continui-  
 tate viciniora sunt, eo plus optimi cremoris  
 continent, ac proinde frequentiora vasa graci-  
 libus intestinis deferuntur, pauciora crassis.  
 & pari hac ratione pauciores venae ventri-  
 culo, quam tenuibus intestinis inseruntur: quo-  
 niam qui in ipso continetur cibus, non sem-  
 per plenè confectus mutatusque est. Nervus  
 autem intestina donantur, vt infestantes hu-  
 mores dignoscant: quandoquidem si sensus pe-  
 nitus essent expertia, nihil obstaret, quin  
 ex flava bile, aut alio mordaci succo intesti-  
 num penitus subinde corroderetur, priusquam

homo sentiret. iam verò bilis meatus in duodenum insertus, intestina bilis influxu stimulans, eorum actionem vehementer adiuvat, ac pituitam ipsis incidentem expellit. Atque hæc precipua, præter succi tenuitatem, causa est, cur ieiunum intestinum suum quem continet cremorem ocys quàm reliqua transmittat. nam dum bilis adhuc cremori non mixta, intestini lateribus adfluit, sua acrimonia id magis stimulans, ad eà quæ continentur velocius propellenda inuitat. Reliquæ enim inanitatatis ieiuni cause, vt succorum optimorum copia, frequentes venæ, proximus iecori situs, & ante hæc omnia deorsum rectà tendens intestini ductus, & liquidissimus adhuc succus, duodenum magis ieiunum esse, vt sanè etià reperitur, documento sunt. Quamquam bilis in ipsum influens, & illud quoq; ad subitã excretionẽ irritat impellitq;. Sed de bilis natura, ipsius meatibus, suo postea loco accuratiùs pertractabitur.

## De mesenterio.

CAP. VI.

**C**ORPUS Græcis μεσεντεριον, & μεσεντερια nuncupatum, Gaζa in Aristotelis historia de Animalibus lactes appellauit. Cicero autem in tertio de Natura Deorum intestinum aliquod ita vocari arbitratus, medium intestinum vertit: quod quum falsum sit, neque lactes idem omnibus significent, & media-

num recepta parum vox videatur, à Grecis non inopportune vocem mutuabor. Mesenterium itaq; ad posteriorem intestinorum sedem locatum est, vinculum, cuius beneficio intestina inuicem vt ad dorsum colligarentur, futurum. Vt verò id tantum homini vsus securius præstet, dura membranaeq; constat substantia. Ex duabus enim mutuo attensis & accumbentibus membranis à peritoneo originem ducentibus, mesenterium conformatur. Non quidem ex vna eademq; peritonei sede his membranis origo est, verum ex varia, pro mesenterij ipsius nimirum forma, quam ferè intestina fingunt, à mesenterio colligata. Nam vt non intestinorum omnium par anfractuum ductus est, ita quoque non eadem vndecunque mesenterij effigies. Quam forsitan Galenus animaduertens, etiam si omnino continuum mesenterium sit, nihilo minus tria mesenteria quodammodo recensuit. vnum quidem dextrum, alterum verò sinistrum, tertium autem medium inueniens. Ac Galenum quidem medium mesenterium appellare arbitror mesenterij partem, ieiunij ileumq; intestina dorso colligantem: que angusto ortu principio, in miram amplitudinē latitudinemq; ducitur, vt omnibus ieiuni ileiq; intestini connasceretur anfractibus. Dextrum verò & sinistrum appellare potuit, quod colon intestinum,

In lib. de  
Sectiōe ve  
narum &  
arteriarū.

& rectum dorso alligat, dextrum quidem in  
 dextri ilij regione, sinistrum verò in sinistri  
 collocans. Mesenterij itaq; pars gracilibus inte-  
 stinis peculiaris, sinilem omnino cum inferiori  
 membrana omenti sortitur exortu. Ex magna  
 enim arteria & vene caue tunicis, quas et  
 vasa secundum vniuersum suu per lumborum  
 vertebra ductum à peritoneo obtinent, mem-  
 braneae fibre admodu frequentes exurgunt, sta-  
 tim in duas degenerantes membranas, dextra  
 quidem in dextrâ, sinistra autem in sinistram.  
 Hisce membranis mutuò adnexis, mesenterij  
 pars gracilia intestina dorso colligans efforma-  
 tur: partes autè colon & rectu dorso cõnec-  
 tentes, ab illis peritonei regionibus principiu du-  
 cunt, secundum quas hæc intestina exporrigunt-  
 tur, peritoneo semper fibras quaslibet qua in me-  
 senterij membranas degenerent, illic emittent.  
 Neq; profecto mesenterij substãtia in hoc solum  
 quo validius intestina dorso adnecteret, mem-  
 braneae est, verum etiam alterius magni cuius-  
 dam vsus gratia, quo venas omnes ex iecoris  
 porta, & arterie propagines à magna arteria  
 ad intestina excurrètes tuto colligaret, ac ne il-  
 le dũ homo salit aut cadit, cõtundatur et disru-  
 pantur, tuto secureq; admodu suffulciret. Gran-  
 dior enim vene portae truncus, qua mesenteriu  
 iuxta renum regionem à dorso pronascitur,  
 inter

inter duas mesenterij mēbranas ducitur, arteriam habens comitem, quae à magna arteria priusquam haec ad renes ramos dispergat, in hoc ut in intestina diffundatur, originem ducit. Huc quoq; pertingunt duo nervi, vtrinq; mirum singuli, ab illis pronati ramis, qui à sexto nervorum cerebri pari costarum radicibus exporriguntur. Adeò ut ingens is vene portae truncus, & dicta nuper arteria cum duobus illis nervis simul mesenterij cōtrum subeant, atq; inter duas ipsius mesenterij mutuo coherentes membranas ingrediantur, ac tuto postmodum per vniuersam mesenterij sedem numerosa sobole ad intestina perferantur. At praeter commemoratam arteriam, alia quedam magne arteriae propago eam mesenterij partē ingreditur, quae sub renum regione à dorso principium obtinet. atq; huius propaginis exortus paulo sub feminalium arteriarum principio à magna pendet arteria. Venas autem nullas praeter dictum nuper vene portae truncum, mesenterium admittit. Neq; satis assequor, quid Galenus sibi velit, quando intestinis, ipsiq; adeò mesenterio venas offerri testatur in iecur non terminatis: & dum alibi, à caua intestinis ramos quosdam propagari cōmemorat, quod sanè falsissimū esse vel sectio ipsa luce clarius tibi demonstrabit, etsi nulla alia, saltem illa in qua

Libro 6. de  
Administ.  
diff. 10.

portae

porte vena, & quos dixi, arterie ramis vinca  
 lo interceptis ac reseptis, intestina simul cum  
 mesenterio in vivente adhuc animali à dorso  
 auelluntur. Hæc enim si quis esset vel capillari  
 ramusculi à caua vena ad intestina exortus,  
 sanguinem tibi ex illo profluentem ostenderet.  
 Porrò in canibus duplicem mesenterij membra-  
 nam adinuenire non adeò promptum est, quòd  
 illis macilentius obtigerit mesenterium, cuius  
 membrane inuicem omni ex parte ( nisi quæ  
 vasa admittunt ) perinde ac si simplici mem-  
 brana mesenterium constaret, connate visum-  
 tur. At in homine binæ mesenterij membrane  
 inuentu sunt perquam faciles, ac multa interce-  
 dente pinguedine inter se distant. Vt enim ho-  
 mo copiosa vndecunq; abundat pinguedine, sic  
 mesenterium quoq; præpingue adipiscitur, san-  
 guine hic ex vasis resudante, membranarumq;  
 vi in adipem mutato, ita vt præter vasa &  
 nervos multum adipem mesenterij membrane  
 in sui medio contineant. Sed præter adipem aliud  
 quoq; mesenterio accedit, neq; enim sat esse vi-  
 sum est Naturæ sagaci, frequentem illam vaso-  
 rum sobolem mesenterij membranis contineri,  
 quæ glandosum corpus, Græcis πένυρας &  
 λωάδινας dictum, singulis vasorum scissio-  
 nibus, ita vndequaq; subsiruxit simul & cir-  
 cumposuit, vt nulla ipsarum inualida fieri, aut  
 per

per motum quassari posset: non ignorans, quid-  
 nis suscipiendis noxis opportunissimum esse, ubi  
 in ramos ducitur. Ac proinde ad mesenterij  
 quidem centrum, ubi prima vasorum fit distri-  
 butio, grande corpus glandosum extruitur, in-  
 signiores ac primos vasorum ramos secure ad-  
 modum deducens. Per reliquam vero mesente-  
 rij sedem, singulis propè vasorum diductibus,  
 Natura glandulam quoque aliquà interiecit,  
 divisionis robur simul ac firmamentum futu-  
 ram. Adeò ut simul glandulis illis accedètibus,  
 mesenterij membrane vasa versus intestina  
 tutissimè deserant, intestinaq; omnia dorso  
 quamaptissimè colligent, ac demum tertiã in-  
 testinorum tunicam efforment. Quum enim  
 mesenterij membrane vasa ad cavam intesti-  
 norum partem deducunt, ipsis intestinis simul  
 cum vasis adnascuntur, atq; hic inuicem abscen-  
 dentes singule per suũ in intestina latus ascen-  
 dunt, ac in tertiã intestini tunicam degene-  
 rant, hac occasione fortius intestina ligantes,  
 & validius vasorum propugnaculũ cõstitutæ.

## De iecore.

## CAP. VII.

Iecur nutritionis organorum faciliè precipuũ,  
 & sanguinis crassioris officina, animæq; ci-  
 bos ac potus queq; corporis naturæ necessaria  
 sunt, appetentis fomes, elatissimam ei mini-  
 strantium partium regionem obtinuit. Sub ira  
 scibilis

scibilis enim & iam dictæ concupiscibilis animæ septo iecur statim collocatur, maximam inferioris septi sedis regionem occupans. Etenim totam dextram septi partem contingit, parum admodum illius partis intactum relinquens, quæ septum undecimæ duodecimæq; costis adnascitur, suaq; ligamenta quibus vertebri col ligatur porrigit. Media autem septi parti inuerse iecur subteditur. Sinistra vero parti non itidem, quanquam huius magnam quoque sedem teneat, totam videlicet anteriore ad eam usq; partem, qua sinistrum septi latus costarum medio (quod ab ipsarum radicibus ad finem usq; eorundem metior) incumbere incipit. Et profecto longè magis quàm nostris visum est medicis, in sinistrum latus iecur pertingit. Neque verò septi transuersi latitudinem vllibi excedit, nisi quod paulo demissius, quàm micro nata consistit cartilago plerunque, & potissimum arclato thorace pertingit. Porrò humanum iecur maiorem sui portionem in dextro latere extensum habet, propter lienem, qui ipso digitate multò inferior, sinistram sedem erat occupaturus. Vt igitur corpus redderetur equilibre, sagax Natura minorem iecoris partem in sinistra deduxit. quod aues manifestò attestantur, quibus iecur propemodum equaliter in vtrunque latus consistit, vt & canibus.



*bus.* His enim quia gracilis, neq; pōderosus ad-  
 modum lien contigit, magna iecoris portio in  
 sinistra fertur. Vtcumque tamen deducatur  
 iecur, etiam si sub septo locetur, eam sedem per  
 petuò exigit, que cōstis succingitur, adeò vt ci-  
 bi organorum situs magnam rursus Naturæ  
 ostendat providentiam. Quum enim abdomen  
 propter ea quæ extendi subsidereq; crebrò debet  
 organa, ossibus destituitur, Natura eas partes  
 quarum gratia illud ossibus carere voluit, ab  
 iniurijs minus tetigit: reliquas verò hac exten-  
 sione non indigentes, tutissimè condidit. Atque  
 ita peritoneo inter dissecandū aperto, primum  
 occurrunt, ventriculus, intestina, vesica, &  
 uterus. Verum iecur, lien, renes, vena cava, &  
 arteria magna tutius reconduntur. Iecoris for-  
 ma varia est, & suis quibus accumbit organis  
 respondens, non aliter quàm si id nullam pecu-  
 liarem exigeret formam, & sibi à vicinis par-  
 tibus, instar fictilis terre, quamvis efficiens  
 indi sineret. Nam & supra, & retro omni ex  
 parte qua septum spectat, gibbum leueq; admo-  
 dum visitur, nullis omnino extuberans proces-  
 sibus: & caucati septi, que in inferiori ipsius  
 sede necessario constituitur, ad amussim con-  
 gruens. Videtur enim iecur velut gleba illi infe-  
 riori septi sedi impressum fuisse, ac ab ipsa hic  
 formatū. Ne verò venæ cavæ caudex secundum  
 poster

posteriorem iecoris sedem protensus, aut huius  
 gravitate, aut septi transuersi motu comprime-  
 retur, tantus sinus in posteriori iecoris sede ex-  
 sculptus est, quantus amplectendo innascendoq;  
 cauae caudici sufficiat. Ceterum inferiori sede  
 iecur admodum amice ventriculo cedit, ac ab  
 illo (quem rotundum secundumq; corporis lati-  
 tudinem oblongum necessario procreatum esse  
 diximus) cauum efficitur: & leue quidem hic  
 existit, sed non vndeunque processibus tube-  
 ribus ue & sinibus liberum. Quemadmodum  
 enim organa quibus iecur caua sui parte in-  
 cumbit, simplici quadam superficie nequaquam  
 gibba sunt, ita quoque iecur vnica superficie  
 haud sinuatum est, sed rupis precipitio aliqua  
 ex parte accedit. Quae namq; duodenum expor-  
 rigitur intestinum, & vena portae à iecore pro-  
 dit, iecur quodam tubere prominet, sedem quam  
 hic vacuam reperit adimpleturum. Preterea  
 ubi bilis vesicula cauae iecoris regioni innas-  
 citur sinus in illa exculpitur, medium eius ve-  
 sicula corpus eleganter excipiens. Ad haec, ie-  
 cur quoq; ea parte sinum adipiscitur, qua stoma-  
 chum tangit, ipsiq; septum transeunt, & supe-  
 riori orificio ventriculi continuando, locum prae-  
 bet. Adeo sane vt iecur nullam peculiarem for-  
 mam obtineat, sed eam quae à conterminis par-  
 tibus ipsi imprimitur. Velut canum sectio pul-  
 chri

chre attestatur, in quibus iecur sinu suo superiore dextri renis sedem concinne admodum excipere cernitur. Atque hoc recte à Natura factum est, quum iecoris munus nullam separatam propriam ve exigat figuram, vti ventriculus, intestina, vesica, & eius generis permulta, quae amplam cavitatem eamq; vicam necessario obtinentia, opportunissimè rotunda effinguntur, & septum quoq; transversum ob suam functionem dilatando thoraci imprimis praesentam necessario, quam nunc sortitur formam, obtinuit. Iecoris enim substantia & venarum per ipsum reptantium series, facile tibi documento erunt, ad ipsius usum quo sanguificationis est officina, magnum id & crassum oportuisse fieri organum, ac interesse, vtrum rotundum an oblongum, gibbum ve an cauum extrueretur. Iecur itaq; superius posteriusq; quàm septum spectat, praeter sinum venae caudae ei paratum, exactè gibbum & leue, sed quàm ventriculum amplectitur, omni propemodum ex parte cauum cernitur. Rursus vbi posteriori ventriculi sedi & dextro ipsius lateri attenditur, crassissimum est: quàm verò superiori orificio ventriculi eiusq; sedi superiori versus sinistram incumbit, tenue apparet, & sensim hominibus illic in acutum fertur angulum. In dextra verò parte rotundum quodammodo &

orbiculare obseruatur, & nusquam tenuius est, quam in ambitu, & precipue in anteriori ipsius sede, vbi sanè tenuissimum visitur, interdum inibi impressiones quasdam obtinens, sed omnes exiguas præter vnã patule sectionis modo anteriori ipsius parti inductam, ac à mucronata pectoris ossis cartilagine parum in dextrum iecoris latus vergentem, & veluti foramine quodam ad eam iecoris sedem penitus pertinentem, à qua portæ venæ caudex principium ducit. Atq; hæc sectio seu foramen est, quo vmbilici vena humano iecori implantatur. Ceterum nos neque porcini, neq; canini, sed humani iecoris formam nunc persequimur. Quæ enim dissectionum professores de eius forma ac penulis seu fibris (quas *κόβες* Græci vocant) commentantur, è canum potius & simiarum sectionibus, quam hominum didicerunt. Humanum enim iecur in fibras, porcini iecoris modo non disseciditur, & multo adhuc minus vt caninũ. Nam vnicum continuumq; præcipua ipsius substantia corpus hominis iecur est: canũ vero in quatuor, ne nunquam in sex aut quatuor tantum partes est dissectione solarum venarum interuentu inuicem continuatas. Porcis verò in pauciores, venis duntaxat hærentes: aut etiam in plures, si sectiones quoq; impèse altas fibrarum vice numerare liceat. Atque hinc natum est illud

illud medicorum ac Anatomicorum peritorum commentum, quo ventriculorum à iecore quinque fibris manus apprahendentis modo, amplecti asserunt. Quin Graecorum nonnulli, nescio à quibus ut testatur mathematicis medicis nomina mutant, illis fibris priuata (uti apud Theophilum illum parum Anatomicum videre est) imponunt nomina. Quatuor enim quum sint, inquit, iecoris fibræ, prima focus dicitur: maxime namque ad succi concoctionem facit, quemadmodum concoquendis cibarijs focus. Secunda mense nomen sortitur, quod mense vices gerat: nam membrorum alimenta in ipsa apponuntur. Tertia culter nuncupatur: diuidit enim, segregatque inter se humores, aut si quid crassius distribuendum sit, id secat atque commutat. Quarta aurige nomine appellatur: nam naturales vires iam excoctos humores bene regunt, atque in melius rectè ducunt. Huiusmodi profecto eorum qui humanam fabricam imaginationibus, non sectionibus, aut brutorum potius quam hominum administrationibus discerantur, nuge signètaque sunt. Ac proinde exusto affectu omnes qui mihi unquam secanti astiterè testor, me iecur in fibras aliquo pacto diuisum nunquam inspexisse. Neque est cur quispiam iecur duplici fibra constare astruat, propter scissionem seu foramen potius, quo vena

ex umbilico proficiscens excipitur, aut ob eius  
 iecoris portiunculam, sub ortu vene porta ex-  
 tuberantem, fibris aliquot constare affirmet: si  
 modo vnquã vel per somnium animalia qui-  
 bus iecur in fibras vti cani diuisum est, contem-  
 platus fuerit, non autem hæc solum leui neg-  
 cio obseruabit, sed & animaduertet, quotquot  
 hæcenus vene caue exortum, & ad iecoris  
 gibbum in duos truncos distributionem literis  
 prodiderunt, ridiculè nugaciterq; admodum  
 delirasse. De magnitudine verò iecoris, quòd si  
 licet timidis gulosisq; maius obtigerit, &  
 quòd iuxta proportionem homini, vt & cere-  
 brum, inter reliqua animantia, grandini re-  
 cur datum sit, non præter rationem à quibus-  
 dam Anatomicis dictum est: quanquam non  
 nulli nostratum medicorum isdem crapula  
 absumi iecur, serio adeoq; contentiose affirmet,  
 vt rerum omnium imperiti, & vulgo & sibi  
 ipsis persuadeant, insignibus illis vini gurgulio-  
 bus iecur ad nucis duntaxat molem reduci esse  
 sucuisse. Porro de iecoris substantia, venis, arte-  
 rijs, tunica, & ligamentis pleriq; rectè sentit.  
 Per vniuersum enim iecoris corpus ad humiliter-  
 rem eius sedem vene porta propagines immen-  
 mere diffunduntur, in superiorem verò ipsius  
 sedem vene caue soboles numerosè sparguntur,  
 quas & ab earum ortu, in ijsq; aut ab ea parte  
 te quo

te qua caudices venarum constituunt, describere integrum est. Orbiculatim namq; (vbi in tertio libro cōplexus sum diligentius) ex omnibus extremis iecoris partibus infiniti venarum surculi, capillorū modo tenues prodeūt, ex quibus alij in elatiori visceris parte, alij in demissiori habentur. Inferiores surculi paulatim inter se in alios paulo crassiores colliguntur, & hi rursus in alios. Atq; ita deinceps seuisim ac tantisper coeunt, donec tandem omnes in iecoris cauo in vnā venam congregiantur: non equidem vt quispam dissectionū fidens professoribus putauerit, in caue sedis centro, sed in humiliori eius parte, qua dextro dorsi lateri iecur proximū est. Hinc prodiens vena eos quos saepe recensui ramos in bilis vesiculam, vētriculum, omentum, lienem, & intestina digerit. Sic ramorum qui superiorem iecoris sedem occupant, tenuissimæ soboles in grandiores paulatim, & he rursus in maiores, ampliores vt tantisper colliguntur, donec omnes in duos maximos ramos coeant, qui in anteriorem venæ caue sedē, quæ hæc iecori innascitur, pertinent. præter aliquot etiā graciles surculos eidē venæ caue sedi insertos. Neq; rursus hoc in gibba iecoris sedis medio fit, sed in posteriori ipsius sede, qua septo incumbit potius quàm adheret, dum resupinatum hominem intelligimus. In dictorum ramorum

morum medio aliquibus in locis tenues gra-  
 lesq; admodum deducuntur furculi, qui cani-  
 sunt, & venarum corpore donati, in vnum  
 quoq; caudicem mutuo collecti desinunt, in bilis  
 vesiculam (vti post dicemus) deducendum. Quin  
 & in humiliori iecoris sede, vti portae rami in  
 suum caudicem coaceruantur, exiles arterie in  
 corpus iecoris excurrunt, ab ea diffusa, quae de-  
 xtrae sedi inferioris membranae omēti à magna  
 arteria offertur. His omnibus vasis rubra mol-  
 lisq; adnascitur substantia, nuper concreto san-  
 guini quam similima, nisi quod durior, & po-  
 tissimum in iecoris gibbo cernatur. Hanc Eras-  
 istratus, quod vasis his & propaginibus cir-  
 cumsundatur,  $\alpha\alpha\pi\epsilon\gamma\chi\upsilon\alpha\epsilon$  nuncupauit. Presenti  
 substantia iecoris vasa cōtinet, & amplecten-  
 do suffulcit, totam propemodum iecoris molem  
 constituens. quae perquam tenui obuoluitur tu-  
 nica, à ligamentis pronata, quibus iecur perito-  
 neo, quā id septo subditum est, affirmatur. Sunt  
 autem haec duo precipua: vnum quidem den-  
 sum & insigniter validum, sed membranae mo-  
 do tenue, quod peritonei pars inferiorem septi  
 sedem succingens, paululum à latere dextrae  
 mucronatae cartilaginis educit, rectā ex ante-  
 rioribus in posteriora protensum. Alterum ve-  
 rò, quā iecoris sinistra pars in acutum desinit  
 angulum, à peritoneo nascitur. hōc enim fortis-  
 sima



fino & quodammodo tereti ligamento iecur  
 peritoneo alligatur. Dein quâ caue vena cau-  
 dex septum permeat, & dein secundum caue  
 per iecoris posteriora deductum, peritoneum iec-  
 ori adnascitur, ipsumq; peritoneum iecur col-  
 ligat. Quinetiam caue iecoris sedi vbi portæ est  
 principium, omenti quoque portio adnascitur.  
 Præterea iecur anteriori peritonei sedi (quod  
 alyis animaduertendum fuerat Anatomicis)  
 cõnectitur beneficio vene ab umbilico in ipsum  
 iecur pertinentis. Hæc enim foetu è matre exclu-  
 so arefcit, ac instar validi efficitur vincu-  
 li, ipsum, vti iam dixi, peritoneo colligantis.  
 Porro ex his omnibus vinculis quibus iecur pe-  
 ritoneo adnecclitur, tenuem suam & sibi pe-  
 culiarem fortitur tunicam, in quam duo quoq;  
 inseruntur nerui: vnus quidem à sexti paris  
 cerebri neruorum ramis, elatiori orificio ven-  
 triculi implantatis: alter uerò ab alyis Anato-  
 micis ignoratus, à sexti eius coniugij propagi-  
 nibus dsscinditur, que costarũ exporriguntur  
 radicibus. Hic in iecoris tunicã raris modicisq;  
 furculis dispergitur, priori in iecoris quoq; sub-  
 stantiã pertinete. Et talis quidem visceris huius  
 fabrica est, quòd autẽ ad vsum ipsius partium  
 attinet, sic sese ordine habent singula. Iecori  
 quicquid humidum succulentumq; à ventriculo  
 conficitur, vena portæ rami ex ipso ventriculo

Libro 4. de  
vfu partiu.

& intestinis id depascētes, adferunt. Quod ve-  
 rò iđdem rami priusquam iecori succulentum id  
 porrigant, rudem aliquam sanguinis formam  
 cremori seu succulento illi conferant, & vt Ga-  
 lenus attestatur, modo iecori similimo istud  
 preparant, non facile concessero. Nam si venis,  
 non his solum, sed & omnibus caue venae pro-  
 paginibus prater proprij nutrimenti alteratio-  
 nem, alia quae toti subferuiret corpori alteratrix  
 vis, quemadmodū ventriculo inesset, ea sanē non  
 in rubrum, at in albū quod à venis amplectere-  
 tur, emutarēt. siquidem alteratum in nutritio-  
 ne, alterantis colorem vt assumat, necessum est.  
 Iecur itaq; in omnes portae ramos per substantiā  
 ipsius digestos, quicquid humidum succulentūq;  
 ventriculus consecit, in se admittit, & substan-  
 tiae suae ingenita vi alteratrice id emutans, si-  
 biq; quā similitimum reddens, sanguinem ge-  
 nerat. Verū vt in omni concoctione, ita quoq;  
 in hac iecoris sanguificatione duplex fit recre-  
 menti. Alterum quidem tenuius, alterum verò  
 crassius. At satius fuerit ad similitudinē actio-  
 nis & conuenientem euidentiā humido li-  
 quori iam quidem praecocto, et prius elaborato,  
 indigenti tamen absolutiori adhuc concoctione  
 succum assimilare, quem ex ventriculo & in-  
 testinis venae in iecoris canū deducunt. Sit ita-  
 que vinum nuper ex vuis pressum, ac in dolia  
 infusum

infusum, et quod ab insito innatoq; calore adhuc  
 elaboretur, secernatur, concoquatur & ferueat,  
 eiusq; excrementorum quod quidem est graue et  
 terrestre (facem vocant) in fundum vasorum  
 subsidat, alterum verò quod est leue & aerem  
 supernatet, hoc autem flos vocatur tenuioribus  
 viniis immatans copiosum, sicut crassioribus  
 fex residet plurima. Ergo iuxta exempli huius  
 similitudinem, succus è ventriculo & intestinis  
 in iecoris venas allatus, à temperie alteratri-  
 ceq; vi concoquitur, ac instar musti feruens ad  
 sanguinis benigni generationem alteratur. In  
 hac autem ebullitione, recrementum quantum-  
 cunq; lutosum crassumq; est, subsidet, et in liene  
 dipellitur. Quod leue ac tenue est, spuma modo  
 sanguini immatans, & à bilis vesicula meatibus  
 supra venae portae ramos in iecoris substantia  
 stratis assugitur. At humidum illud quod velut  
 ventriculi elaborationis aqueum existit recre-  
 mentum, in iecur per venas cum benigno ad san-  
 guinis generatione succo assumptum, à sanguine  
 nondum in iecoris cauo repurgatur, sed si iam  
 maximum prestans usum, nutrimenti vehicu-  
 lum, vt Hippocrates ipsum vocabat, se esse ele-  
 ganter ostendit. Sanguis enim in iecoris cana  
 confectus, exilibus è portae venae surculis ad ca-  
 uae venae ramulos versus iecoris gibbum proce-  
 dit, ad cuius per angustissimos ductus transitum

aquosus ille liquor vehiculi ritu plurimū auxiliatur. Caro igitur iecoris, quæ propriū ipsius est corpus, primarium sanguificationis est organū. Venæ autem per vniuersum eius corpus disseminate sinus loco censentur, in quibus quod ab illa confici debebat appositè continetur, & hi postmodum sanguinem preparatum, alijs partibus tanquam proprij iecoris riuuli perferunt. Est autem venarum, quæ in iecoris substantiam digeruntur, tunica longè tenuior, quàm earū quæ per vniuersum corpus distribuitur, ne scilicet vim substantiæ iecoris, cuius beneficio contentus in venis succus elaboratur, sua crassitie reundant: quo fit, vt iecur etiā crassiori sanguine enutriatur, quem tenuis venarum tunica à iecoris facultate allectum transmittit. Porò vt sanguis diutius in iecore moram traheret, ac perfectam elaborationem experiretur, vtiq; totus iecoris substantiæ appropinquaret, nō vnum ventrem illi velut lagenam quandam rerum Opifex indidit, verū venas illas omnes infinita ramorum serie, & in arctissimos ductus digessit. Meatus autem bilis inter vtrasq; venas locum obtinent, vt commodo ipsorum sinu prius expurgatus sanguis in vene caue ramos absumeretur. Arteriam autem caue duntaxat iecoris sedi credimus exporrigi, vt huius tantummodo calorem euentilaret, temperaretq; superiore

periore iecoris parte, quæ septum contingit, ab eodem motum adipifcente continuum. Ne verò iecur sensus plantæ modo expers esset, & à vi rationali concupiscibilis anima pars minus moveri cohiberiq; possit, Natura iecori nervos exprompsit, quibus ceu freno illa pro imperio uteretur. Tunica iecoris involucrium quoddam tegumentum est: vincula verò, ne viscus quum graue sit, aliquando decidat, plura, eademq; valida iecori committuntur.

## De bilis flauæ vesicula.

## CAPVT

## VIII.

**V**esica bilis flauæ conceptaculum in caua iecoris parte sedem obtinet. iecori enim quæ dextrum ventriculi latus amplectitur, sinum insculpi antea diximus, mediæ bilis vesiculae portioni exquisitè congruentem. Alii nanq; sinui media superior eius vesiculæ portio secundum ipsius longitudinè immaschitur, inferior autem extra iecoris substantiam deorsum prominet, à nullo cui inmititur corpore grauius pressa. Nam vacuo penè interstitio, ad dextrū ventriculi latus colonq; huic prorepens intestinū conspicuo incumbit, & sedem qua commodè flauum tenuè que iecoris recrementum suscipere, idèq; ad intestina depellere posset, opportunam adipiscitur. Forma huius vesiculæ oblonga rotunda

rotundaq; est, sensim ad ipsius fundi vsq; apicem longioris cuiusdam pyri modo dilatescens. Quo enim à caua iecoris sede, vbi portæ caudex educitur: ipsiusq; vesiculæ cervix consistit, hæc antrorsum magis fertur, eo illa sensim magis ac magis senæ folliculi instar ampliatur. Cum enim, vt reliqua corporis receptacula, capax esse debuerit, neque tum globi modo adamusim rotunda fieri potuerit, ipsius cavitatis sua longitudine adaucta fuit, ita nullo à ventriculo affecta incommodo, ipsiq; iecore non nimis insinuat. Vt autem inanita bilis vesicula appositè subsidere, ac impleta vicissim extendi possit, membræa nerueaq; constituitur substantia: quippe simplici & vnica peculiari constat tunica, tenui quidem, sed densa & forti, ac triplici fibrarum genere intertexta, & rectas quidè fibras intimas habet, quibus succedunt oblique, sed rellas multo pauciores, extimæ verò orbiculares sunt transuersæ ve. Huic tunicæ alia à iecori tunica obtenditur, non toti vesiculæ, sed illius dūtaxat parti, que extra iecoris corpus propendet, solaq; propugnaculo & inuolucro indiguit. Vesicula etiam si iecori sanguificationis officina immascatur, à portæ venæ tamen caudicæ, dūtaxat graciles admodum assumit venulas, ea serie in ipsius tunicam diffusas, qua in adherentem albam ve oculi tunicam venulus digeri conspici-

mus. Ab arteria quoque cauo iecoris exporrecta ramus admodum gracilis vesiculae illi offertur, ad ipsius usque fundi extremum excurrrens. Et neque nervulis destituitur, ne sensus sit expers. nam iecoris nervus per humiliorē omenti membranam à dextra sexti nervorum cerebri paris propagine costarum radicibus exporrecta, ductus, etiam huic vesiculae surculum promit, in macilentis vix minus quam ipsius arteria conspicuum. At meatus quibus vesicula bilem allicit, rursusque alio depellit, ita se habent. Cervicis vesiculae, fundo ipsius multo durior paulatim in angustum desinit meatum, ad eam iecoris partem protensum, unde vena portae principium ducit. quò quum peruenit, in duos diducitur processus, hunc quidem sursum, illum autem deorsum porrigens. Qui sursum fertur, anteriori vene portae sedi innitens, in iecur conscendit, & in duas primùm dissectus propagines, unam dextrorsum, alteram sinistrorsum in iecur porrigit. Hae propagines singulae in ipso iecore rursus in alios surculos, & hi in alios rursus tantisper digeruntur, donec innumeram ramorum constituent seriem, per iecoris corpus inter portae vene ramos & cauae propagines diffusam. Atque hi surculi, si sunt, quorum ope bilis in vesiculam defertur. At processus, dicti nuper vesiculae meatus, qui deorsum porrigitur, infc

inferiori membrana omenti suffultus, parum  
 per obliquè deorsum properat, ac duodeno inte-  
 stino non procul à ieiunii principio implanta-  
 tur. Hic processus depulsam ex vesicula bilem  
 in intestina desert, interim nihil ab illis neq;  
 cremoris, neq; flatu, neque ipsius deniq; quam  
 deduxit bilis regurgitantis, quippiam admit-  
 tens. Quod non solum tortuosi in intestinum  
 ingressus, sed & duarum membranularum be-  
 neficio fit, quæ utrinque ad orificij latus laxò  
 propendent, influentis bilis ponderi facile ce-  
 dentes, & ne quid in meatum regurgitare pos-  
 sit, iter prepedientes, quòd scilicet collectæ ac  
 primùm meatus os subeuntes id occludant. Non  
 autem una aliqua est membrana ori huic præ-  
 facta, uti vnus in follibus asser, aut simplex in  
 pilis quas inflammas lingula visitur. Præsenti-  
 meatus in intestina implantatio longius à  
 ventriculi orificio inferiori, quàm Anatomico-  
 rum vulgus existimat, remouetur. An verò is  
 intestino insertus simplex omnino sit, aut in  
 progressu bipartitò scindatur, ita ut vna par-  
 te intestina, altera ventriculi fundum adeat:  
 hoc loco me dicturum animaduertis opinor, cum  
 hac de re in scholis indies & in libris medico-  
 rum plenissimè contendatur. alijs affirmanti-  
 bus: hunc bilis vesiculae meatum intestinis, fre-  
 quentiùs tamen interdum ventriculi fundo in-  
 seri:



feri: alijs afferentibus, eum quandoq; bipartiri,  
 atque altera portione in ventriculum, altera in  
 intestina tendere, alijs verò semper hunc bifur-  
 cantibus, ac perpetuo alterum ramorum, nunc  
 tamen ampliolem, nunc angustiolem in ven-  
 triculum distribuentibus. Anterea omnes quot  
 quot sunt autoritatum congerie tantum, non  
 rerum ipsarum inspectione, sese tuentur. Equi-  
 dem vt semel dicam, quid hic mihi inter secan-  
 dum contingere soleat, verè affirmare possum;  
 quod in vniuerso corpore neq; molestior, neque  
 difficilior mihiq; grauior sectio sit, quàm dum  
 inferior omenti membrana, & caua iecoris re-  
 gio, organaq; contermina nobis sunt aggreden-  
 da, maximè verò in homine, aut animali quo-  
 piam prepingui, adeò sanè vt quemuis artifi-  
 cem, licet industrium, facile hic hallucinari ex-  
 istimem. Atq; hoc ideo dico, quòd certi nihil, sed  
 id duntaxat quod mihi videtur asserere statue-  
 rim. Nullam igitur vel minimam bilis vesicula  
 meatus portionè in vetriculù porrigi animad-  
 uerti, præterquam in vno pontificis trivremium  
 remige. Hic enim, vt alijs quibusdam organis,  
 & præcipuè circa thoracis costas & musculos  
 ab aliorum hominù fabrica variabat: ita &  
 meatum hunc in duas dissectum propagines ob-  
 tinuit, quarum minor gracilior ve vetriculù  
 fundo, què primùm vena dextram inferioris  
 ipsius

ipsius sedis regionem ambiens, ventriculo cont-  
 mittitur, inferebatur. Is quidem calidi siccique  
 temperamenti fuisse videbatur: vt autem re-  
 sciscerem num vomitu bilioso, quem huiusmodi  
 hominibus frequentem Galenus esse testatur,  
 vexari consueuisset, ab eius familiaribus dili-  
 gentissimè quæsiui, ecquid eiusmodi in illo ob-  
 seruassent. Asserebant itaque, se nunquam illum  
 vomitum, aut in maximis etiam procellis nau-  
 seabundū vidisse: verū vt erat robustissimus,  
 ab omnibus eum predicari affirmabant, quod  
 longissimo spiritu subinde coruus inflaret, om-  
 nesque commilitones graui voce, et vno spiritu  
 recensendis numeris longè superaret. Verū  
 non semper meatus huius de quo in presenti  
 agimus, portionem in ventriculum deduci, hinc  
 mihi abunde persuadeo, quod inter dissecandum,  
 hoc à conterminis vasis membranisque liberato,  
 nullum foramen appareat, ex quo ad ventricu-  
 lum propago eius meatus deducatur. quod sese  
 offerret, si modo vel minima quæpiam propago  
 à præcipuo meatu diducta, per incuiam præ-  
 scinderetur. Nam si vel acu meatum pertur-  
 das, ac bilis vesiculam digitis comprimas, bilis  
 ex meatu defluit, que citius ex propaginis eius  
 (si quam Natura condidisset) orificio promana-  
 ret. Ad stipulatur itidem ratio. nam si diligen-  
 ter expendis, eum meatū bilem intestinis offe-  
 rentem

ventem non in quamcunq; siue ventriculi, siue  
 intestinorum sedem decenter inferi potuisse, sed  
 in qua & meatus ipse tuto implantadus, ven-  
 triculoq; & intestinis minus incommodaturus  
 biliosum istud recrementum expurgare posset, non  
 debuisse ad ventricululum ne meatulum quidem  
 inferi, vel citra sectionem fatebere. Tuto enim  
 ducuntur, que neque procul, neque alijs orga-  
 nis inconcomitata procedunt: quod huic mea-  
 tui vsu venit, qui nulla succinctiori via, aut in  
 ventricululum, aut in aliam intestinorum par-  
 tem inferi potuit, quam ea qua nunc implanta-  
 tur, & interim tuto porte vene caudice & in-  
 feriori membrana omēti deorsum modice pro-  
 repens suffulcitur. Quod si ventriculo inferen-  
 dus fuisset, non adeo commodē atq; nunc omenti  
 membranis sustineretur, & obliquos anfra-  
 ctus faciens etiam longius abduceretur. Eodem  
 modo, si biliosam hanc superfluitatem ob longo  
 meatu ad sedem vsq; ut in intestina primum  
 illic defluens, vna cum facibus excerneretur,  
 Natura perduxisset, periculum erat ne tenuis  
 meatus quavis occasione occlusus rumperetur.  
 Quod autem materia hec nutritioni inepta,  
 duodeno intestino aptissima, non itidem ven-  
 triculi fundo innoxie immitti potuerit, primum  
 ex bilis natura, dein ex ventriculi & intestino  
 rum muneribus, postremum pituitę, que in  
 ~ vris

vtrisque; necessario in illorum obeundis functionibus asseruatur, examine, & curatione quæ huic exuberanti pituitæ adhibemus, discere licebit. Nam bilis flauæ naturam tenuem fluxilemque; & dein incidentem detergentemque; ac expurgantem dum abundat nimium curationem adhiberi, medicorum præcipuis concessum est. Deinde cibum quousque concoctus sit retinendum, ocysimè vero cremorem confectum per gracilia intestina deducendum, nemo ambigit. Ventriculo itaque; pituitæ istius incidentæ expurgandæque; gratia bilem deferens meatus utilis fuisse: verum quia vi retentrice ventriculo vtendum maximè fuit, summo malo Natura nonnihil boni nequaquam prætulit. Nam si ventriculo bilis influeret, tum ille (vti Galenus rectè affirmat) huius mordacitate perpetuò ad excernendum iritaretur: neque tantisper dum cibus probè confectus esset, retentrice sua facultate fungeretur: & bilem illam respiciens, eiusque occasione nauseabundus, quod sibi offerretur, minus quàm decet, ambiret amplectereturque. At quo minus in intestina bilis influeret, nihil omnino obstitit. Hæc namque; pituitam, quæ in gracilibus illis ductibus ex intestinorum munere coacervatur plurima, incidit, detergit, atque; expurgat. deinde intestina iritans & mordens, ad feces excernendas in-  
 nitit,

utat, & stimulat, & ipsa quoq; vnà cum ex-  
 crementis nullam (quum lege Natura omnia  
 in homine dispensantur) noxam, sed vti liquet  
 summum vsum prestans, è corpore tandè pro-  
 pellitur. Merito igitur intestinis, non autè ven-  
 triculo, meatus ille bilem deferens implanta-  
 tur, neque obiter cuius intestinorum sedi, sed  
 ferè duodeni termino, quòd id primum intesti-  
 norum sit, quodq; in eo bilis citius suum quem  
 intestinis prestat vsum conferat. Duodeni au-  
 tem terminus tantum à ventriculo remoue-  
 tur, vt rarius bilem in ventriculum ex intesti-  
 nis sursum conscendere contingat. Quamquam  
 & id biliosis naturis familiare sit, quoties his  
 ieiunus venter paulo diutius (vt ipse quoque  
 nonnunquam experior) torquetur. At homi-  
 nes qui bilis vesicula carerent, quos Aristote-  
 les enarrat, & post hunc cum alijs permultis,  
 Plinius, hos vita firmissimos esse affirmans, ha-  
 Etenus nondum comperi. Quamquam facile fie-  
 ri posse arbitrer, vt ex iecore ad intestina mea-  
 tus aliquis bilem deferat, ita vt ea in vesicu-  
 lam quampiam prius non colligatur. Et haud  
 mediocriter inter dissecandum mirari solitus  
 sum, quamobrem bilis recto ductu ex iecore in  
 intestina non pellatur. non ignarus interim  
 subtilis eius Anatomicorum commentis, qui  
 bilem in suam vesiculam asseruari docent, vt  
 2 2 iecur

iecur à putredine vindicet: non expendentes  
quàm innumeros bilis folliculos & cerebro, &  
lieni, & pulmonibus, & plerisq; alijs corporis  
partibus, ne ipse quoq; putredinem contraherent,  
Naturam adhibere oportuisset.

De liene.

CAPVT IX.

**L**ienem ad sinistram ventriculi sedem secundum inferiora magis ac posteriora locatum, iam antea recensuimus. Non enim is, ut medicorum turba arbitratur, sanis alioquin hominibus extra costas, quasi ad abdominis medium anterioraq; non adamusim costas, ceu tutissimis vallis septus, prominere, neq; etiã tactu admodum deprehendi potest: quãuis medici illum an mollis, aut durus sit, in omnibus sese æquè contingere persuasum habeant. Innititur itaq; lien sinistræ parti septi transversæ, medius ferè inter sinistram vertebrarum corporum sedem, & spuriarum costarum cartilagineas. Formam adipiscitur sedi suæ proportionem respondentem, ac iecoris modo à vicinis partibus sibi impressam. Quà enim septum contingit, ut id leniter inibi cavum est, ita etiam lien leniter gibbus cernitur. Quà ventriculus lieni quodammodo innititur, ut amplius ille & instar grandioris globi hic extuberat, sic quoque lien humanus modicè ac in superficie duntaxat, cavus occurrit. Nam porcis canibus ac bubus,

quum

quum longior, sed arctior lien obtigerit, ac ventriculi gibbo longiori intervallo in us obtendatur, magis quoque; cauus magisque; quartæ circuli partis modo ventriculum complectitur. Homo quidem crassum & magnum & latum, sed breuiorem quam illius generis animalia lienem exigit, non tamen exacte, ut quispiam forte à spleniorum forma monitus arbitraretur, quadratum. Longitudo namque; latitudinem ipsius impese superat, deinde superior pars inferiori paulo elatior visitur, ut linguae ad incisivos dentes tantum protensa imagini proximè accedat, unde etiam lien linguosum viscus appellatur. Huius enim ipsius pars ad corporis anteriora magis protensa, in obtusum desinit angulum: superior autem in obtusorem adhuc angulum adeo comprimitur, ut hæc pars utrinque; unum obtusum exprimat angulum. Sinistrum latus leuiter gibbum est, dextrum verò duabus quodammodo leuibus impressionibus modice scissum. Porro lienis non mediocris, & omni ex parte propemodum equalis crassities, ab ipsius latitudine ac multo adhuc magis à longitudine vincitur, Lienis cauum profundiori linea secundum eius longitudinem ducta abundat, quæ recta quidem ducitur, & inequaliter exuberans, sinuataque; lienis vasa (ut mox audies) admittit. At reliqua ipsius superficies non ita

ut iecoris, aut renum, leuis est, sed obscuris quibusdam & leuiter prominētibus tuberibus, ad eam ferè formam qua elephantiasi morbo insigniter laborantium cutis inaequaliter extumescere consuevit. Neq; illi solum inaequali cutis superficie respondet lien, verum etiam colorem quoq; illius affatim exprimit. Parisijs enim in diui Lazari monasterio, & in plerisq; superioris Germaniae agris, & alibi quoq; elephantiasi morbo affectos vidi, nigricantem lienis humani colorem superficiemq; exactè referentes, non secus quàm si quis ex liene eos confinxisset. In homine nãq; hoc viscus atro quodam & perquam obscuro colore nigricat, in cane autem splendidius plerumq; ipso iecore rubet. Sues albicantem magis lienem exigunt. Neq; verò in externa tantum superficie, verum etiam intus, siue coctum siue crudum lienem secueris, hic color sese offert. Neq; inutiliter hominis viscera in aqua nonnunquam elixantur, aut saltem ut magis concresecat sanguis, in calidam submerguntur. Solet enim fluxilis adhuc sanguis in iecore, & liene, & pulmonibus etiam, quo minus aptè spectari singula queant, impedimento esse. Potissimum autem in liene tentandum hoc dixi, quod de ipsius usu vehementer ambigere, venasq; & arterias longè aliter quàm in iecore, pulmonibus & renibus dispersas intue-  
 ret.



rer. etenim lienis substantia crasso nigroq; admodum. sed solidioris spongiæ. aut leuioris pumicis modo. raro concretog; sanguine consistere mihi videtur. frequentibus fibris filamentisq; non insigniter validis dumtaxat implicita. Per huius enim corpus. & si per multas venas & arterias inferi certo cognoscamus. nulla tamen quemadmodum in iecoris & pulmonum corpore. per substantiam ipsius disperse animaduertuntur. nisi perquam rare. eademq; admodum graciles. non aliter quam si simulatq; lienis finum vasa ingrediuntur. in innumeram ramorum sbolem diffunderentur. adeo tenuium. vt cavitare carètes fibre potius quam vasa nuncupandi essent. Hisce ramis seu fibris vndecunque implexis. sæculentis crassiusq; admodum sanguis obducitur. quem Erasistratus. vt opinor (quod vasis circumfundatur)  $\pi\alpha\phi\epsilon\gamma\chi\upsilon\alpha\varsigma$ . quemadmodum & in iecore. appellat. Neq; profecto tenuis sanguis quo lienem enutrirî damus. raritatis substantie lienis sola causa esse videtur. sed innumerus ille fibrarum (vix ausim enim arteriarum dicere. & venarum) implexus. Talis mihi lienis in sanis hominibus apparuit substantia. In quodã laborante elephantiasis. que nondum penitus radices egerat. turgidiorrem maioremq; lienem reperimus. in reliquis autem. sano similem. In cine Patanino. qui an-

nis tribus carcere detentus, tandē nigro arqua  
 to defunctus, sectioni publicae adhibitus fuit,  
 lienem præter cætera minus crassum latumq;  
 & exiguum omnino reperimus, & gibba eius  
 parte adipem adnatum, instar candidissimi du  
 rissimiq; lapidis concretum. Substantia visceris  
 huic erat arida, & impense dura. Qui Montis  
 selis suspensus, ad publicam sectionem Patavii  
 aduectus fuit, ad eò grandem ostendebat lienē,  
 vt modicè admodum iecoris moli cederet, &  
 anteriori iecoris parti adnatus, anteriori quoq;  
 ventriculi sedi exporrigeretur. Lienis eius sub  
 stantia, sanorum visceris substantiaè penitus  
 respondebat. Adolescens hic fuerat candidissi  
 ma & glabra cute, minimeq; natura melan  
 cholicus. ad eò enim ob Diogenicos mores plebi  
 gratus extiterat, vt ter laqueū euaserit. Nam  
 primùm Venetijs loris cæsus, Patavium venit,  
 vbi dextro oculo & manu itidē dextra mul  
 tatus, Montisselis iterum apprehensus (nam è  
 carceribus illic semel eruperat) extremum sue  
 tragædiæ actum egit, & morū potissimū occa  
 sione à studiosis sectioni fuit adhibitus. Galli sa  
 cerdotis Bononiæ in xenodochio aqua subter en  
 tem mortui, lienem albidum sed exiguum ad  
 inueni. Hæc idcirco recenseo, vt huius visceris  
 substantia & vsus (si modò de eo quem Gale  
 nus ipsi tribuit, dubitare fas sit) à studiosis se  
 dulo

dulo indagaretur. Porro venae, arteriaeque & ner-  
 ui lienis in hunc habent modum. Minor seu fini-  
 ster venae portae truncus, inferiori membrana  
 omenti suffultus, transversim ad lienem tendit,  
 posteriori primum ventriculi sedi, eiusque elatio-  
 ri orificio & humiliori membranae omēti, ad-  
 eoque ipsi colo, quae ventriculo exporrigitur, ramos  
 offerēs: quos ubi deprompsit, reliqua ipsius por-  
 tio in duos primum ramos, deinde hi rursus in  
 alios disseminantur, ut tandem multiplici se-  
 rie per humiliorem omēti membranam medio  
 cauae lienis sedi secundum rectam lineam illi  
 implantentur. Porro priusquam hi rami in lie-  
 nis substantiam deperdantur, ab insigniori ra-  
 mo visceris humiliora petente vena pronasci-  
 tur, sinistrae fundi ventriculi sedem amplectēs.  
 ab alijs vero lienem aduentibus ramis modo  
 tres, modo etiam plures rami enascuntur, in  
 sinistrum ventriculi latus, uti saepe prius rela-  
 tum est, excurrentes, nequaquam autem ad su-  
 perius usque ventriculi orificium conscendentes.  
 Quemadmodum vero lienem accedentes venae  
 inferiore omenti membrana suffulciuntur, sic  
 quoque ab illis ventriculum petentes superiori  
 membrana omenti sustinentur, cuius ut & va-  
 sorum interuentu lien ventriculo commasce-  
 tur. Arteriae itidem frequenti serie lienem im-  
 plicite, ortum ab illa ducunt arteria, quae à ma-  
 gna

gna arteria supra renum regionem pronata,  
 inferiori membrane omenti innaſcitur, ac ſini-  
 ſtrorſum lieni potiffimum offertur, pari proſus  
 ferie cum venis in lienem pertinentibus. Nervus  
 lienis à ſexto nervorum cerebri paris ſobole pen-  
 dent, quæ ſiniſtri lateris coſtarum exporrigitur  
 radicibus, & ſurculum humiliori membrane  
 omenti mittit in lienis potius tunicam, quam  
 ſubſtantiam ſpargendum. Lien enim non mi-  
 nus quam iecur tenui quadam & ſimplici ob-  
 ducitur tunica, ab omenti membranis, quæ lie-  
 nis rectæ lineæ innaſcuntur, orta. Hæ namque  
 membrane lienis cavo inſertæ, in ipſius degene-  
 rant tunicam. Et quia à peritoneo originem  
 ducunt, earundem beneficio interuentuq; peri-  
 toneum ipſum lieni tunicam offerre merito di-  
 cimus. Sed præter lienis ad dorſum & ad ven-  
 triculum omenti auxilio nexum, à peritoneo  
 quæ ſeptum ſuccingit, tenues interdum fibræ  
 impari numero lienis gibbo adnectuntur, ipſi  
 quoque ſepto lienem ita colligantes. Verùm ut  
 in hominibus huiusmodi fibræ quandoq; non  
 reperiuntur, ita in canibus nūquam. Eſt etiam  
 aliquando cernere, lienis gibbum exteriori re-  
 nis ſiniſtri involucro, quod multa abundat adipe,  
 fibrarum quarundam medio firmari, potiffi-  
 mum ſi ren lieni (ut non infrequenter fit) magna  
 ex parte ſubſternatur. Atq; hæc eſt lienis ſi-  
 tus.

tus, formæ, & partium enumeratio. Quam in-  
 sie verò corporis nostri architectus illa dispen-  
 sauerit, singulorum edocebit usus, & functio:  
 de qua non medicorum modo procures, verum  
 & philosophorum precipui disenserunt. Erast-  
 stratus vulgi opinione (quod cursoribus lienē  
 eximi stulte credit) persuasus, lienem frustra  
 factum esse quodammodo attestatur, dum ait,  
 Naturam timentem necubi artis suæ obliuiscer-  
 retur, quum fœtus vix dum concepto iecur in  
 dextris conformaret, in sinistro quoque latere  
 aliquid molitam esse, & consistentem in eo  
 splenem iecori opposuisse: perinde ac si ipsa ven-  
 triculo paululum in sinistram producto, crea-  
 tionem supervacua vitare non valuisset. Ari-  
 stoteles communem usum, quem omnibus tri-  
 buit visceribus, lieni quoque primū ascribit, vti  
 delictet quo venæ, utpote pensiles, sustineri, &  
 copia viscerum stabiliri ad corpus possint: Qua  
 si enim (inquit) anchoræ partibus appense, vi-  
 scera ad corpus iaciuntur. Deinde iecoris lienisq;  
 usum priuatim docens, subiungit: iecur & lie-  
 nem ad ciborum concoctionem auxiliari, &  
 lienem vapores vagantes diuertere, & ex ven-  
 triculo atrahere, eosq; posse concoquere, ut qui  
 sanguineus sit, atq; ut semel dicam, Aristote-  
 les lienem adulterari iecoris loco recenset. Eo-  
 dem modo autor libri de Respirationis usu, quē  
 Galenus

Galeno falso tribuunt, præter alia quædam de  
 venis, quæ gibbò lienis inferi arbitratur, iuga-  
 menta, lienem ex ventriculo & intestinis con-  
 fectum cremorem per venas ventriculi & in-  
 testinorū assumere, ac sanguificationis organū  
 esse contendit. Huius sententiæ nonnulli etiam  
 medicorum subscribunt, lienem iecore malè af-  
 fecto nomine iecoris sanguinem elaborare af-  
 firmantes. At qui cæteris dissectionis professori-  
 bus probabilior esse videtur lienis vsus, in hoc  
 illum à Natura fabricatum esse docet, vt lutesci  
 feculentiq; in iecore confecti sanguinis sit rece-  
 ptaculum: & quemadmodū tenuiori leniori-  
 recremento bilis vesicula reficitur, ita lienem  
 crassiori & grauiori suscipiendo extructū esse,  
 quod lien ad se per portæ vene truncū, multi-  
 plici sobole eū aduentem, tanquā familiare sibi  
 alliciat exugatq; attractū autē consciat, elabo-  
 ret, ac suæ nutritioni aptum reddat, sanguinem  
 illum, et si crassus feculētusq; sit, rariū spongio-  
 sumq; efficiens. Ad quod præcipuè opitulantur  
 frequentes in lienem insertæ arteriæ, suo calore  
 ad exactam sanguinis illius elaborationē stre-  
 nuè auxiliantes. Sed quòd primarius præci-  
 puusq; huius actionis autor, lienis sit caro, etiā  
 si non dicatur, manifestū esse neutiquā ambigo.  
 Atq; ita etiā omnibus cōcessum est, lienē nō vi-  
 uersum sanguinem quē à iecore admittit, suāq;  
 ingi

insita vi allicit, conficere, ac in sui nutrimentum  
 reponere: verum quicquid nutritioni ineptum  
 continet, suæq; substantiæ adaptari nequit, in  
 ventriculum magni cuiusdam usus gratia re-  
 uomi. Primum enim omnes affirmant, succum  
 melancholicum à liene in ventriculum eructa-  
 ri, alij quidem per venam à liene in ventricu-  
 lum pertinentem, alij per proprium quendam  
 meatum, atq; inde à ventriculo in intestina,  
 & hinc unà cum fecibus è corpore expurgari.  
 Porro venam illam, aut vt alyis arridet, me-  
 tum nonnulli simpliciter in ventriculum à lie-  
 ne duci scribunt. alij insertionis locum intrepide  
 exprimentes, illum in superius ventriculi  
 orificium implantari adiiciunt. Par etiam in-  
 eius excrementi vsu assignando, inter dissectio-  
 nis proceres occurrit dissensio. nã alij perquam  
 vtile & amicum ventriculi functionibus hoc  
 esse, sicut bilem flavam inimicum & hostem  
 perniciosissimum astruunt. sed alij quidem con-  
 tenti sunt, si doceant atrã hanc bilẽ sua saporis  
 qualitate, quam acerbã & acidã esse fatentur,  
 omnes ventriculi functiones, quæ in amplexu  
 quodã consistunt, astringendo & colligendo cor-  
 roborare, ac proinde ne inconfectus à ventri-  
 culo eibus elabatur, prohibere. Alij autem huic  
 tantũ vsui non acquiescentes, iam dictis utili-  
 tatibus addunt, vim ventriculi appetitricem  
 hoc

hoc excremento aded incitari, vt eius precipue  
 vsus gratia venam aut porum à liene in supe-  
 rius ventriculi orificium inferi statuunt: ima-  
 ginatione solum, non sectionibus ita edocti.  
 Ego sanè de hoc recrementi lienis in ventricu-  
 lum eructatione, & eius vsu nihil affirmare  
 audeo: neq; etiã sectio ista luculèter, quæ tamen  
 citra vllam controuersiam Anatomes professio-  
 res audacissimè asserunt, mihi cõmonstrat. Pri-  
 mum enim nullum meatũ illi quo bilis in inte-  
 stina repurgatur, similem esse haud ambigo: ve-  
 ne autem quæ sinistro ventriculi lateri im-  
 plantantur, non à lienis prodeunt corpore, sed  
 ab illis quæ iam lieni inseruntur. Neq; alia pe-  
 nitus harũ venarum per ventriculum series  
 visitur, quàm reliquarum omnium corpus ven-  
 triculi petentium. dein nulla hic prorsus est ve-  
 na, coniuge carens arteria. Postremo, si quid in  
 ventriculum à liene defertur, id potius vètri-  
 culi fundum petit, quàm superius illius orifi-  
 cium. Vena n. i. q; sinistra fundi ventriculi sedè  
 perreptans, atq; ab õs quæ humiliori lienis sedi  
 inseruntur, principium ducens, omnium vena-  
 rum vètriculo ab illis quæ lieni exporriguntur  
 oblatarum, facillè maxima occurrit. Quamquã  
 neq; hæc vena, vti nec alia, prorsus sinistrũ vè-  
 triculi adiens latus, vllò alio turgeat sangui-  
 ne, quàm reliquæ vètriculũ implicætes vene. Ad  
 hat



hac de re paulo prolixius in ea Epistola egi, que in laterali morbo nihil interesse docet, dextri ne an sinistri cubiti venâ feces: aut si quid intersit, dextrâ cubiti venâ potius quàm sinistrâ aperiendâ. Ceterùm lienem suo calore innato, ac frequentibus qui illum intertextunt arterijs, vètriculi cōcoctionē fouere, iâ antea proditū est. Quod autē vulgò lienē risus authorem esse dicimus, hinc fortassis sumptū esse coniicio, quod crassum, feculentum, & lutosum sanguinem ad se lien alliciens, reliquum sanguinē agiliorem, ac vt ita dicâ, hilariorē reddere, omnibus creditum est. Porro lienis beneficio cor refrigerari (quod Arabum præcipuis affirmatur) nō autumo: neq; enim is cor cōtingit, & si quod illi innatum esset frigus, lienis arteriæ id ad cor haud deducerent.

## De renibus.

## CAP. X.

**O**rganabili flauæ & feculento lutosq; sanguini expurgando sacra, sermo præcedens iam pertractauit. Hic verò illis dedicabitur, que sanguinem in cauam venam ex iecore missum serosa aqueaq; humiditate colant, quam cremoris ex intestinis in vena portæ surculos sumendi, & elaborati sanguinis ex iecoris cauo in gibbum eiusdem ducendi, vehiculū, ex Diui Hippocratis sententia esse dicebamus. Hunc enim humorē postquam proprium opus

exple

expleuit, neq; sanguis per plures atq; ita angu-  
 stos meatus ducendus est, non decet amplius in  
 corpore omnem asseruari, venis alienum onus  
 futurum. Huius igitur vsus occasione renes,  
 quòd id recrementum & bilem ipsam & secu-  
 lentū sanguinem copia superet, vini sunt facti,  
 situm, formā, totamq; cōstructionem huic mune-  
 ri cōuenientē obtinētes. Quòd ocyus enim humo-  
 rem serosum, quē urinā & lotium vocamus,  
 sanguini adimant, quān fieri potuit proximē  
 ambo iccori allocātur. Dexter enim superiori  
 sua parte humillimam iccoris portione contin-  
 git, in canibus sinum quoq; in iccore sibi, vt al-  
 tius collocaretur insculptum, appositē cōscendēs.  
 Sinister verò adeò altā sedē occupat, vt & lie-  
 ni aliqua ex parte substernatur. Vterq; verò in  
 octa vertebrarū corporū latera, humiliori se-  
 pti sedi incumbit, qua id decimæ & vndecimæ  
 & duodecimæ costis obducitur, ea potissimum  
 parte, qua costæ in posteriora impensius obli-  
 quantur. Is enim costarum in posteriora fle-  
 xus, opportunā renibus sedem offerre visitur,  
 vt & tutò vellentur, & ne in anteriora vel  
 minimum prominentes, ceterorum nutritionis  
 organorum sedem occupent. Quæ nisi respexis-  
 set Natura, vnum semper, eundemq; maximum  
 (vt interdum in habentibus ventrem impensē  
 prominulum, & vitiatum costarum ductum,  
 moliri

moliri Naturā vidimus) super vene caue & arterie magne corpora renem collocasset, breviori succinctioriq; cōpendio serosum sanguinē attracturum. Nō enim renes, vt alijs scribitur Anatomicis, lumborū musculis, qui dorsi & femoris famulatur motibus, prorsus insternuntur, & etiam nō multo humilius quā costæ sunt, vel infama sui parte versus ilia descēdūt, etiam si alter altero semper sit elatior, neq; ad amussim è directo mutuo opponantur. Quum enim lien demissius quā iecur descēdat, uterque autem ren vene caue, quā sub iecoris corpore ducitur, vicinus esse contendat, meritō dextrū sinistro elatiorem esse plerunq; cernimus. quippe non rarō etiā sinister dextro elatior observatur, in ijs præcipuē quibus lien minor & iecur maius obtigit: perinde ac si id dextrum renem deorsum deprimeret, ille autem sinistrum altius ascēdere, sibiq; subijci sineat. Porro contrarium hunc situm renibus non tam loci, quo aptè locari possent, occasione, quā ne è directo utriq; serosum sanguinem attrahat, ac alter in contrarium renellens alterius munus prohibeat, accidisse cōstat. Neq; etiā in renum situ Galeni ratio probāda est, qua dextrū sinistro editiorem esse docet, vt secundū rectitudinem magis trahat, quum ea que dextro vene lateri asseribit, non magis illi quā sinistro lateri propria sint.

Lib. 5. de  
Vsu part.

A Nemo

Nemo enim sana mentis ex iecore in vene ca-  
 nae latus dextrū plures venas quā in sinistrū  
 pertinere fatebitur, si ad amussim eius vena se-  
 cundū iecoris posteriora ductū contēplatus fue-  
 rit. Ceterū utcūq; renes situ inter se discrepēt,  
 neuter tamen alterius altitudinem, quanta me-  
 dia est illorum longitudo, superat vnquam. Sūt  
 enim humani renes oblongi, & minus lati, o-  
 mniq; ex parte equaliter crassi. Anteriū nāq;  
 & posteriū comprimuntur renes, & in lato-  
 re exteriori ad amussim orbiculares & gibbi  
 in interiori autē, quod exteriori breuius est, par-  
 tim gibbi, partim caui. In media enim interio-  
 ris lateris sede sinū profundius sibi impressum  
 exigunt, superius inferiusq; velut in acutū an-  
 gulum desinentem, in medio autem extuberan-  
 tem. Superiori parte paulo quā inferiori la-  
 tiores sunt renes, & parum admodū exteriū  
 quā interiū crassiores. Magnitudine ea do-  
 nantur, qua probē quantum sanguini ex vsu  
 est, seroso humore illum emundant. Superficiem  
 iecoris gibbo similiter impense leuem & lubri-  
 cam sortiuntur, vt & colorem intense rubrum  
 & resplendentem. Substantia nanque con-  
 stant carnea, densa, admodumq; solida & du-  
 ra, parumq; à cordis substantia variante, præter-  
 quam quod nullis omnino fibris intertextitur.  
 Renū enim substantia fibrarū, vt & iecoris pul-  
 monūq;

monūq; substantia, expers est: vasorū per ipsam  
 diffusorū fibris ad attractionem, retentionem  
 & expulsionem famulātibz. Quum enim san-  
 guinis serum renes excolare oporteret, neq; com-  
 modē venę caue magnęq; arterię corporibus,  
 vti iecur, ad venam cauam adnasci potuerint,  
 insignes rami à vena ac arteria in ipsos dedis-  
 ti sunt. Ac à caua quidem duo grandes rami,  
 vtrinq; nimirum singuli, ad singulos renes ena-  
 scuntur, qui non è directo inuicem prodeunt,  
 sed pro renum situ, origine variant, dexterq;  
 ramus elatius sinistro principium possidet, si  
 quidem ren dexter altius collocetur. si verò si-  
 nister superiorē dextro sedē sibi vëdicet, sinister  
 quoq; ramus elatius dextro à caua pronasci-  
 tur. Ac par sanē arteriarū est ratio, quę sub ve-  
 nis protense vñ cum illis transuersim ad renū  
 sinus, quos in interno ipsorū latere gerunt, per-  
 feruntur. Quum primū in hominibus ad illum  
 alterius renis sinum vena ac arteria peruene-  
 rint, in duos ramos priusquā renem subeāt, am-  
 be diuiduntur, vnum ramū superiori eius si-  
 nus angulo, alterū inferiori offerentes. In ipso  
 autem vasorum ad renes progressu, ad mo-  
 dum rarō à se ramulos arterię diffundunt,  
 sed totē in renes absumuntur. quum interim à  
 sinistri renis vena, seminalis vena sinistrum  
 petens testem depromatur. ab ea autē quę dex-

trum renem adit ramus in pinguem membra-  
neamq; renis tunicam numerosa sobole spargi-  
tur: quod & sinistra vena interdum imitatur,  
dum ren sinister elatiorem dextro sedem occu-  
pat. Cuiusmodi verò sit hæc pinguis renum tu-  
nica, paulo post exequar: nunc enim vasorum  
ductus, ac per renis corpus distributionem viã  
cum renis sinibus, & meatuum vrinam è reni-  
bus in vesicam deducentium ortu, propter con-  
tinuum de vasis sermonem perscribere aggre-  
diar. atq; vrinam ita hæc tibi ob oculos ponere,  
quemadmodum si præsens essem, leuiq; admo-  
dum opera in renis sectione commonstrare pos-  
sem: maximè quum tot fabule de renum offi-  
cij, sinibus, membranis, & que in renibus di-  
stribuuntur vasis, antehac cæteris dissectionis  
professoribus efficte sint. Galenus inquit simpli-  
citer, venas ac arterias per renis corpus distri-  
bui, & per spissam duramq; renum substan-  
tiam, retento sanguine, vrinam cum bilis que  
sanguini adest portione transmitti, inq; vrina-  
rium meatum effluere. Nostrorum medicorũ,  
& qui Galenum sequuti sunt omnium, hæc  
exprimere studentium, alij perperam oscitan-  
terq; renis fabricam aggredientes, & que hæc  
vasorum sit distributio & situs non obseruan-  
tes, nescio quis colatorias membranas emen-  
tiuntur. Alij sectionem auersati, & in altis ca-  
tle

thedris sedentes, sibiq; ipsis mirificè placentes  
 Promethei, abundè suo munere se perfunctos es  
 se arbitrantur, si discipulis imaginatione homi-  
 nem consingant. Atq; hinc illud est, quod præci-  
 puos nostræ ætatis medicos & docuisse & scri-  
 psisse scio, nobis triplicem, quo vrina à sangui-  
 ne in renibus discernitur modum excogitari  
 posse: non addentes interim, quid in ipsa homi-  
 nis sectione appareat, sed sibi sinus & ductus  
 suo arbitrato effingunt. Adeò sanè ut nunc o-  
 mnibus recepta probataq; sit opinio, duos in re-  
 nibus esse sinus, secundum visceris longitudinè  
 sitos, elatiorem scilicet vnum, demissiorem alte-  
 rum, qui transuersa quadà membrana inter-  
 diuidantur, superior dico ab inferiori. In supe-  
 riorè renis venam arteriamq; finire, easq; se-  
 rosam sanguinem in illum infundere, deinde  
 membranam sinus intercipientem, tam arctis  
 angustisq; foraminulis peruiã esse, ut & aquè  
 illud ac tenuè recrementum & bilem quoque  
 transmittat, sanguine interim propter sui cras-  
 sitiem non penetrante. Addunt præterea illi hu-  
 mane fabricæ stupentes architecti, ut tanto sci-  
 licet elegantius Naturæ opus consingant, ex  
 inferiori sinu meatum vrinarium explantari,  
 illumq; vrinam iam colatam excipere. Profe-  
 cto sagacissimus ille rerum Opifex tatum mu-  
 nus vni membranulæ cribri modo perforatæ

non tribuerit, neq; in renibus eandē extruxerit. Quin renum substantia facultate sibi innata, ac propria ad insilitiā temperie, ex venis ac arterijs per ipsius corpus deductis, serosum illud recrementum excolat, ac in sinum qui vrinario meatu excipitur, diffundit. Quod incredibile artificium vt videas, caninum renem vt pote macilentum, & nulla, quemadmodum humanus est, pinguedine oppletum, ad manum tibi esse velim, illiq; vti renis administrationē ad presentis libri calcē subiūgā, te primū aggredi. Post aliquot enim obitas sectiones (dūmodo prima nō suffecerit) duos in renibus sinus adinuenies, secus multo ac nostri arbitrātur medici, à Natura formatos. Vena enim & arteria in renis corpus subēntes, in vnū degenerāt corpus, arteriarū tunicis duritia crassitieq; respondens. Hoc canum & vene arterie ve modo per renis corpus distributū cernitur. Primū enim paulatim latefcens, in duas quodāmodo partes diducitur: quarū vnā quidē anteriore, alterā verò posteriore (renū figure perpetuò memores) doctrina studio vocabimus. Anterior vna serie vnōq; dūctū, modo sex, modo septē, modo plures etiā, æque crassos producit ramos, in quos etiam anterior hec membranei corporis pars fuitur. Præsentes rami per anteriorem renis partem equaliter à se inuicē secundum renis formā abscedentes,



tes, versus exterius renis latus properant, non quidem ad externā vsq; lateris eius superficiem, sed interius multo in renis corpore permanent. Hic in aliquot propagines rursus dissecti, corporis membranei posterioribus ramis, quos nūc prosequar, commiscuntur. Posterior enim corporis eius pars eodem modo quo & anterior in ramos digeritur, ad externum renis latus tendentes. Quum verò hi eousq; quo anteriores devenerint, mutuo posteriores rami cum anterioribus coeunt, ac singuli singulis, ac si unum idemq; corpus essent, vivuntur, mutuamq; cavitatem constituent. Elegans iste ramorum coitus inftar semicirculi ad exterioris renis lateris formam perficitur. Porro membraneum cavumq; istud cū suis ramis corpus non vndecūq; renium adnatam habet substantiam. Corpori enim ipsi priusquam in ramos digeratur, anteriorius posteriorisq; & ad internū ipsius latus, non autem ad externum, renis substantia adnascitur. Ramis verò anterioribus duntaxat anterioris, posterioribus verò posterioris renis substantia adnascitur, quousq; ad mutuum coitum rami ducantur. Hic enim ubi in plures ramos singuli dividuntur, ac anteriores cum posterioribus coeunt, renis substantiam adnatā vndiq; habent, quāquam inter ramos ipsos, quā nihil adnascitur ad renis interiora, velut septum quoddam

procedit, ramis non connatum, & ab illa renis substantia prodiens, quæ ramis dum cœiunt con-  
nascitur. Ad eò ut hic inter anteriores posterioresq; corporis illius mēbranei ramos alter qui-  
dam renis sinus exurgat, quodammodo bipar-  
titus. Qua enim is exterius mēbranei corporis  
latus, ubi primum ramos germinat, respicit,  
unicus esse apparet: quū autē secundum septum  
ex renis substantia pronatū, velut ad extero-  
ra fertur, geminus conspicitur. Vna enim eius  
pars inter septum & ramos anteriores, altera  
inter idem septū & posteriores ramos porrigi-  
tur. Sinus hic inter dissecandum subhumidus  
exanguisq; omnino occurrit, corpus autem illud  
membraneum cum suis ramis omnibus, aut pri-  
mus sinus (si ita corpus id appellare visum sit)  
sanguine plenus semper inuenitur. Homines ut  
passim pinguetudine, quemadmodum & por-  
ci, scatent, secundum sinum quoque adipe duri-  
usculo, & quasi seroso humore enutrito opple-  
tum habent: qui non solum humanorum renum  
speculationem dissecantibus obscurauit, sed qui-  
busdam accuratē sectionem aggredientibus ita  
imposuit, ut hunc adipem vrinarij meatus  
operculum quoddam esse, & vrine in renibus  
excretioni seu colationi præfici, et quoddam ve-  
lut colatorium esse, scriptum reliquerint. Qui  
enim suis imaginationibus & somnijs nō con-  
tenti,

tenti, plenam operam vna cum ratione sectioni  
 quoq; impenderunt, si nihil aliud, saltem meatus  
 vrinarij initium viderunt, quod sane ex  
 altero renis sinu pendet, non quidem ex humili-  
 orem ipsius sede, sed ex interni lateris secundis  
 istius sinus medio. Incipit enim meatus ille ab  
 externo latere membranei corporis, vbi pri-  
 mum in ramos scinditur. deinde per eius corpo-  
 ris mediū procedens, ex renum medio in inter-  
 num renis latus vene cuiusdam instar procidit.  
 Hæc mehercule demum renum conformatio est,  
 quæ in membraneum illud corpus ipsiusq; ra-  
 mososum sanguinem renis substantiæ vi, &  
 fibrarum eius corporis rectorum beneficio at-  
 trahi demonstrat: quo sanguis quantum suf-  
 ficat seroso illo humore ita liberetur, vt sangui-  
 nem à portæ vene surculis in canæ soboles assu-  
 mi transmittiq; nouimus. Quippe non vniuersum  
 renes alliciunt. Imò vt sanguis ad fluxum  
 per venarum cavitates aptior sit, eius humoris  
 portio vna cum eo per reliquum adhuc corpus  
 ducitur, quæ extracto iamq; concreto sanguini  
 immatere conspiciunt. Quinetiam manifestum  
 quoq; enadit, renum substantiā à sanguine non  
 solum in vena cana, sed & in arteria magna  
 contento, aqueū illum humore & si quid biliosū  
 excrementi adhuc ipsi sit admixtum, colare,  
 atq; in alterum illum sinū protrudere, eūq; inde  
 A S per

per vrinarium meatum ad vesicā huic humori  
 instar lagenae subditam sensim destuere. Quae  
 verò horum meatorum conformatio sit, ubi re-  
 num tunicarum explicationem precedentibus  
 addidero, statim audies. Renibus binæ sunt tu-  
 nice, ortu substantiaq; variantes. Prima, quae  
 exterior est, renum corpori pertinaciter non ad-  
 nascitur, nihilominus ipsi instar inuolucri cir-  
 cumquaq; obducitur, & hinc etiam renis fasciā  
 vulgò nuncupatur. Haec à peritoneo humilio-  
 rem septi transversi sedem succingente princi-  
 pium ducit. Quā enim ipsi renes incumbunt,  
 membraneas quasdam fibras producit, in mem-  
 braneam tunicam, quae renes ipsi colliget, dege-  
 nerantes. Praesens tunica frequentibus venis in-  
 star omenti intertextitur, multa pinguedine (ut  
 & illud) abundans, renumq; actionem penicilli  
 cuiusdam ritu fovens. Dextri quidem renis tu-  
 nica à vena ad ipsum renem pertingēte propa-  
 ginem exigit, in membranam frequenti ramo-  
 rum serie excurrentem. Sinistri autem renis tu-  
 nica venā adipiscitur à sinistro vene cauae la-  
 tere, elatius quā renis vena enatam: aliquan-  
 do etiam contraria est in eiusmodi tunicas im-  
 plicantium venarum exortus ratio. Porro altera  
 renum tunica tenuior est, & nullis venis neque  
 etiā pinguedine obsita, & ut iecoris & lienis  
 tunica renū substantiae connata. Hanc procreat  
 tertia

tertia renē petentis arteria tunica, & vene itē altera. nā dum hæc vasa reni implantantur, hæ tunice ab eis abscedentes, in presentis renis tunicam dilatantur. Ceterum renis nervus, quem quasi præterieram, gracilis est, neq; vene, neque arterie renis proportionē respondens. Ille enim alterius vsus quā nutriendi calorisq; insiti recreandi gratia reni offeruntur. nervum autem sensum duntaxat obtusum prestare oportuit, ac proinde à sexti paris ramis qui costarū exporriguntur radicibus, Natura singulos ad utrumq; renem diffudit, in internam ipsorum tunicam potius quā in corpus illos dispergens.

De vesica urinæ receptaculo, & meatibus  
urinam è renibus in vesicam deducen-  
tibus.

## CAP. XI

**P**Erinde ac renes suis functionibus opportu-  
nam sedem sibi vendicant, tutoq; locantur,  
ita quoq; & vesica & urinarij meatus. Vesica  
enim, quum sit aqueæ superfluitatis receptacu-  
lum, in quo sensim à renibus id colatum (ne fre-  
quenter & perpetuo, sed raro & repente ac si-  
mul urina nobis reddenda sit) coacervatur, eam  
sedem merito obtinet, qua commodè dum urine  
copia aut qualitate molestatur, eam excernere  
possit: quem locum non decuit ab eo quo sicca  
excrementa emittuntur procul abesse. Deinde  
elatio

elatiorem sedem alia nutritionis organa, hac vesica longè nobiliora, altamq; sedè expetentia, sibi occuparunt, adèò vt iure quodã non minus vesica quàm intestinum rectũ humilius locata sit. Ad posteriorem enim pubis ossis sedem vesica reponitur, elatiori sui parte superiorem pubis ossis sedem modo plus, modo minus, prout vrina distenditur, excedens. Est namq; oblongæ sphere in star aliquantulum rotunda, & elatiori parte, quam fundum ipsius propriè vocamus, apparet amplior: in quod situs occasione accidit. Quamquam enim vt capacior iniurijsq; ferendis minus obnoxia redderetur, figura ad amussim globi modo rotunda, magis ipsi conuenisset, attamè oblongiorem suoq; fundo ampliorem Natura machinata est, non quod eiusmodi commoditatem negligeret, sed ne pubis os rectumq; intestinũ posteriori vesica sedi in viris, vt & uterus in mulieribus attensum, eius distensionem nimium arctaret. quod sanè necessario accidisset, si quam ex longitudine sortitur capacitas, etiam in latitudine inter pubis os & rectum intestinum adiecta fuisset. sed & fundum quoq; tanto est humiliore ipsius parte, que in cervicem angustum ve meatum desinit, amplius, quanto commodius id pubis os excedens propter cedentes abdominis musculos distendi dilatariq; potest. Vesicam enim amplam & extendi

tendi promptam fieri oportuit, quo rarius, ut dictum est, vrina nobis reddenda sit. ac proinde membraneo neruo ve constat corpore, quod dilatari possit commodè, & rursus quum nihil continet, subsidere. Etenim vesica leui, dura, valida, membraneaq; constat tunica, que modò crassior, modò tenuior visitur, prout nimirum aut impensius distenditur, aut arctatur: peculiariter hoc sibi vendicans, quod in elatissima sui fundi parte, & qua in cervicem definit, ob meatuum quorundam implantationes & ex-plantationes durior crassiorq; sit. Hanc triplici fibrarum genere intertextam, vel pueri nouere, vnguib; dum vesicam instant, ut promptius distendatur, illam fricantes, ac eiusmodi fibras diuellentes. Etenim nulla corporis tunica occurrit triplex hoc fibrarum genus exactius ostendens, quàm si vesica inflatur: adeò ut è vesicis, quas puer, uti nostratibus moris est, inflare, cõ-  
 tundere, & vnguib; ac digitis terere solebam, quid sibi fibræ tunicarum vellent in Anatomicorum libris, ilico intellexerim. Cæterùm vesicam implicantes fibræ eadem qua fibræ ventriculi & bilis vesicula collocantur serie. Recte enim intime sunt, extime transuersæ, mediæ verò oblique, pro functionum ordine situs seriem adipiscentes. Expulsionem nanq; præit retentio, & hanc rursus attractio. Duram verò  
 & crass

& crassam vesicæ tunicam fieri oportuisse, præ-  
 ter cætera argumento sunt, quod in magnam  
 molem sæpe distendi eam oporteat, quodq; vri-  
 næ acrimonia & ulceribus ac calculis idq; ge-  
 neris malis alijs frequenter vexetur: quæ, nisi  
 dura esset, eam facile lacerarent, eroderent, ac  
 perforarent. Ut autem validiora adhuc effi-  
 ciantur hæc, peritoneum illi densum robu-  
 stumq; inuolucrum peculiariter circumdedit,  
 quod secundâ vesicæ tunica censetur. Hæc peri-  
 toneum ipsi offert: quâ supra pubis os vesicæ  
 fundum anteriorq; ipsius sedes vniuersa peri-  
 toneo in hominibus secus multo, quàm in ca-  
 nibus adnascitur. In canibus enim & alijs  
 quadrupedibus processus tantum à peritoneo  
 vesicæ offertur, neque tota ipsius sedes anterior  
 peritoneo ne laxè quidem adnascitur, sed vt  
 & posterior vesicæ sedes leuis & lubrica cer-  
 nitur. In hominibus etiam sedes vesicæ poste-  
 rior rectum intestinum & uterum respiciens,  
 leuis & lubrica & aqueo humore oblita est.  
 Cæterum cum vrina vesicæ (vt & biliosum  
 recrementum suæ vesiculæ) ad nutritionem  
 inepta sit, venas, & quibus ipsius calor reso-  
 cillaretur arterias Natura illi distribuit, ac  
 primum vtrinque in cervicis vesicæ latera  
 vnâ venam & arteriam vnâ à caua ve-  
 nâ & arteria magnæ ramis per pubis osis fo-  
 ramen



tamen crura accedentibus derivauit, quæ hinc  
 sursum per corporis vesicæ longitudinem con-  
 scendentes, in tenuissimos pilos modo graciles  
 furculos dissipantur. Neque nervis itidem, qui-  
 bus ob tristantium sensationem maxime in-  
 diguit, vesicæ deservitur. Quantumvis enim  
 vrina vesicæ ut bilis minori vesiculæ tanquam  
 familiare quippiam insuat, neque quum natura-  
 lis est ullam ab illa noxam patiatur, ea tamen  
 interdum tantum biliosi excrementi admixtura  
 habet, mordaxque & acris redditur adeo, ut nisi  
 vrina qualitatem vesicæ perciperet, illa diutius  
 continens, grauitus plerumque afficeretur. Proinde  
 inter ceteras corporis partes, nervos non minimos  
 sensu tactus datat gratia vesicæ obtinuit, eos  
 à sexti paris ramis costarum radicibus expor-  
 rectis, & ab infimis spinalis medullæ paribus  
 exigens. Præter hæc vasa & nervos ex elatiore  
 mediisque fundi parte meatus exoritur, qui per  
 umbilicum & intimè fœtus inuolucrum, quod à  
 sarciminiis specie nomen inuenit, quum adhuc ute-  
 ro gerimur, vrinam deducit. Quinetiam vesicæ  
 lateribus duæ attenduntur arteriæ, vitalem spi-  
 ritum ex vteri arterijs fœtui deferentes, quæ in-  
 natis non minus quàm meatus vrinam deducens,  
 exarescunt, inutilesque redduntur, nisi quod vesicæ  
 ad peritonæum ligamentorum vicem abundè  
 gerant, vesicamque erectam continent. Porro in  
 humi

humiliorem vesicæ sedem præter suos nervos & venas & arterias in cavitatem vsq; ipsius, aliq; duo meatus inferuntur ex renibus vrinam deducētes, ac iustissimè à Natura formati. Quum enim renes quàm proximè iecori necessario allocentur, vesica autem humilem sedem sibi vendicet, meatus quosdam effingi oportuit, vrinam ex renibus in vesicam deducturos. Atq; hos venarum corpori quàm simillimos Natura efformavit. quippe simplici constant tunica, venarum tunica paulo duriore, paucioribusq; quàm illa fibris obliquis intertexta. ita nanq; meatus illi iniurijs ferendis redduntur aptiores, & tendi subsidereq; facile possunt, & oblique fibre quo minus in vesicam vrina ocus delabatur, nihil interim præpediūt. Verùm quod his meatibus, quos Græci ab officio  $\delta\epsilon\pi\tau\acute{\upsilon}\rho\alpha\varsigma$ , &  $\delta\epsilon\pi\alpha\upsilon\tau\acute{\upsilon}\varsigma$ , &  $\pi\acute{\omicron}\rho\epsilon\varsigma\ \delta\epsilon\pi\tau\acute{\iota}\nu\delta\varsigma$  appellant, tanta cum venis sit similitudo, quodq; illi secus quàm venæ sanguine turgentes, candicent, Celso albæ venæ nuncupantur. Explantantur verò isti ex secundo renum sinu, eos per medium primi sinus deducente. Hinc peritoneo super lumborum musculos supertensi, securissimè deorsum ad vesicam prorepunt. Adnascuntur enim in progressu peritoneo, & ab illo fibras quasdam adepti, alteram assumunt tunicam, venalis & arterijs vt periton. eū ipsum intertextam. Porro ductus

ductus ipsorum quum itineris longitudo nihil commodi adferre hinc possit, quam minimè anfractuosus est. ex renū enim sinu deorsum modicè versus interiora, vt ad vesicā pertingant, deducuntur. Ne verò parum firmati, & omnino pensiles vesicæ infererentur, aut obliquum nimis ductū efficerent, nō elatissime parti vesicæ, ex qua meatus, vrinā factus extra umbilicum deserens pendet, implantatur, sed illi vesicæ sedi, quæ posteriori peritonei regioni, ad quā meatus toto ductu securè adnascitur, vicinior est. Est autem ea regio in posteriore vesicæ sede paulo anteaquam in cervicē desinat, cui vtriq; meatus primū adnascuntur, & obliquo anfractu vesicæ tunicam à peritoneo pronatam penetrantes, tandem in vesicæ cavitatem alteram quoq; tunicam penetrantes aperiuntur ingrediuntur, ve, modo sanè quàm simillimo, quobilis meatum in duodenum inferi relatum est: laxis nimirū membranulis vtrinq; ad meatus foramen ex vesicæ corpore appendentibus, non aliter quàm si vesicæ interne tunicæ tennes huiusmodi processus inibi adnascerentur. Horum vsus, membraneorum processuum bilem deducenti meatus adnatorum vsui respondet, vt scilicet vrine quidem ex meatibus in vesicā defluenti cedant, & dum vesica distenta vrinam rursus in eosdē meatus regurgitare volet, colle-

Et illi meatumq; opplentes, vrine transitus  
 præpediant. Id quod adeo præstant commodè, vt  
 vesica vel flatu plurimo repleta, nihil planè  
 spiritus per hos meatus reddere queat. Verum  
 quod & obliquus ille in meatum insertione di-  
 ctus, eidem vsui famuletur, vesicæ dum instan-  
 tur, exactè cõmonstrant. Eadem in follibus in-  
 dies experimur: nam per foramen quod à tergo  
 illis adhiberi solet, aer quidem attrahitur, sed  
 quum follis comprimitur, propter afferculum  
 impetu aeris foramini appressum, nihil venti  
 expirat. Idem quoq; in pilis obseruamus, quas  
 flatu distendimus. Quàquam longè maiore in-  
 dustria, neq; ita pendulis operculis rerum Opi-  
 fex in vrinariorum meatuum implantatione  
 vtatur, quàm nos ipsius artificium imitantes  
 in follibus & pilis, aut etiam in admittendis  
 quas postmodum egredi volumus columbis mo-  
 limur. Vrinarioru itaq; meatuum implantatio  
 ad inferiorem posterioremq; regionem vesicæ  
 non procul ab ipsius ceruice consistit. Et enim  
 huiusmodi vesicæ pars in angustum finitur  
 meatum, quem ipsius ceruicem collum ve nuni-  
 cupamus: aliter in viris quàm in mulieribus  
 adnatum coagmentatumq; partibus, & vsus  
 deniq; ambobus diuersum præbentem. Commu-  
 ne est enim vtriusq; huic ceruici seu meatui vri-  
 nam

nam ex vesica deferenti musculus orbiculatum circumduci, quo cauetur ne vrina præter voluntatem nostram effluat: cuius usum, situm, & formam in secundo libro diffusè persequuti sumus. Deinde utrisq; & viris & mulieribus per illum meatum vrina excernitur, sed viris ad seminis quoq; eiaculationem ille auxiliatur. Eaq; propter peculiariter hi glandosum illud corpus adnatum habent, semen deferentium vasorum insertionem suscipiens, quo corpore vrine meatum humectante & irrigante mulieres destituntur. Quinetiam mulieribus super uteri cervicem meatus hic seu vesicæ cervix fibris membranæ illi adnatus extenditur, ac ubi primam sub pubis osse cum uteri cervice sursum inflecti ceperit, in illius cavitatem cessat. Viris autem ultra porrigitur ac prominet. nam quamprimam humillimam pubis ossium commissuræ regionem superavit, penis corporibus subnatis ad elatiorem usq; pubis ossium commissuræ sedem sursum fertur, & hinc rursus prout rigidus flaccidusve est penis, sursum spectat aut propendet, nunc o Grecorum, nunc S Latinorum elementum exprimens. At hæc opportunis unâ cum generationis organo pertractantur. Hactenus enim triplicia cibi organa utcumq; persequutus sum: prima quidem que coquant, & que alimentum vile propellunt ac

transmittunt. Secunda autem que expurgant  
 & deferunt, & suscipiunt recremēta. Tertia ve-  
 rò, que excrementorū effluxui adhibētur. Atq;  
 hæc in duplici erant differentia: alia enim in-  
 tempestiue effluere prohibent, vt orbicularis  
 musculus vesicae cervicis & podici adhibitus:  
 alia autem tempestiue excrementa propellunt,  
 vt septum, & abdominis octo muscoli.

Naturam propagandæ speciei pro-  
 vidisse. CAP. XII.

**I**N presentis libri initio nutritionis organorū  
 necessitatem in humana fabrica adiuvenien-  
 tes, ex humani corporis primordijs, & qua id  
 constat materia, hominem necessario morti esse  
 obnoxium colligebamus. Præterquam enim  
 quod mixtum genitumq; sit corpus humanū,  
 idipsum immortale incorruptibileq; fieri ne-  
 quaquam potuisse, arterie, vene, nervi, caro,  
 & id genus partes relique, è quibus conforma-  
 tur, abunde commonstrant. Quando itaq; vel  
 materie occasione heminē producere immor-  
 talem rerum Opifici negabatur, ipsi ad immor-  
 talitatem, quod licuit auxiliū machinatus est,  
 instar boni civitatum conditoris, cui non præ-  
 sens duntaxat cohabitatio cordi est, sed ratio-  
 nem quoq; providet, qua vel in æternū, vel ad  
 quā plurimos annos ea duret. Sed civitas quidē  
 quæ

quantumuis bene fortunata, que non vn̄a cum  
 seculis et atibusq; quandoq; intercidat, nulla vi  
 detur vnuquam instituta fuisse. Prouidi verò so  
 lertisq; rerum Opificis opera, que multis anno  
 rum millibus iam suffecerunt & perdurarunt,  
 adhuc permanent, mirabili quadã arte ab ipso  
 inueta, vt semper pro hominibus qui corrup  
 tuntur noui succedant, perpetuaq; speciei conser  
 uatio fiat. Homines namq; initio ita extruxit,  
 vt vnus quidem potissimũ factus principij ra  
 tionem exporrigeret, alter autem id suscipiens  
 factum enutrirer foueretq;. Sic viro organa, te  
 stes scilicet ipsos indidit, que precipuum noui  
 constituendi hominis principium efformarent,  
 vasa illis adiungens duplicia: alia quidem ma  
 teriam ex qua hi apte semen conficerent appor  
 tantia, alia verò iam confectũ in vnũ me  
 tum, qui opportunè id in vterũ proyiciat, deduc  
 entia. Is enim mulieri datur, vt principium hoc  
 cõcipiat: deinde is quoq; vasis cõferitur, quorum  
 beneficio genitura tẽporis successis enutriatur,  
 ac precipuo Nature miraculo in nouum homi  
 nem prodeat. Interim & testes vasaq; illorum  
 functionibus seruiencia vterus sibi vendicat,  
 vt & mulier aliquã primarij principij ratio  
 nem fetui adijciat. Quinetiã his omnibus non  
 hominũ duntaxat, sed & ceterorũ animalium  
 generationi famulantibus organis meras cõmi

scendorum corporum libidines, & peculiarem  
quandam delectationis vim ad generationem  
rerū Opifex copulauit, ipsi verò anime ea vsu  
ra mirabilem quandam & indicibilem vtendi  
appetitū quoq; elargiens. A quo vsu animalia  
incitata & stimulata, etiā si stulta aut iuueni-  
lia, aut ratione priuata prorsus fuerint, prouid-  
ent tamē successione speciei, haud secus quam  
si omnino essent prudentia. Quū enim Opifex  
haud ignoraret substantiā, ex qua instrumen-  
ta generationi subseruiētia creauit, perfectam  
sapientiā neuiquam admittere illecebram &  
velut inescationē, quam solū accipere poterat,  
ad salutē conseruationemq; speciei ijs indidit,  
delectationē vehementissimam illarū partium  
vsui adyiciens. Atq; hinc illa in Timeo Plati-  
nis de generationis amore à rerū Opifice nobis  
ingenito differentis est sententia: Quocirca pru-  
dendorū nature in viris insita vis inobediēt  
imperiosa, & quasi animal nō exaudiēs ratio-  
nem, furiosarū libidinū violentia, subyicere sibi  
cuncta conatur. Vulua quoq; & vterus in fa-  
minis pari ratione animal auidū generandi  
intempesiuū diuq; à generando abstineat, con-  
fert morā, plurimumq; indignatur. Vt modo  
hil dicā de amore, quo animalia suos prosequen-  
tur fœtus: & tēperie à Natura mulieri prime-  
tim cōcessa, vt non solū vtero adhuc cōrento



tui alimentū subministrat, verū natū quoq; suis mamillis tam sedulo & sollicitè emittat. Quā verò affabrè hec perinde ac reliqua generationi subministrātia organa extructe sunt, iam paulatim auditurus es, quum cuiusq; organi sitū, formam, substantiam, connexum, vasa, nervos, ortum, involuera, quibus integitur aut constat, ductus, actiones, vsus, & eius generis reliqua, à virorum organis statuens sermonis initium, prosequi pergā.

De virorum organis generationi subseruientibus.

CAP. XIII.

**V**iri semen primarium hominis effectuum esse principium, medicis iuxta ac philosophis concessum est omnibus: mulierem verò semen emittere, & effectui principij partē præbere, Aristoteles & alij pleriq; insciantur. Rursus non minus ambigitur, nunquid genitale semen duorum principiorum, materialis & effectui rationem subeat, vt cum Diuo Hippocrate & Polybo Galenus existimat: an effectui tantū, vt Aristotelis est opinio, qui licet principij motionis menstruo sanguini à semine inferri arbitrabatur, nō tamē ex ipso, veluti ex materia, animal formari putabat. His præter alias de seminis materia, et ipsius ab animalis partibus sedibusq; decisione, ac vasorū seminaliū ductu, forma, ortu, numero, insertionē, præterea et

acetabulorum in utero essentia, & sanguinis  
 menstrui natura, fœtusq; enutritio, inter pri-  
 marios medicos & philosophos innumeras atq;  
 penitus ex diametro contrarias diffensiones, ac-  
 cedit, quæ testium sit conformatio, & nunquid  
 semen illi, ut Galenus annuit, generent: num  
 verò tantum planarū, quæ Grecis λῆαι vocan-  
 tur, quasq; textrices suis telis appendent, vicē  
 ex Peripateticorum sententia gerant. Ut inte-  
 rim præteream mille de fœtus formatione, &  
 quādo masculus, quando fœmina producat,ur,  
 de fœtus ad parentes similitudine, ac signis, de  
 optima anime parte: num scilicet hæc calor se-  
 mini innatus, alia' ve substātia sit, aut alicūde  
 missa, ac aliquid prorsus incorporeū aut corpo-  
 reū, & rursus si ita sit, num id cū homine, an  
 prius cum omnibus animis creetur, vnde id di-  
 mittatur, præterea mortale ne an immortale  
 sit, eiusq; generis alias penè infinitas philoso-  
 phorum medicorumq; differētias, & quæ cœli  
 terre miscēt nomina à varijs vsurpata autori-  
 bus, ac diuersis pugnantibusq; partibus diuer-  
 simodè imposta, & denuò ab interpretibus mi-  
 serè conuersa. Adeò sanè, ut ingentibus vnde-  
 quaq; opinionū dogmatumq; procellis fluctuāt,  
 vehementer ambigē, vnde generationis in vi-  
 ro organorū tractationem bono omine auspici-  
 cer. Si enim meā cōmemoratorum dogmatum  
 sen

sententiam primum exposuero, præter hoc quod sanctissimæ religionis nostræ fides nonnulla sibi priuatim vendicat, & pleraq; merito in dubium vocari prohibet, hæc q; nostræ etas rerum capitibus potius quàm proluxa enarratione oblectatur, qui de seminarijs instrumentis incidere fermo, illis nondum explicatis, obscuritatē non leuem pararet. Rursus si postpositis aliorum controuersijs, organorum descriptionem aggrediar, pleraq; illorum placitis repugnantia occurrēt: quæ si exactius comprobare aduisus fuero, manca interceptaq; reddetur oratio. At quæ alicunde inchoandum sit, uida organorum descriptio subiicitur: quam ubi ex dissectione veram (qualem profecto descripturus sum) animaduertis, ilico in procinctu erit, quid de quamplurimis dogmatibus citra proluxam argumentorum confutationem sentiendum sit. In quibusdam autem quatumuis etiam sedulo Nature opera expendas, nihil quod tibi omni ex parte sanum videbitur, adinuenire poteris: nisi forte in alicuius verba secus atque decet intrans, tuo sensui derogare lubeat, rationeq; prorsus careas. Atq; hic adeo nõ iniuria miraberis, omnes qui huiusmodi tractationem aggressi sunt, subinde ignorata & neglecta organorum constructione, tot opinionum portenta inuexisse, omnesq; inter se quodammodo dissentire, ac

differentibus argumentis eosdē auctores sua placita Andabatarum modo confirmasse. Quo autem ex his sententiarum fluctibus assequuta Anatome facilius citadas generationis in viro organorum fabricam ordine explicabo. Testium itaq; in viris situs nulli non conspicuus est, vt & binarius ipsorum numerus, vnde *Alapui* & *gemi* appellantur: quamuis interdum vnus tantum, & interdum tres simul reperiantur. at id rariū quā nonnulli existimant, tertium testem tuberculū præter Naturā ex meliceridum, aut steatomatum, aut atheoromatum numero in scorto reconditū enumerantes. Porro testium forma, substantia, tunica, & illorum functionibus subseruientia vasa, non etiam patent singulis. Sunt igitur testes rotundi, sed paulo admodum oblongiores quā aut lati, aut profundi: dein humiliori parte nonnihil obtusiores amplioresq; quā superiori sede visuntur. verū & id admodū obscure: etiam si testes ouorū nomen à plerisq; & præcipuè Arabibus inuenerint. In externa superficie nullum penitus sinum impressionem vè aut inaequalitatem obtinent. Substantia constant alba, lactea, molli, & sibi vndecunq; simili ac cōrinnā, nisi quòd venulis frequentibus vsdemq; exiguis tenuissimisq; oppleta sit, ob idq; rara caueruosisq; quemadmodum lienis substantia esse vi-

deatur. Atq; id parum alijs animaduersum est  
 dissectionis professoribus, meq; diu latuit, quod  
 inter dissecandum testem vehementius comprimi  
 soleam. Neq; virorum testes vllum omni-  
 no sinum cavitatem ve exigunt, preter eã que  
 secundario ipsis eiusmodi venularũ gratia ac-  
 cedit. Vnde autem venę vascula ve, quę testis  
 substantię implicari dicebam, ortum ducant,  
 sensim explicare contendam. Testes pluribus  
 tunicis seu inuolucris integuntur, ac alijs qui-  
 dem vtriq; testi communibus, alijs autem pri-  
 uatim singulos testes inuoluentibus. Ambos  
 enim testes vnã cum ipsorum peculiaribus tu-  
 nicis & seminarijs vasis, cutis ipsa & mem-  
 brana, quam carnosam non immeritò vocari  
 diximus, perinde atq; vniuersum corpus, am-  
 plexantur, & duo vtrisq; testibus cõmuniã sta-  
 tuunt inuolucra: cutis quidem vnum, quod veli  
 qua corporis cute tenuius est, & velut sutura  
 quadam & rugis intersinguitur, ac quibusdã  
 scrotum, quibusdã verò (qui se Latinius loqui  
 existimant) scrotũ, Grecis verò ὄρχος dicitur.  
 Alterum autẽ commune inuolucrũ membrana  
 carnosã efformat, hic perinde ac cutis, longẽ  
 quam in reliquo corpore tenuior, sed venis fre-  
 quentioribus intertexta. Preter hãc verò tenui-  
 tatem cutis et mēbrana aliud peculiariter hic,  
 vt & in frõte ac pene sibi vindicãt, quãdoqui  
 dem

dem nullus inter ipsas interuenit adeps : non aliter profecto quam si Natura virorum testibus laxius tenuiusq; voluisset à cute et ea membrana obduci inuolucrum, à virorumq; testibus non minus quam à cerebro omnem abesse pinguedinem. Nam & si membranarum quæ venis arterijsq; frequentibus intertextuntur circa testes adsit copia, nullus tamen, vt ferè in reliquo corpore esse solet, hic conspicitur adeps. Porro vtrumq; testem priuatim inuoluentes tunica, amplitudine, conformatione, tenuitate inuicem admodum variant. Vna enim, quæ & exterior est, testem cum suis vasis ad eam vsque sedem, qua magnæ peritonæi amplitudini committuntur, induit, valida quidem, sed tenuis, venisq; abundans. Quæ enim venâ arteriamq; feminales, ac dein vas semen à teste sursum duccens, ex peritonæi magna amplitudine in inguinum regionem ipsumq; scortum duci audies, illic peritonæum præseus educit inuoluerû, quod peritonæi pars processusq; meritò censetur, itaq; ab ipso peritonæo prodit, vt scortum à cute deduci pronasciq; cernimus. Hoc inuolucrum seu tunica exteriori superficie, qua hanc caruosa membrana contingit, fibris quibusdam membraneis illi commascitur, adeo sanè frequentibus, vt interdum has aliam testium tunicâ cõstituere arbitratus fuerim. vti etiam subinde in aquo

in aquosis ramicibus accidere conspicimus. Ab  
 his nanq; mēbraneis fibris tunica interdū con-  
 flatur, quam inter secundum aqueo humore op-  
 pletam inuenimus. Cæterum quā dextri testis  
 tunica sinistri testis contingit tunicam, ambæ  
 tunica fibris quoq; mutuo committuntur, ac ob  
 id externā superficiem non admodum leuē ha-  
 bere videntur, sed membranarum inuicem con-  
 natarum modo asperam ac fibrosam. Interior  
 eius inuolueri superficies, quā testem ipsiusq;  
 vasa respicit, leuis & aqueo quodam humore  
 obducta est, neq; ulli penitus corpori conuasi-  
 tur, præterquam quod elatiori sui parte, qua ex  
 peritoneo procedit, illic peritoneo continuatur  
 adnasciturq;: quin & inferiori testis parti va-  
 lide applantatur, non quidem testis corpori,  
 sed humillime vasis semen à teste deferentis  
 parti, quā id sursum secundū testis humiliora  
 reuoluitur. Ad hæc, tenuissima mēbrane inter-  
 uentis præsens inuolucrum interna ipsius super-  
 ficie vasorum membrane adnascitur, que à pe-  
 ritoneo enata, vene quidem seminali alteram  
 constituit tunicam, arterie autem tertiā. Atq;  
 is connexus non orbiculatim ad vasa perfici-  
 tur, sed secundum rectam duntaxat lineam,  
 que ad posteriorem vasorum sedem ducitur.  
 Hoc inuolucrum aliquid cum carnosa corporis  
 membrana commune nanciscitur. Vt enim hæc  
 carno

*carnosus quibusdam fibris aliqua sui parte au-*  
*geri intertextiq; ac in muscoli naturam degene-*  
*rare dictum est, sic quoque hoc testis inuolu-*  
*crum secundum totam ipsius longitudinem po-*  
*steriori in sede, à peritoneo vsq; ad humillimam*  
*testis partem, carnosus fibras obtinet, & longi-*  
*strictiq; cuiusdam muscoli naturam refert,*  
*quem membrane seu ipsi inuolucro innatum*  
*cernimus, nusquam ab inuolucro abscedentem,*  
*sed vna cum illo à peritoneo incipientem, &*  
*etiam inferiori parti vasis à teste semen dese-*  
*rentis, simul cum inuolucro adnatum. Inuolu-*  
*crum hoc præterquam quod testem commodif-*  
*simè integit, illumq; suspensum continet, muscu-*  
*li etiam illius beneficio, quasi voluntario motu*  
*testem sursum allicere sentitur. Porro & mu-*  
*sculi huius occasione, quod scilicet ruber vt re-*  
*liqua caro sit, id inuolucrum è pudorâis priua-*  
*tim appellatum à Grecis arbitror, aut etiam*  
*ob venarum gracilium que id aduent frequen-*  
*tiam, que illi inuolucro etiam ruborem ali-*  
*quem conciliat. Verùm non ignarus quosdam*  
*à vagina id Grecorum nomē deducere, nollen-*  
*de nominibus que harum particularum inu-*  
*mera variaq; admodū (si modo alibi) occurrūt,*  
*videri cōtentiosior, id enim mihi sat est, si verè*  
*singula, vti inter dissecaudū apparent, descri-*  
*psero, totius capitis ordinē ac nominiū liberam*  
impo



impositionē lectori relinquēs. nihil enim in tra-  
 elatione obstabit, quodcūq; primū libuerit prius  
 & posterius hic perlegere, atq; ex sententia sin-  
 gula nūcupare. Quod precipue propter alteram  
 priuatim testē ambiēs inuolucrū addendū du-  
 xi. Quippe id præter testis corpus substantiamq;  
 nihil omnino amplectitur, testis figuræ ad-  
 musim respōdens, aut potius illam efformans.  
 Quippe dura & crassa ac valida admodum  
 mēbrana est, testis substantiā utcūq; mollem ac  
 sequacem inuoluens. Atq; is sanē presentis inuo-  
 lucri precipuus usus censendus est. dem in hoc  
 conducit, ut ipsius interuentu & medio, vasa  
 testī cōmittendā ipsi adnascantur. Inuolucrum  
 enim laxius, tenuius, molliusq; inibi cernitur,  
 quā vasa illi cōnascūtur, quā per reliquā cir-  
 cūferentiā. Et elatori quidē huius tunica par-  
 ti vena ac arteria testī sanguinem spiritumq;  
 deferentes adnascūtur, ac quāplurimi ramuli  
 eam tunicā hic perforantes, in testis substan-  
 tiam exporriguntur. Præter illos verō, frequen-  
 tes, sed per quā graciles surculi, deorsum in tuni-  
 cā illius corpus à vena arteriaq; deriuantur,  
 in tauris & arietibus inſtar vitis capreolaris  
 elegiter deducti. In posteriori verō sede tunica  
 hæc per vniuersam ipsius longitudinem vali-  
 disimè adnatos exigit omnes deferentis serien-  
 vasi anfractis testī obductos, inibi etiam ru-  
 decunq;

decunq; tenuibus ac visum fugientibus foraminibus pertusa. Ceterum per reliquam exteriorem ipsius superficiem, laevis & aqued humore persusa, nulliq; penitus parti connexa est. Interna verò superficie, qua testis substantiam haec tunica continet, vnde cumque illi substantia connascitur. Porro hanc tunicam seu inuolueru à primis Anatomes professoribus, qui teste Alduoy vocauerunt, & ἰνδιδύμωδα, quasi supergeminalem dixeris, appellatum sat scio: quicquid alij de testis nudentur capite, qui quum inuolucrum hoc ignorarent, & apud veteres Graecos ἰνδιδύμωδα legerent, praeter elatiorem testis partem, Galeno testis caput procul dubio nuncupatam, aliam effinxerunt particulam, quae parui testis instar, testi imposita, ipsius caput & ἰνδιδύμωδον vocaretur. Alij horum errore (quem & Graecorum interpretes mirifice auxerunt) elusi, sed in sectione interim diligentes, quum huiusmodi caput non reperirent, Arabes quosdam imitati, vas aliquod hoc nomine appellandum finxerunt, quod inter testem & venam ac arteriam, quae presenti inuolucro primum adnascuntur, medium posuere, eam fortasse semen deferentis vasis particulam ita appellantes, quae ipsius est principium, & in posteriori testis sede elatiorem ipsius sedem orbiculatim aliqua ex parte complectitur. Sed quum

ex refectione horum nugæ etiam leui opera ob-  
 seruentur. postposita nominum contentione, hæc  
 ex proprijs cuiq; testi tunicis alteram habeto,  
 & Δαπτόν veteribus etiam Græcis appellatâ  
 scito, nunc vasorum ductui mentem alacriter  
 accommodans. Ad singulos enim testes singule  
 pertingunt vene, ac item arterie ortu differen-  
 tes. Vena namq; dextrum accedens testem, à ve-  
 na caue caudice demissius quàm venarum ad-  
 venas exporrectarum origines pendent, princi-  
 pium ducit: nõ quidem a dextro caudicis late-  
 re, sed ex superiori anteriori ve ipsius sede ad  
 dextrum modicè declinans, oblongo quasi &  
 crassiusculo tubere exoritur, ac sensim oblique  
 versus dextrum latus protensa, peritonæoq; sus-  
 fulta deorsum fertur. Sinistri testis vena non à  
 caue caudice principium mutuatur, at elatius  
 multò quàm dextra enascens, ex vene sinistro  
 veni exporrectæ humiliori sede originem habet.  
 Atq; in hunc modum plerumq; venarum ortus  
 cernitur. verùm quandoq; sed rarius, à sinistro  
 caue caudicis lateris ramulum exporrige con-  
 spicies, qui deorsum ad sinistra repens, sinistra  
 seminali vene commiscetur, ac cum illa coit.  
 Galenus idem & dextre seminali vene ali-  
 quando contigisse testatur, quod scilicet à de-  
 xtri renis vena egrediens surculus, deorsum  
 protenderetur, & vene commisceretur à caue  
 C caudi

caudice principium exigenti. At nescio quid  
 Prometheis in mentem venerit, qui suis som-  
 nijs hominem in cathedra fingentes, dextram  
 feminalem venam à dextri renis vena, sin-  
 istrum verò ex caue caudice toties enasci docet,  
 quoties sinister ren dextro elatiorem sedem oc-  
 cupat: quasi verò dextra vena non demissius  
 multo, quam renum uene, initium duceret: &  
 quia prurinq; dextri renis vena nimis elata es-  
 set, testis dextri vena à caue caudice deriva-  
 retur. Nos crebro eum renum obseruauimus si-  
 tum, sed dextri testis uene aliud principium  
 semel duntaxat, quamuis tunc vtriusq; lateris  
 feminales uene à renum uenis principium du-  
 cebant. Porro feminales uene, ad hunc modum  
 deorsum protese peritoneo fibrosis nexibus qui  
 in alteram earum degenerant tunicam com-  
 mittuntur, cõiuges arterias sortite. Vtræq; eum  
 arterie humilius quàm dextrum testem peten-  
 tis uene principium consistit è directo, & sibi  
 proxime ex elatiore anterioris uene magne ar-  
 terie sedis medio promuntur, ac dextra quidem  
 caue uene caudicem (quod parum à Galeno  
 animaluersum miror) conscendens, deorsum  
 oblique ad dextri testis uenam properat. Sini-  
 stra verò sui lateris uenam accedens, non se-  
 mel mihi desuisse uisa est, sinistri testis uena  
 solito tunc longè ampliori. Ab arteria verò sini-

firo reni cōmunicata illā enasci, vix vnquam  
 occurrit: quāquam id interdum accidere pos-  
 se, non eo insicias. quōd tamen crebrius par ve-  
 narum & arteriarum testes petentium ( vti  
 passim Galenus docet ) obseruetur exortus, ne-  
 quaquam concessero. Dextra vena & arteria  
 ( idem de lateris sinistri vasis subaudito ) sese  
 inuicem contingentes, peritoneo vti dicebant  
 incumbunt, & ipsi fibrosis membranis ve ne-  
 xibus alligatae, decliuēsq; in dextrum protense,  
 super vrinarium meatum ex dextro rene vri-  
 nam vesicae deferentem ducuntur, peritoneo in  
 progressu tenues ac perquam graciles surculos  
 diffundentes. Quum primum verò vasa haec ad  
 pubis vsque osis sedem peruenerint, qua septi-  
 mus femur mouentium musculus supra co-  
 ccendicis os deorsum versus minorem femoris  
 processum fertur, illa peritoneum iuxta inter-  
 num eius musculi latus permeant, & ex ma-  
 gna periton. ei amplitudine procidentia in exte-  
 rius testi peculiarium inuolucrum quōd hic  
 à peritoneo ducit principium, pertingunt, vnde  
 cum neruulo ad testes vsq; producto, qui inter-  
 dum à sexti paris neruorum cerebri propagine  
 costarum radicebus exporrecta diducitur, in-  
 terdū verò à vigesimo primo spinalis medullae  
 neruorū pari. Porro periton. ei foramē vasi cū  
 neruo trāsmittere nō ita patet, ac si quis ori per  
 nam

nã inderet, aut eadẽ chartam hanc pertuderet,  
 sed peritonæum exactissimè vasoru lateribus,  
 ipsarumq; tunice, quam in progressu adhuc in  
 magna ipsius cauitate vasis exporrigit, coma  
 scitur, tũd ipsa non secus transmittentes, quam  
 septum, & quibus id succingitur mēbrane sto-  
 macho & venæ caue viam offerūt. Simulatq;  
 verò vasa illud peritonæi foramen superarunt,  
 ex dextro quodammodo latere rursus obliquè  
 deorsum in sinistra ad dextri testis elatiorem  
 sedē ducuntur, arteria non amplius venæ dũta  
 xat, vt in reliquo processu, accūbit, fibrisq; men-  
 braneis tantum cōnectitur, sed varia quadam  
 peculiariq; ratione vena cum arteria coit, &  
 ambe inuicem commiscuntur, corpusq; vnum  
 pyramidis anterius posteriusq; depresso instar  
 efformant, cuius quidem conum vasa vbi pri-  
 mum inuicem permiscuntur efficiunt, basim ve-  
 rò ea sede qua elatiori testis parti committun-  
 tur. Per vniuersum hoc corpus ramorum my-  
 riades inuicem complexi obseruantur, non qui-  
 dem omnes rectã deorsum procedentes, sed aliq;  
 partim rectã, partim orbiculatim, partim trãsf-  
 uersim, aliq; alio modo inuicem implicari appa-  
 rent: impossibileq; est, viam ductus seriem  
 vnum ve ordinem inibi animaduertere. Neque  
 etiam, quod alijs traditum est resectionis pro-  
 fessoribus, hic expendere valeo, quò nam pacto  
 maiet

maiolem dextri lateris quam sinistri vasorum implexum fieri nugetur, quum mihi hac ex parte vasorum nullum conspicitur discrimen, & aliunde profecto quam a maiori illo minori ve implexu masculorum feminarumq; pendet procreatio. Porro quum tot ramorum in membrana illa quam peritoneum vasis mihi offert, qua illi fibrosis uexibus herent, implexus fiant, corpus id nudum erucis videlicet aut lumbricis oppletum referre videtur, aut etiam senioris rustici, aut baiuli surae, temporum ve cutem varicibus turgidam. Vt enim multifariam in illa uene inaequaliter extuberantes errabundo ductu feruntur, ita quoq; in hoc quod narramus corpore, uene seminalis ac arteriae innumere soboles oberrant. Per quam raro enim accidit, varices capreolorum vitis imaginem exprimere, sed uti dicebam hic: recta, illic transuersim & oblique varieq; admodum prominere. Atq; ab hac similitudine reor parentes illos omni laude dignissimos, qui domi pueros ut lectione & scriptura, sic etiam in cadauerum confectionibus exercebant, corpus hoc *υποειδου παρρησιου*, quasi varicosum ad testes assistentem diceret, appellatione. Quamquam Herophilus, Lycus, Marinus, & dissectionis procerum primarius Galenus, etiam id nomen alij parti, neq; illi semper eidem, uti mox dicam, accommodent. Ceterum uni-

cus mihi ex tot Galeni libris occurrit locus,  
 ubi presens corpus variciformem plexum ap-  
 pellat. atq; is est in nono de Partium vsu, quo re-  
 ticularem in caluaria plexum suis bobus delin-  
 sus effingit. Vt cunq; verò id corpus nuncupes,  
 basi sua elatiori parti intime testis tunica,  
 quam verè primoq; *ἐπιδιδυμίδα* vocatam  
 arbitror, adnascitur, ac multos ramulos rectà  
 hanc tunicam perforantes elatiori quoque te-  
 stis parti distribuit, multipliciter per testis sub-  
 stantiam perinde ac iecoris vene in ipsius sub-  
 stantiam disseminatos, & perquam tenui con-  
 stantes tunica. Præter ramos, quos rectà corpus  
 id testis substantiæ offert, alias per ambitum  
 dicte nunc tunicæ frequentes, & venis in oculi  
 tunica adherente sparsis, quàm similimas sobo-  
 les diffundit, à quibus denuò germina in testis  
 substantiam pertingunt. Hæc vene ac arteriæ  
 feminalium est series, quas siue ita, siue vasa te-  
 sti sanguinem spiritumq; deserentia, aut præpa-  
 rantia nuncupes, nihil moror, modò hæc à iam  
 recensendo vase prorsus distinguas. Ad exter-  
 num enim varicosi illius corporis latus quàm te-  
 sti applantatur, aliud corpus album & durio-  
 ris nerui modò durum, intime testis tunicæ ad-  
 nascitur, hincq; incipit. Hoc exterius quàm testi  
 non committitur gibbum, & quodammodo te-  
 res est. nã latius nonnihil quàm crassum visitur:



qua verò tunica illi connatum est, secundū con-  
 uexum testis id cauum existit. Secundum hoc  
 corpus ab externo varicosi corporis latere, ad  
 ipsius posteriorem sedem fertur, & deorsum mo-  
 dicè versus interiora prorepens, secundum po-  
 steriorem testis sedem intime testis tunice va-  
 lidissimè tantisper adnascitur, donec ad humi-  
 liorem testis descenderit sedem, à qua demum sur-  
 sum reflectitur intime testis tunica attersum,  
 incumbensq; quidem, at non amplius ipsi con-  
 natum, & non eandem formam retinens. Per  
 totum enim ductum, quo testis tunice corpus id  
 uectitur, propemodum equaliter crassum eius-  
 demq; figure est, quam compacto vitis, aut cu-  
 curbita capreolo assimilare queas. quanquam  
 tamen non in orbem, sed velut in latera, huius  
 corporis reuolutiones fiant, ad eum serè modum  
 quo angues et anguillas ocyus reperere cernimus.  
 Huius namq; corporis anfractus & inuolutio-  
 nes admodum inuicem continue & connate  
 conspiciuntur, ut & lignorum vermibus eas  
 assimilare integram sit. Respondent enim illis,  
 & deinde etiam multum referunt cerebelli pro-  
 cessus, quos in septimo libro à vermium imagine  
 nomen inuenisse dicam. Atq; hinc etiā fortassis  
 in Arabū interpretibus lumbricum nomen legi-  
 tur: ita enim presens corpus, quā testi connati-  
 tum, Arabum nonnulli vocauisse videntur. nam

eorum aliquis etiam implexum venæ, arteriæq; supra sedē testis elatiore, ita nuncupauere. Porro secundum hoc corpus quod vermi assimilabā, nihil prorsus varicibus, qui inequaliter neq; eadem serie extuberant, accedit. Quanquam si bene Galeni sententiā in libris de Semine percipiam, alibi huius resolutiones ex Herophili suffragio *υπεροειδῆ παρὰ τὸν ἄρτην* appellari velit: alibi autē eo nomine aliā eius quod iam tractamus corporis partē, quā id peni inseritur, ita vocet: quæ verò ea sit, vbi corpus hoc, sermone ad penē vsq; deduxero, audies. Ad hunc itaq; modū corpus id intima testis tunicæ connascitur, & exterius demptis resolutionū impressionibus leue est, intus verò quū ab intima testis tunica acutiori cultello adimitur, asperum, sed nullis quæ oculis subiiciuntur meatibus peruium est. Neq; etiam aliter canum esse visitur, non hinc solum qua testis tunicæ connascitur, sed neq; quā ab illa abscedens sursum fertur. Quum primum namq; ad inferiorem testis partem descendit, reuera sursum reflexum angustius, magisq; teretius sensim efficitur, & non amplius inuolutum, in teretem quasi neruum desinit. atq; id ipsi maxime euenit, vbi elatiorem testis partem sursum scādens superat. Quò quum pertigerit, anteriori eius corporis, quod nos varicosum esse diximus, parti versus interiora inuititur, & ipsi tenui

membranula interuentu connexum, alius tan-  
 tisper procedit, donec per idem peritonei fora-  
 men, quod venam ac arteriam seminales trās-  
 eunt, in peritonei amplitudinem pertingat. In  
 quo trāsfitu corpus id non amplius anteriori  
 venae arteriaeque parti attenditur, sed in poste-  
 riora reflexum, sub illis in peritonaeum trāsce-  
 dit. Hinc ex dextro latere (dextri enim testis  
 enarrationem prosequor) ad posteriorem pubis  
 osis sedem reflectitur, & posteriori peritonei  
 parti connexum, super vrinarium dextri late-  
 ris meatum sub vesica deducitur. Eodem pari  
 omnino ratione à sinistro teste corpus simile  
 perfertur, & ambo sub posteriori vesica sede  
 super rectum intestinū ad vesicae cervicis initium  
 protensa, sensim mutuo appropinquant, & la-  
 tiora crassioraque facta, inter se tandem coeunt,  
 vnumque corpus sub vesicae cervicis initio consti-  
 tuunt, in glandulosa quae nunc dicemus organa  
 absumptum. Hoc sanè corpus à teste ad hunc  
 modum ascendens, procul dubio, id est quod He-  
 rophilus σπερματικὸν πύλον appellauit, quodque  
 nos vas semen deferens, ad illius imitationem,  
 aliquando & iactatorem dicimus. nam re ve-  
 ra corpus hoc à testis substantia semen assu-  
 mes, ad penem id desert. Verū vt cavitatis ipsius  
 per vniuersum ductum per quam obscura est,  
 raroque admodum sectione deprehenditur: ita

quoque obscuriores meatus foraminaque sunt, quae a teste per intimam ipsius tunicam in eius corporis aut vasis semen deferentis reuolutiones pertinet. Praeterea vasis huius in penem insertio constrictum quodammodo figit, & coitus tantum aut excretionis seminis tempore aperitur. quod quidam Patanij dissectus facile edocuit, qui ante suspendium inuoluntario seminis fluxu laborans, hos meatus omnes apertos laxosque habuit, eos potissimum qui ex testibus in deferentis semen vasis reuolutiones pertingunt, & quibus dextrum & sinistrum deferentia semen vasam vesicae ceruicem terminantur. Herophilus, & ex ipsius suffragio Galenus, hic ubi dextrum vas sinistro permiscetur, amboque paulo anteaquam coeant latiora crassioraque reddi diximus, alijs quibusdam reuolutionibus haec vasa circumagi inuoluique videntur inuolui, quum & in hac sede praesentia vasa subinde *νεφεροειδη* & *υποσπιδου* nominant. Vasa haec mihi nunquam nisi perquam obscure mihi inuolui visa sunt. & si qua sit reuolutio, ea penitus illi similis apparet, quam haec vasa obtinet, quae primum ab intima testis tunica non amplius illi tunica connata abscedunt. tale enim quid canes, & magis adhuc caudati simij & tauri indicant, parum conspicuis reuolutionibus ea sede frequenter donati. Ceterum corpus glandosum, in quod dese

deferentia semen vasis. postquam coiere inse-  
 runtur, quodq; Herophilus ἀδαννοειδῆ πρῶτα  
 τῶν ὀφθαλμῶν appellat, ad humillimam vesicæ partem  
 reponitur, medium quodammodo inter vesicæ  
 corpus & illius cervicem. Est autem corpus id  
 unicum, & subinde ipsis testibus grandius,  
 at non ad anussim rotundum. nam antè  
 & postèrè depressum, à lateribus autem ro-  
 tundum instar globi cernitur. per ipsius verò  
 medium vesicæ canalis procedit: qui hic paulo  
 quàm in reliquo progressu latior, amplior ve  
 existit: non tamen quod manifestè conspici  
 possit, à semen deferentibus vasis foratus, sed  
 asper dūtaxat ac inæqualis & rugosus: idq; po-  
 tissimum in postèriori ipsius sede, vbi interdum  
 deferentium vasorum ingressum accurato stu-  
 dio secantes, conspiciè deprehendimus. Deinde  
 vesicæ cervix, quæ per glandosum corpus fertur,  
 distincta ab illo corpore membrana venti-  
 quæ est. nam solus glandosi corporis sinus com-  
 munem hic vrine seminiq; meatum conficit,  
 per reliquum autem processum canalis ille pri-  
 uatum est corpus, orbiculari musculo statim à  
 glandoso corpore circumdatum, & dein duo-  
 bus quæ penem præcipuè constituunt corpori-  
 bus adnatum. Quæ verò hæc penis sint corpora,  
 quæ penis persequèbar musculos, obiter com-  
 memoravi. vbi autem singulorum quæ iam  
 comp

complexus sum vsus succincte ascripsero, rursus paulo diffusius ipsorum constructionem (quod ipsorum cognitio manuali artificio, propter crebros quibus homines vexantur morbos, nimis quam necessaria sit) recensebo. Quando itaq; haetenus enumerata diligenti sectione aggressus eris, vt singulorum vsus tibi praescribatur, minime exiges, quum is attente se cantibus locupletius, ac cum maiori Naturae admiratione occurrat, quam quis prolixè & sedulo exprimere possit. Ex iecoris enim pulmonum lienis & renum constructione, pugnantium inter se autoritatum relicta congerie, doceberis, testium substantiam ingenua sibi facultate, ex materia qua venae ac arteriae illi deferunt, ac per totum testem (vt venae per iecur sanguinem) diffundunt, semen efficere: & quemadmodum iecoris caro sanguificationis opifex censetur, ita & hanc testium substantiam seminis procreatricem, partemq; hic organorum ac in iecore, constructionem esse. Quemadmodum enim cibos nutritioni aptos ore assumimus, eosq; ventriculo conficimus, & quod confectum est ex intestinorum anfractibus longo ductu in iecoris cauum fertur: ita quoq; optimam sanguinis spirituumq; portionem testium venae ac arteriae perferunt. non quidem breui aliquo, aut non anfractuoso progressu, verum longissimo, & innumeris reuolu-

tionibus spirisq; tortuosum & errantem : vt materiam testis preparatam seminiq; efficiendo magis opportunam communicent. neq; id in vnâ amplam testibus incisam cavitatem, sed in tenuissima, eademq; tunica subtili admodum formata vascula, per testis substantiam frequentissima serie distributa. Vt quemadmodum de iecoris carne dictum est, ita & testis substantia facultate sibi insita sanguini & spiritu suis vasculis contentis perfectam seminis naturam impertiat. Atq; hæc vis in masculis roboris & virilitatis, in feminis muliebritatis causa existit, corpusq; vniuersum ita alterat, vt id quod neq; mas, neque semina per se esset, mas vel semina euadat. Rursus vt in iecore vene caue surculi ex portæ ramis sanguinẽ assu- mebant, atq; in illis quoq; is perfectius elaborabatur : sic etiam pori meatusq; innumeri, sed gracillimi, paratum à testibus semen in deferentis vasis anfractus testis connatos exporrigunt, vt hinc rursus ex utroq; teste semen in eam sedem in viris deducatur, qua commodè in vterum projici & eiaculari valeat. Ad hanc functionem conducit, dextri testis venam à caudice sub renũ venis enasci, quo puriorem sincerioremq; sanguinem testis offerat. Sic & utraq; arterias à magna pariter oriri magno- pere expedit, vt tenuioris, impetnq; ruentis san- guinis

guinis & diuinam quæ semini inest animam, spiritum'ue infecatum deducerent. Quippe uenim iam esse opinor, qui in arterijs sanguinè cum Erasistrato non contineri, & seminales arterias nihil præter spiritum testibus adferre autimet. quamquam etiam et hoc Aristotelis fuerit dogma, seminales arterias sanguine vacuas esse falso docentis. Cæterum à sinistri renis vena, eius lateris testem, ipsius venam in hoc obtinere Galenus cum alijs Anatomicis omnibus attestatur, ut hæc serosum sanguinem semini communicaret, cuius acrimoniæ et mordicationis vi in seminis emissionem pruritus, titillatioq; in organo multis nervis implicito, cõcitaretur. Eiusmodi enim hic delectatione Galenus fieri scribit, qualem ex salis mordacibusq; succis scabie laborantibus esse cognouimus, quãdo illi igne, aut lecti stragulis calefacti pruriunt, scalpendoq; succis illis cutem stimulantibus locum dant. Hoc Galeni decretum, & si Anatomicorum verear multitudinem, parum probabile duco, quum mingentes ex tanta serosi humoris copia pruritu non afficiantur, etiam si rigido excalefactoq; pene crebrò & præcipue q̃ qui calculo vexantur, urinã reddi mouerimus. Quinetiam putridi seminis inuoluntario fluxu laborantes languido & flaccido pene pruritum etiam sentiunt, nulla præcedente penem exca-

lesaci



lesaciente causa. Ad hec, qui ex ramicu vitio,  
 aut alia occasione sinistro teste castrantur, co-  
 euntos, neq; pruritu, neq; voluptate afficerentur:  
 quod falsum esse, indies ab his quibus ramox  
 manu curatur, audimus. Quod vero alij hali-  
 tusum seminis spiritum ad delectationis causam  
 etiam concurrere testantur, non mihi satis arri-  
 det, quum ea pungendi stimulanuq; vis spiritus  
 inesse nequeat. Vasis vero a teste semen deferen-  
 tis ad testem applantatio, nisi tenuissimis &  
 angustis foraminibus, idq; intime testis tunica  
 interuentu sit, quod vas id durum, validum, den-  
 sum, iniuriuq; feredis pertinax fieri oportuerit,  
 testis vero substantiam laxam, mollemq; adeo  
 vt prudens Natura hic, quemadmodum etiam  
 nusquam, nulla essentis contraria in vni coe-  
 gerit, nisi copulam aliquam amicitie societa-  
 tisq; conciliatricem in medium conijciat. Quan-  
 to enim a vase semen deferete, intima testis tu-  
 nica densitate duritiaq; vincitur, tanto ipsa te-  
 stes superat, non quidem per vniuersam circum-  
 ferentiam qua testibus obducitur, sed eo tantum  
 loco, quo vasi seminaria habet adnata. hic  
 enim quam per reliquu corpus mollior existit,  
 & vt dixi, tenuibus foraminibus perforata. in  
 hoc namq; potissimum creatur, vt testis substan-  
 tie exquisitissimum sit inuolucrum. Vas autem  
 deferens semen tot anfractibus, spiruq; super  
 testes

testem obuoluitur, vt citius & copiosus à testibus semen assumat, & aliquam quoq; elaborationem in ipso semen obtineat. Posteriori vero testis sedi, nō autem anteriori vas illud conuascitur, vt quum iam semen confectum porrigat, contineat ve, testis autem solum conficiat, tutiori loco vas reponatur, teste propugnaculi loco vtens: atq; eadem ratione quum vas peritoneum ingreditur, sub vena & arteria merito occultatur, quod semen sanguine spiritusq; ex quibus semen paratur, perfectius cōtineat. Dexterum vas cum sinistro coit, atq; in vesica ceruicem ambo insinuantur, vt vtriusq; testis semen semel eodemq; tēpore in uterum proyiciatur. Glandulosum vero corpus (quod caudata semina obtinent maximum, & instar nubium exterius reuolutum) vrine, seminisq; in vesica ceruice meatum humectare certum est. Et deinde velut meatuum quæ per ipsum à deferentibus vasis digeruntur, sicut & venarū, & articularum, & neruorum vesicæ corpori & ceruicis distributorum, fulcrum esse, & fortassis etiam semini quandam perfectionem indere, ad seminisq; generationem conferre videtur. Etenim in involuntario seminis fluxu laborante, quæ Patani diffecimus, corpus hoc glandosum quum diuideretur, non minus quàm testes ipsos, semine oppletum conspeximus: & si verum fatendum

dum est, inter dissecandū in nulla penitus cor-  
 poris parte, tanta seminis vis usquā, atq; in his  
 glandulis adiuvenitur, quantumvis illa à te-  
 stium substantia mollitie æqualitateq; multum  
 varient. Ceterum de presenti glandoso corpore  
 Galeni demonstrationem ad calcem secundi de  
 Semine positam admiror plurimum: qui quum  
 hoc dissectionis imperitos ne prorsus quidē co-  
 gnoscere, peritos verò uno ore omnes asserere  
 semen illo cōtineri, dixisset, illorum opinionem  
 improbaturus, hāc sepius inculcatam veramq;  
 & irrefutabilem ab ipso habitam demonstra-  
 tionem subiicit. Si in glandulosis astitibus (ut  
 interpretis voce, *παπαστράς ἀδλωκεαδῆς* ita  
 vertentis, voce *υτάρ*) semen gigneretur (periti  
 tamē, quibus glandulosum corpus cognitū fuit,  
 contineri tantū dixerant) excretionē eius ca-  
 strata animalia appeterent. at hanc nō viden-  
 tur appetere: nullum igitur semen in his gigni  
 perspicuū est. Profectō si Galeni libri de Demō-  
 stratione, eiusmodi crebris scatent demonstra-  
 tionibus, que ipsi (si modo ausim proloqui) non  
 infrequentes, ac potissimum in qua plurimum  
 Galenus excelluit Anatome sunt, non est quod  
 tantopere eos libros expetamus, illisq; ipsos  
 inuideamus, apud quos à tineis & blattis nul-  
 lum sui usum præbentes, deuorandi assernan-  
 tur. Preter hoc enim quòd eiusmodi animalia  
 subiri

subinde vt pueri in cassim venerem appetunt,  
 quo nam pacto quæso, etiã si tota seminis gene-  
 randi vis glandosis corporibus inisset, testibus  
 adeptis semen ea producent, quando resecti  
 testes vasi ad glandosum corpus semen deferen-  
 ti nihil exporrigent? Id enim ex sectione certo  
 certius est, nullam omnino deferenti semē vasi  
 cum venis ac arterijs testium communionem  
 esse, qua semen citra testium opus assumerent.  
 etsi quid tale esset, quod aliquando mihi cū ple-  
 risq; Anatomes professoribus persuasissimum  
 fuit, vt scilicet vena & arteria in deferētis se-  
 men vasis naturā degenerarent, exq; vena &  
 arteria illud cōformaretur, Galeni demonstratio  
 duntaxat in illis animalibus locum haberet, in  
 quibus industrius castrator testē illeis semina-  
 rijs vasis (quod factu est impossibile) ademif-  
 set. Quantūvis enim studueris deferentis semen  
 vasis super testē circumactus, & spiras, gyrosq;  
 ab intima testis tunica rescindere, id non pre-  
 stabis, quin vasis pars quæ testi adnascitur, aspe-  
 ra inequalisq; & rassa videatur. Et si forte in  
 castrādo animali huius experiētiae studiosis in-  
 timam testis tunicā aliqua ex parte diuideres,  
 & tunicā ad seminaria vasa adhuc cōnatam  
 relinquens, solā testis substantiā ex tunica libe-  
 rares, necessario adhuc pori meatusq; semina-  
 lium vasorū disrūperentur, quæ certō per testis

substantiam digeri nouimus. Hoc enim gratia  
 expendende Aristotelis sententiae, quae testibus  
 nullam seminis generandi vim tribuit, in cane  
 expertus sum: qui belle quidem conualuit, sed  
 generationi, ut reliqui quibus testes eruti sunt,  
 ineptus esse videtur. nam hic, ut & illi quoque  
 obesus admodum & ingenerosior redditus est.  
 Verum ut reliqua taceam, mirum est Galenum  
 non animaduertisse, quum huiusmodi texeret de-  
 monstrationem, ab Aristotelis sectatoribus sua  
 demonstrationem, ut testes ad seminis genera-  
 tionem nihil conducere persuaderent, in hunc  
 modum retorquere posse: Si in testibus semen  
 gigneretur, animalia quibus vasa seminaria  
 quae ex peritoneo elabuntur, vinculo ita essent  
 intercepta, aut praesecta, ut testes in scorto ad-  
 huc relinquerentur, seminis excretionem appe-  
 terent, at hanc non videntur appetere: nullum  
 igitur semen in testibus gigni, est perspicuum:  
 Sed ut glandosum corpus si semen generaret  
 absiectis testibus suo munere, utpote deficiente  
 materia, fungi nequiret: ita etiam testes suum  
 non obirent munus, quum nullus sanguis &  
 spiritus, ipsis iam praesectis vasis, deduci possit.

De virilis membri penis/ve structura.

CAPVT XIII.

D 2.

Quam

**Q**uam affabrè Natura humanum penem  
 extruxerit, ipsius functiones abundè do-  
 cumento sunt. Quippe hæc quum satius fore di-  
 xisset, duos qui commodè generationi subserui-  
 rent homines procreare, huic quidem ad susce-  
 ptionem, alteri potissimum ad seminis excretio-  
 nem idoneas partes adaptauit. Viro igitur mē-  
 brum semini in vterū fundendo aptissimū lar-  
 gitus est, quod concubitus tempore varios ob-  
 vsus tumidum, rigidum, & erectū prorsus esse  
 oportuit. At si perpetuò tensum & prælongum  
 quoq; seruaretur, per totam vitā præterquam  
 congressus tempore, vsui ineptū foret, ac prom-  
 pte iniurijs non secus afficeretur, quàm si qui  
 manum semper protēsam circumferret. Quum  
 itaq; modo laxum, gracile & breue, modo vi-  
 cissim tensum tumidumq; fieri debuit, laudan-  
 dus venit rerū Opifex, qui membrū his vsibus  
 idoneum cōfinxerit. Penem enim potissimum è  
 duobus corporibus nullam in vniuerso corpore  
 partem (nisi fortè papillā) sibi similem nanci-  
 scentibus fabrefecit, quæ spiritu repleta erigi,  
 produciq; & insigniter turgere possunt, & rur-  
 sus eodem spiritu dissoluto arcuari, concidere,  
 flaccescere, breuioraq; effici. Nō enim aut vene,  
 aut arterie, aut nervi existunt: quippe vti doc-  
 bitur, ex ossibus originē ducunt, non tendunt,  
 quum musculorum nō sint eneruationes, nō vt

canibus & mustelis ossa, aut cartilagine con-  
 feri queunt, quum laxata remissaq; instar liga-  
 menti facile inuoluantur, implicenturq; nec etiã  
 hec corpora ligamenta esse quis verè asseret,  
 quum sensu maxime participant, & forata, ca-  
 uaq; cernantur, & etiã velut carnea molliãq;  
 in ipsorũ medio (vti mox audies) enadãt san-  
 guineq; nigro secus multo ac ligamẽta opplentur.  
 Quod verò Galenus hec corpora nunquã  
 rescuerit, neq; illorum naturam perspectã ha-  
 buerit, ipsius in decimo quinto de Partium vsu  
 orationis series plus satis tibi argumento erit, si  
 modo tauri aut arietis penem virili contuleris,  
 ac demũ Galeni descriptionẽ illorũ animalium  
 peni propinquius, quam hominis cõuenire ani-  
 maduerteris: quod tunc feceris ocyus, vbi viri-  
 lis mēbri fabricam subiunxero: cuius situm Ga-  
 lenus prolixissimè & eleganter recenset, quod  
 nimirum citra sectionẽ is illum non magis la-  
 tuerit, quã hominis digiti, & ad inguina &  
 poplitẽ inflexus, quibus locis duntaxat hominẽ  
 a simia Galenus differre perspectũ habuit. Atq;  
 vt situs in conspectũ citra longiorẽ enarratio-  
 nem est, ita quoq; leui opera colligitur, quã is  
 penis muneribus obeundis examusim quadret,  
 neq; aptius aliquò reponi possit, ita sane vt mo-  
 tes ipsius & conformatio nulli non pateant.  
 Constructionem verò ipsius subintrãt duo, que

illum precipuè efformare docebimus corpora,  
 meatus semini vrineq; communis quatuor mi-  
 sculi ad penis radicem repositi, ac demù venæ,  
 arterie, nervi, cutis, & quæ huic substeritur  
 carnosâ membrana, & vinculum cutem hanc  
 cum carnea membrana peni connectens. Ex  
 dextro itaq; pubis osse, vbi id crassius & quasi  
 teres ad inferiorem cõmissuræ pubis ossâ com-  
 mittentis sedem visitur, teres quoddam corpus  
 validissimè principii ducit, ligamenti naturâ  
 prorsus referens, quod ab osse nonnihil sursum  
 recedens interno latere aliud contingit corpus,  
 similiter à sinistro pubis osse pronatû. Hæc cor-  
 pora in eum modum inuicem committuntur,  
 ac si vtrarumq; manuum indices internis par-  
 tibus mutuò iugeres, vnitosq; fingeres. Vt enim  
 interna indicum sedes plana, non autem gibba  
 & teres, exterioris sedis modo est, ita etiam hæc  
 corpora quæ inuicem cõnascuntur plana sunt,  
 externis autem lateribus & superiori sede re-  
 retia inuicem iunctorum digitorum instar, qui  
 simul commissi latius quàm profundius cor-  
 pus ad penis modum efficiunt. Deinde vt infe-  
 rior indicum, ita commissorû sedes modicè de-  
 hiscit, planaq; visitur: sic et penis corporum in-  
 ferior sedes dehiscit, ac vrinariû vesicae me-  
 tum sub se ita porrectum exigit, ac si calami  
 quo scribitur, inferiori indicum sedi exporrigi-



res, & indices tibi penis corporum loco, calamus autem vrinarij meatus vice essent. Mox enim à corporum exortu ipsis vrinarius meatus seu vesicæ cervicæ subtenditur, ac cum illis ad glandis vsq; initium in eum modum porrigitur, vt corporum substantiam nusquã ingrediatur: vt in glandis sede, vbi meatum in corporum substantiam duci paulo post audies. Corpora hæc in hunc modum euata, simulq; commissa seorsum singula oblongum referunt corpus, ex neruea contextum substantia, instar corviæ fistulæ, cuius interior substantia rubra prorsus, & nigricans, & fungosa, & atro sanguine oppleta cernitur, ad eum ferè modum, ac si ex innumeris arteriarum venarumq; surculis quàm tenuissimis simulq; proximè implicatis retia quedam efformarentur, orbiculatim à neruea illa substantia tâquam in corio comprehensi. Atq; hæc duo penis corpora ad glandem vsq; priuatim singula nerueum retinent involucrium, & fungosam hanc substantiam summa diligentia à nature operum studiose expendendam. Quum autem ad eam vsque penis regionem perrepserit, in qua iam glandem efformatura sunt, in acutum feruntur, & carnosâ glandis substantia ipsis obnascitur, quæ meatum vrine seminiq; communem nõ subtra-sum duntaxat vt corpora illa exigat, verum eñ

in se complectitur, meatumq; ambit, qui hic re-  
 liquo ipsius ductu amplior efficitur: & rursus  
 suo sine extremo ve arctatur, nō secus quam si  
 Natura in cōcubitu seminis moram, ac proinde  
 intensiorem pruritum in glande (quā affri-  
 ctus potissimum occasione adauxit) esse cupi-  
 uisset. Vnde etiam inuoluntario seminis fluxu  
 laborātes, hac sede plurimum vlceribus infestū  
 tur, propter seminis in hac amplitudine asserua-  
 ti acrimoniā, vrinarium meatū impense exul-  
 cerantem: qui profluentis vrine mordacitate,  
 dum vrina redditur, in glande insigniter infe-  
 statur, non minus sanē quā rigidō pene eiusdē  
 meatus sedes inter anum et testes, vbi perineū  
 nobis vocatū habetur, cōsistens, grauitē eo ma-  
 lo affectis cruciatur: quod imprimis meatus  
 obliquitatis ac reflexus, & deinde declinūs etiā  
 sedis ratione accidit. Quum enim meatus hāc  
 primum sub penis corporibus sursum reflecti-  
 tur, hec q; sedes humillima est, seminis copia ā  
 quo meatus exulceratur, non minus hic quā  
 in glande consistit, ac proinde magis quā in  
 reliqua meatus sede erodit, & deinde erosus  
 meatus quādo vna cum pene tenditur, solutio-  
 nem vnitatis vehemētius inibi percipit. Porro  
 vene ac arterie ad horū penis corporū radicē  
 accedentes, ab illis deriuantur, que humilioris  
 illius diuisionis rami sunt, quam vasa os sacrum  
 præter

pretergressa tētare, in tertio libro prodidimus:  
 & quanquam hec vasa ad penis corpora per-  
 tingant, vix tamen sectione assequor, quo itine-  
 re in corporum illorum cavitatē inseratur, san-  
 guinem illum nigricantē & crassum, quē sin-  
 gulis corporū substantia plurimū possidet, dedu-  
 ctura. Rami tamen cuti hec corpora induenti,  
 etiā ante sectionem cōspicui offeruntur, illamq;  
 intercurrūt. Nerui quoq; huc plures ab infimis  
 sacri ossis paribus pertingunt, secundum corpo-  
 rum longitudinem diffusi, ac duo tenues in hu-  
 millima penis sede exporrigūtur, unus vtrin-  
 q; ad meatus vrine seminiq; communis latera.  
 Quinetiam & alius subinde conspicuus est, su-  
 periori corporum sedi qua hec inuicem com-  
 seuntur, expansus. His nervis accedunt mem-  
 branea vincula, superiorem corporū sedē, qua  
 primum sursum ducuntur pubis ossium com-  
 missuræ ad eam vsq; partem neclentia, qua pri-  
 mum penis orbiculatim cute obtegitur. Musculi  
 quatuor penem adeuntes, in secundo libro de-  
 scripti sunt: dum duos meatus vrine, seminisq;  
 & singulos singulis corporibus exporrigi recei-  
 sumus. Adeo vt nihil de penis fabrica modo di-  
 cendum supersit: nisi quis Naturam laudare ve-  
 lit, quod nullum adipem inter carneam mem-  
 branam & cutem peni obductas interiecerit,  
 quo tenuius, & conuolui implicariq; & extēdi

aptius inuolucrum peni adaptaretur. Si itaque  
 humanū penem refeceris, non vnū concauum  
 reperies neruum, aut ligamentum à pubi offe  
 enatum, quemadmodum Galenus docuit, sed  
 duo quæ descripsi corpora: quæ nō vacua & san  
 guine indiga, vt Galenus boum pene delusus  
 malè scribit, existunt, sed fungosa illa & veluti  
 carnea, vt Aristoteles rectè innuit, materia, et  
 plurimo nigricante sanguine instar farciminū  
 implentur. Deinde ad seminis vrineq; meatum  
 alij non exporriguntur muscoli, quam duo illi  
 quos à recti intestini orbiculari musculo prona  
 sci ostendimus. At Arabes adhuc magis admi  
 ror, qui tres in pene finxere meatus, vnū quidē  
 vrine dicatum, secundum semini, tertium autē  
 illi viscido humori, quem ab illo glanduloso cor  
 pore parari arbitramur, quod vesica cernici  
 initio circumnascitur, quiq; humectum penem  
 subinde reddit viro impensius concubitū appe  
 tēte, quū inter in his omnibus vnus extrahatur  
 meatus. Verum facile existimo hanc sententiā  
 primū ab Arabe quopiā fuisse inuictā, qui pe  
 nis sectionem aggressus, eiusq; fabricam Gales  
 ni placitis non conuenire animaduertens, tres  
 arbitratus sit esse penis meatus, duo quæ dixi  
 corpora, & meatum semini vrineq; & dicto  
 etiam nuper humori communem. Quādoquidē  
 si transversum penem refecas, neq; nigricantem  
 qui

Lib. 15. de  
 vsu partiū.

Libro 1. de  
 Hist. ca. 13.

fr. 20. l. 3. i.

qui inter secandum promanat sanguinem ab-  
 stergis, profecto singula corpora singuli meatus  
 tibi apparent, quibus tertius accedit qui verè  
 meatus est. At expresso obsterisq; sanguine, sun-  
 gosa corporum se offert substantia; leui nego-  
 tio probans corpora illa meatus non esse. *Ut-  
 historia,*  
 cumq; tamen sit, hic Patani adolescentis inris su-  
 diosus, ac è nobili Symionum apud Foro iulien-  
 ses familia natus, mihi familiaris est, qui in  
 glandis apice duos obtinet meatus, vnum semi-  
 ni, alterum vrine paratum. Verùm quum quæ  
 non nisi rarissimè accidunt, hic nequaquam re-  
 censenda duxerim, ea que præter naturam se  
 habere comperi, non lubens scribo. Quare etiam  
 hermaphrodytorum species, quas aliquot vidi,  
 modo non recenseo, generationis non môstruo-  
 se mulieris organa nunc persequuturus.

De utero reliquisq; muliebribus gene-  
 rationi famulantibus organis.

## CAPVT XV.

**A**Nte omnia uterum (ne mox inter initia  
 aliorum dissectionis professorum dogma-  
 tum turbis obruamur) in fundum & cervicem  
 seu collum perinde ac vesticam meritò distin-  
 guimus: quandoquidem & si illis ambobus cer-  
 vice videlicet & fundo uterus constituitur,  
 vnumq; ex illis corpus consurgat, ea tamen si-  
 tu forma, magnitudine, constructione, substan-  
 tia

tia, vasorum insertione, & exortibus, implan-  
 tationibus, ligamentis, & id genus alijs, in ute-  
 ri historia diligenter spectandis, admodum disse-  
 runt. Cervix igitur uteri à mulieris pudendo  
 rectà sursum sub pubis ossibus, & secundum re-  
 cti intestini ductum in peritonæi cavitatem  
 tantisper ascendit, donec paulo demissius quàm  
 è directo sedis pertingat, qua à pubis ossibus re-  
 ctorum abdominis musculorum principia pen-  
 dent. inibi enim cervix in fundum uteri, aut  
 fundus ipse in cervicem desinit, & rarissimè al-  
 tius protèditur, ac proinde humilior fundi pars  
 hic habetur: superioris verò ipsius partis, & la-  
 terum sedes pro magnitudine ipsius variant.  
 Quanto enim maior magisq; distentus est ute-  
 rus, tanto elatius ad umbilici regionem proten-  
 ditur, atq; ad ilia magis accedit. Adèd ut nul-  
 lam peculiarè ipsi sedem circūscribere queam,  
 nisi quòd sub peritonæi anteriori parte elatius  
 quàm pubis sunt ossa plerumq; conscendat. In  
 nullis tamen omnino mulieribus utero non ge-  
 rentibus, fundus sacri ossis initium insime lum-  
 borum vertebrae coarticulatum superat, neque  
 in illis fundus & cervix posteriori parte aliud  
 præter rectum intestinum tangūt, vixq; ipsius  
 etiam vincunt amplitudinem, neq; elatissima  
 fundi pars tam altè atq; recti intestini sedes,  
 in coli anfractus ducta prorepat. Anterior ute-  
 ri pars

ri pars vesicam habet prentensam, atq; hac vte  
 ro non gerentibus vniuersus fundus obtegitur,  
 vesica nimiru' altiùs illo procedente. Nunquam  
 enim in muliere vterum nõ gerente, hunc tam  
 alte atq; vesicam vel prorsus inanità, conscen-  
 dere animaduerti, nisi fortassis vterum manu  
 apprehesum ipsius producta ceruice sursum tra-  
 herem. Prout enim hanc in se laxatam sinis,  
 aut vtero sursum tracto protendis, vteri situm  
 plurimum variabis. Si tamen adaperto inten-  
 dissecandum peritoneo, vteri situm inquisue-  
 ris, priusquam illum manu aut demissius, aut  
 elatiùs moueas, conspicabere illum humiliùs  
 multo quàm elatior vesica consistat pars, collo-  
 catum, & neutiquã ad sacri ossis initium per-  
 tingere, itaq; positum, & vt mox dicam con-  
 nexum, liberumq; , vt sursum ac deorsum leui  
 opera agi possit: quod in viuentibus adhuc mu-  
 lieribus indicatu est longè facillimum, si modo  
 fundi vteri os inspicere conatus fueris. Nam le-  
 ui quaq; occasione ad vteri cervicis os, fundi os  
 in quibusdam mulieribus, precipue autem et a-  
 te prouechioribus decidisse cernitur. subinde  
 eum adeò deorsum procidit, vt visum non si-  
 giat, ac mox in cervicis ore reponatur. Alijs au-  
 tem mulieribus altiùs reconditum prorsus la-  
 titat, quòd suis membranìs vterus superius con-  
 tineatur, illeq; non laxate hunc minus decum-  
 bere

bere sinant; secus quàm in illis quæ sæpius pepe-  
 rerunt, quibusq; vteri ligamenta laxiora ena-  
 sere. Cuiusmodi verò hæc vteri sint ligamenta,  
 dicam postea, nunc reliquum de vteri situ ser-  
 monem absoluturus. Anterior itaq; vteri pars,  
 vti dicebam, vesica obtegitur: hic tamen humi-  
 lina omenti parte in illis interueniente, quibus  
 id sursum versus lienem non cõuolutum omni-  
 bus intestinis obducitur. Omenti enim moles  
 longitudoq; tâta est, vt inter vterum vesicamq;  
 facile implicari, atq; (quod Hippocrates de obe-  
 sis dicebat mulieribus) vteri os ne aptè concipi-  
 ant, leuiter comprimere possit. Anteriori au-  
 tem vteri ceruicis parti, vesicæ quoq; fundum  
 illic vbi vteri ceruix fundo ipsius est contermi-  
 na, incumbit. per reliquam enim sedem quasi  
 ad pudendum vsq;, collum vesicæ (quod breuis-  
 simum est) ipsi duntaxat exporrigitur. Verùm  
 quia vteri ceruix vesicæ collum longitudine ac  
 latitudine plurimum superat, tota ceruicis vte-  
 ri pars, vesica, ipsiusq; collo non operta, eam pe-  
 ritonei sedem contingit, quæ internam pulis-  
 osiorem regionem succingit. Porro ceruicis fundiq;  
 vteri latera, vasa que vterum adeunt, & mem-  
 branas illum proximis partibus uelentes spe-  
 ctant. Atq; ita, vterus ferè in non prægnantibus  
 habet. In vtero autem gerentibus super graci-  
 lia intestina sub omëto & peritonei anterio-  
 ri parte



ri parte ducitur, ilia quoq; quum partui vicini-  
 or est, impensiusq; turget, insigniter opplens.  
 Unde etiam humilior fundi pars quae in cer-  
 nicem desinit, his etiã altius quàm in non præ-  
 gnantibus ascendit, & vteri cervix illis mulie-  
 ribus sursum tracta, ac in longitudinẽ ducta,  
 pressius quàm ceteris arctatur. Quinetiã vte-  
 rus his non ad amussim (vt aliàs) mediã, quod  
 ad dextrum & sinistrũ attinet, sedẽ occupat,  
 sed quasi apice elatiori in dextrum magis, aut  
 sinistrum, quãnis interim modicè, vergit. Quod  
 est plerunq; foetuum sexus ratione fiat, non ta-  
 men perpetuum est. Nam mulieres dextrã abdo-  
 minis partem magis prominulam grauemq;  
 habentes, fœminas peperisse cognoui: & etiam  
 in sinistro latere facta tensione, masculos ali-  
 quando progenitos. Ceterum canini vteri, vt  
 & caprini & vaccini, situs, quemadmodum  
 etiam conformatio à muliebris vteri situ plu-  
 rimum variat. illis namq; animalibus cervix  
 vteri ad elatiorem vsq; vesicæ sedem protendit-  
 tur, & vniuersum vteri fundum etiã nõ præ-  
 gnantibus elatius quàm sacrum os locatur. Mis-  
 liebris vteri formam vesicæ plerunq; assimilã-  
 mus, & potissimum prægnantium, quibus ad  
 amussim propemodum vesicæ respondet: quip-  
 pe illis vteri fundus, vt & vesicæ, amplius ad-  
 modum magnusq; est: & cervix, si hãc ad fun-  
 di con-

di cōtuleris amplitudinem, angusta. In nō pręgnantibus autem cernicis latitudinem fundi latitudo vix superat: & si cernicē vel leuissimo conatu dilatare conaberis, iā eius latitudinem plurimum fundi latitudinem vincere spectabis, quum fundi substantia vtrinq; protendenti haudquaquam sequax sit, ac proinde etiam in qua vteri ad vesicam est cōparatio. deinde vesica quod ad latitudinem attinet, exactē orbicularis est: vteri autem fundus non pregnantibus anteriori posterioriq; partibus ( vt latior crassior ve euadat ) comprimitur. Vesica etiam superior pars exacti globi instar paulo minus rotunda est. nam quā vrinarius meatus vrinam ē foetu per vmbilicum deducens ab ipsa pronascitur, velut in acutum assurgit. Vterus autem hīc obtusus est, & quartam circuli partem etiam nonnihil erectam, aut nonilumq; imaginem refert, non aliter quā si superior fundi pars vtrinq; obtusum constitueret angulum: vt & Arabes insinuarunt, quum formam vteri quadratam dixeret. Ab huius enim partis superioris lateribus, vteri fundus sensim, sed modicē interim, arctior redditus, deorsum ad ipsius cernicis originē fertur: ita tamen, vt totus vterus non multo fiat prolixior quā latior, cernice interim instar oblongi meatus longa & sereti. Fundus vteri omni ex parte praterquam

in lateribus, ubi vasorum membranarumq; sūt  
 applatationes, externa superficie leui & equa-  
 li & veluti madente linteo absterfa subrubri-  
 canteq; constat. Cervicis quoq; exterior super-  
 ficies in posteriori parte ab vteri fundo non-  
 nihil ultra mediam ipsius longitudinem, &  
 anteriori quoq; parte fundo propinquior, leuis  
 & humecta, magis tamen quam fundi super-  
 ficies candicans conspicitur: per reliquam ve-  
 rō externam sedem propter aliarum partium  
 adnexus aspera, eorum quæ inuicem adnascun-  
 tur modo existit. At interna fundi superficies  
 non pregnantibus equalis quoq; ac leuis, vt  
 inuitarum vesicarum cavitās apparet. Sed ha-  
 rum sinus maioribus profundioribusq; rugis  
 oppletur, illius autem pluribus quidem, at mi-  
 nus profundis, & visum quodammodo propter  
 continuitatem compressionemq; fugientibus,  
 non aliter quàm si exactissimè leuis foret. Atta-  
 men præter vesicarum cavitatē humanus ute-  
 rus, vt virorum scortum, leuem & perquam  
 modicè extuberantem suturam seu tenuissimæ  
 lineæ instar prominens tuberculum exigit, se-  
 cundum vniuersæ superficiei longitudinem &  
 anteriorius & posteriorius exporrectū, quasi quod-  
 dam sinistra à dextra superficiei interstitium,  
 aut notula quedam censenda esset. Superficies  
 hæc fundi vteri sinus est semen genitale susci-  
 piens,

piens, sætumq; continens, quem non imperitum  
 vulgus modo, verum & Anatomicorum sex  
 non vni enumerat, sed septenario numero eum  
 cõplectentes, septem matricis cellulas recensent:  
 ac tres quidẽ in dextra vteri sede masculis sus-  
 sciipiendis aptas enumerat, tres vero in sinistra  
 fœminis dicatas: septimã autẽ in vteri medio  
 statunt, illam hermaphrodytis consecrantes.  
 Hæc memini me admodũ puerum prima diale-  
 ctices rudimẽta addiscentẽ, in Alberti illius Ma-  
 gni indoctissimo, de virorum mulierumq; secre-  
 tis libro, ac in quodã Michaele Scoto non minus  
 sectionis eiusq; quam profitetur physioznomie  
 indocto, quã barbaro legisse: & etiam apud  
 Iurecõsultos eiusmodi loculos describi, cum aliis  
 sepius, tum maximẽ ab vtriusq; iuris consul-  
 tissimo literatissimoq; viro GVLIELMO  
 MARTINO STELLA cognato meo, vt  
 ceterarum disciplinarum, ita quoq; Naturæ ope-  
 rum mire studio didici, quando prolixẽ de fœ-  
 tus formatione, ac quo potissimum tẽpore per-  
 fectus is dici mereatur, & diuini Hippocratis  
 nostri suffragio partum septimestrẽ perfectum  
 esse asserentis, colloqueremur. His accedit præ-  
 ter Nicolaum Gentilem, & alios plerosq; eius  
 cohortis homines, Mondinus, Alberti, & reuera  
 rẽ orotĩ illius meritisimus comes, qui alijs  
 ipsius de vteri formatione commentis, a placi-

In scholasticorum theologorum (quibus frequen-  
 tior de genitalibus & semine quàm me-  
 dicis disputatio est, quosq; quum generationis  
 organa in scholis ostendimus frequentissimos  
 habemus spectatores) declinare veritus, septem  
 sinibus vterum distinctum esse adiecit. Quos  
 quibusdam imaginatos fuisse, non sat visum  
 est, nisi rursus septem illos sinus scrobes ve, seu  
 fossulas decem rugosas inflexus obtinere astrue-  
 rent, vt scrobiculi septem, rugæ verò septuaginti  
 essent. Atq; hinc totidem fœtus simul concipi  
 posse pleriq; autumant: parum per Iouem in  
 hominum, multo etiam minus in brutorum,  
 quæ plures fœtus plerumq; simul vtero gerunt,  
 dissectione versati. Vnica enim dumtaxat in  
 vteri fundo est cavitatis, latior quidẽ & altior  
 quàm profundior, cuiusmodi etiam vteri fundi  
 formam esse retulimus. Cavitatis hæc seu sinus,  
 in humilima sede iuxta fundi foramen, pro il-  
 lius foraminis amplitudine angustior est, de-  
 inde secundum vteri formam sorsum dilata-  
 tus, in elatiori sua sede velut in duos cessat an-  
 gulos, ad elatioris vteri partis latera cõscenden-  
 tes, quæ velut duos obtusiores efformare docui-  
 mus angulos. Media enim sedes elatioris sinus  
 partis nõ tã altè atq; latera ipsius conscendunt,  
 vteri substantia deorsum hinc quasi septim aliquod,  
 in suam amplitudinem spectante. Hunc sinum

in non pregnantibus talem semper adinueni,  
 vt plurimum viscido quodam & subalbo mu-  
 co illitum, & leuem quidem, vti dicebam an-  
 tea, & inconspicua propemodum sutura, seu  
 extuberantiori linea interstinctum. In angulis  
 illis aut in superioribus ipsius apicibus rugoso-  
 rem, ac omnino illi cavitati similem deprehen-  
 di in quam deferentia semen vasa in viris inse-  
 runtur. Nullus enim hic in inuolutario seminis  
 fluxu, seu albis, vt vocamus, menstruis non la-  
 borantibus, manifestus occurrit meatus: quem  
 admodum neq; in viro aliquis conspicitur, nisi  
 ex vase semen deferente stylum acutiorem se-  
 cundum vasis insertionem vi intrudamus, atq;  
 secus quam secundum naturam habet meatum  
 dilatemus. etiam si vaccis interim leui negotio  
 stylus ex vteri amplitudine deferenti semē va-  
 si indatur. Quinetiam non pregnantibus in si-  
 num hunc nunquam arterias aut venas pro-  
 minere obseruavi, eorum capitulorum instar  
 extuberantes, ex quibus sanguis è venis ad ani-  
 pertinentibus in hemorrhoidum vitio effluxu-  
 rus est. Nec sinus quoq; aliquos in non pregnan-  
 tis vteri sinu intutus sim, illis similes quos in  
 sepiarum & loliginum & loliorum promusci-  
 dibus cernimus: qui eiusmodi sinus sunt, ac si  
 cere medias pisas impressisses, vti caprarum  
 & vacarum Galeni ostendunt vteri, quem ad  
 modum

modū in Capite quod priuatim acetabulis de-  
dicabitur, diffusius ostendam. Ad hæc, venam  
aut arteriam quoq; non extuberantem, sed nul-  
lo penitus pacto visui sese offerentem in hoc, vt  
neq; in ventriculi aut intestinorum cavitates  
terminare, in non pregnantium mulierum ute-  
ris conspexi: imò fundi sinus continuo colore in-  
ter rubrum ac pallidum medio perfusus specta-  
tur. Hæc quidem, interne fundi superficiæ si-  
nus ve, cuius tractatio ad vteri formā spectat,  
est descriptio. Interna autē cervicis vteri superfi-  
cies magna ex parte varia est. quum conuiuet  
enim, neq; aliàs distenditur, vnde cunq; rugosa  
implicitaq; est, ac in se concidit: si verò admodū  
distenditur, exactè leuis & lubrica secundum  
vniuersam ipsius longitudinem, præterquam  
ad eam partem, qua in pudendum terminatur,  
apparere potest. Hic nanq; perpetuò præter la-  
teos implexus cuticulares illas carunculas tu-  
berculaq; non equaliter omnibus mulieribus  
propendula adipiscitur, quæ  $\nu\nu\mu\phi\eta$  Graci vo-  
cant. Ad hæc, in anteriori cervicis sede paulò su-  
pra pudendum, vbi vesicæ collum ipsi inseritur,  
nō ad amussim equalis est. Nā vtrinq; ad inser-  
tionis latera, tenuis vteri cervicis portiūcula ex-  
trecit, in ipsius amplitudinē propendēs, ac illis  
mēbraneis processibus forma perquam similis;  
quos vrine in vrinarios meatus è vesica, et bilis

ex duodeno in deferentem illam meatum, regressum  
 prepedire innuimus. Haud secus quam si  
 vteri cervix vrinam admitteret, penduli verò  
 processus vrinam aut aliam materiam in vesica  
 collum regurgitare prohiberent. Preterea  
 vteri cervicis amplitudo toto ipsius ductu non  
 angustatur, & eiusdem est amplitudinis quàm  
 fundo cõtinuatur (si modo amplior distendit  
 aptior inibi non sit) ac quàm in pudendum cessat.  
 Verùm in huius amplitudinis finem seu elatio-  
 rem sedem, fundi orificium prominere, nusquam  
 cervicis latera suo mucrone cõtingens, neque pro-  
 pter cervicis contractionem aut distentionem  
 mobile. Porrigitur enim ex humillima fundi se-  
 de in hanc cervicis regionem, vteri substantia  
 obtusioris in pene glandis modo, cui transversa  
 scissura seu foramen inest, quod vteri aut fundi  
 ipsius os vocari solitum est: quemadmodum in  
 liebre pudendum, cervicis vteri os nuncupamus.  
 Verùm ut hoc non distentum alioquin secun-  
 dum corporis rectitudinem ducta sectionis mo-  
 do commuet, ita quoque illud transversa, et non  
 perpetuò equali. Pregnantibus enim rugosa est  
 admodum, & perquam angustata, ut specillum  
 nisi validius impulsum vix admittat. Que nisi  
 pepererunt, ampliorem hanc scissionem, mi-  
 nusque contractam rugosam vè possident: non  
 pregnantibus autem, medio habent modo. *Quod*  
*verò*



verò quoties fundi orificium distenditur ac de-  
 hiscit, ut & cervicis orificium, orbiculare fiat,  
 manifestum esse, etiamsi non dicatur, arbitror.  
 Aperitur autem in coitu non semper quidem,  
 sed quò virile semen appetens, id naturali mo-  
 tu sugendo allicit, & quando uterus non con-  
 cepturus, virile semen unà cum muliebri semi-  
 ne iterum eructat, aut in pollutione, vel affri-  
 ctu muliebri duntaxat semen excernit. Nequa-  
 quam enim distenta uteri cervice, simul quoq;  
 id perpetuò recluditur. haud enim decuisset in-  
 satiate mulieris arbitrio, etiam post conceptum  
 venereum procaciter nimium desideraturæ, ori-  
 ficium illud subijci. Ut interim præterea quanta  
 successione speciei noxa, mulieres subinde geni-  
 turam præter sententiã non reservarent: quan-  
 tà que licentia nullo habito conceptionis metu,  
 maritis parentibusq; imponerent si modo fundi  
 orificio Natura musculos arbitrarij motus opi-  
 fices elargita fuisset, idq; ita ac cervicis uteri  
 fundi orificium semper aperiri potuisset. Quàm  
 ineptè verò & falso pleriq; fundi orificium pe-  
 nem in coitu excipere, illumq; in uteri sinum  
 inferi scripserint, præter alia, corporis quoq; re-  
 sectio luculentissimè testatur. Porro in partu  
 quò toto tempore quo uterum gessit mulier, ad  
 amissim contractu oclusumq; fuerit, adeò ape-  
 riri, extendi, remittiq; ut sætus hæc prociadat,

scimus quidem, & audientes stupefcimus: at  
 Nature miraculum nimis quam feigniter ad-  
 miramur, fummi rerum Opificis providentiam  
 hymnis parum celebrantes. Ad vteri quoq; for-  
 mam ipsius cornua fpectare videntur, que He-  
 rophilus in mulieribus opportuniffime iam na-  
 fcenribus bouum cornibus afimilauit. Quemad-  
 modum enim vitulorum capita vtrinque qua  
 pronafcentur cornua, extuberant: ita etiam fu-  
 perior vteri pars, quam quarta circuli parti  
 comparauimus, vtribiq; veluti in duos obtufos  
 definit angulos, qui re vera veteribus Anato-  
 micis hominum cadauera fecantibus cornuum  
 vice habebantur, vaforumq; semen muliebre  
 deferentium insertionem excipiunt. Neque hic  
 quenquam Galeni ftudiofum (vti fanè omnes  
 qui Medicine nomen dedimus oportet effe ftu-  
 diofiffimos) mihi ob pleraq; illius dogmata ob-  
 ftrepere velim, atq; alias vteri partes require-  
 re, quas cornu accuratius afimilari cupiat. pri-  
 usquam fedulo Galeni loca in libris de Partu-  
 tium vfu, de Semine, de Vteri refectione, expen-  
 derit, atq; vaccinum vterum muliebre, ac de-  
 mum Galeni fcripta amobus vteris contulerit:  
 vt tandem doceatur, Galenum, ne per fonnium  
 quidem muliebrem vterum vnquam infpexiff-  
 fe, vt vaccinum duntaxat, & caprinum &  
 ouillum. in fuper ipfum in libris de Partium  
 aliorum

aliorum Anatomicorum placitis nixum esse, ac  
 proinde utrum illic verius (quamvis interim  
 obiter) descripsisse. in libro autem de Uteri rese-  
 ctione humano capiti equinam cernicem adie-  
 cisse, atq; ex vaccino utero & muliebri chime-  
 ram texuisse, quæ vaccini uteri descriptionem  
 cum aliorum dissectionis professoris scriptis per-  
 miscet. Si itaq; quis nature operum studiosior,  
 Grecorum imposturas videndi cupidus hæc di-  
 ligenter præstiterit, vaccini uteri cornua ad  
 eum modum habere spectabit, ac si dextrum si-  
 nistrumq; decrepiti arietis cornua radicibus, ac  
 internis lateribus linteo simul committeret, ac  
 cornuum radices vaccino utero, quæ is ipsius  
 cervici continuatur, assimilaret, cornuum verò  
 apices uteri apicibus cõferret. Hæc profecto dis-  
 fusus explicatiusq; prosequeretur, nisi cuius præ-  
 ptum esset macellum adire, vaccinumq; uteri  
 situm, formam, magnitudinem, aliq; in par-  
 tium fabrica ad amussim contẽplanda, intueri:  
 aut si grauius sit parumq; deceat macellum ac-  
 cedere, leue omnino est iubere vaccinum ute-  
 rum adferri, ut tanti autoris sensa intelligen-  
 tur, ac muliebri utero casu oblato, obseruetur,  
 quàm concinne Galenus caprinum vaccinumq;  
 utrum, non autem humanum depinxerit, ac  
 demum expendatur qua ratione tot controuer-  
 sia inter præcipuos viros fuerint cõcitata, quod

cuius animalis partē describerent, non expresse-  
 rint, ipsiq; arbitrati sunt hominis membra illo-  
 rum animalium membris cōuenire, quæ illi po-  
 tissimum sectioni accommodare solent. Atq; si  
 quis hæc attente examinauerit, facile diiudica-  
 bit: quoties oratio alioquin satis proluxa mihi  
 interturbanda esset, si perpetuo quando à Gale-  
 ni placitis studio & sciens reclino, adijcerē, aut  
 etiam rationem semper cur id faciam aderem.  
 ipsius loca simul proluxè adscribens. Sint itaque  
 muliebris vteri cornua dicti iam antea obtusi  
 anguli, caprini verò & vaccini & ouilli ve-  
 terum cornua apices illi arietum cornibus in-  
 decunq; simillimi: aut non apices solum, sed fun-  
 di vteri in illis animalibus tota pars, quam ge-  
 minam esse, & si longo interuallo connexa in-  
 uicem sit, postea dicam. Quandoquidē Galenus  
 alibi etiam totas eas partes cornua uicupauit,  
 quum ex quorundam etiam veterum sententiis  
 in cornibus fetus complecti docet: quod non ita  
 inepte de illis animalibus prolatus est, quemad-  
 modum multò adhuc rectius de canibus et sui-  
 bus, qui vterum statim à fundi ipsius orificio,  
 ita in duas partes diremptum gerunt, ac si in-  
 dicem à medio maxime diduceres, illosq; digitoi  
 vteri partes esse fingeres, quæ in non pregnan-  
 tibus rectà quodāmodo ducuntur, & in apicem  
 mucronem uē sensim non secus desinunt, quàm  
 si recta,

In lib. de  
 Sectione  
 vteri.

si recta, non autem obliquata essent cornua: in  
 utero autem gerentibus quasi arietis cornuum  
 modo, et hæc quoque inflectuntur. Porro ne latius  
 expatiatur oratio, eorum animalium uteris ne-  
 glectis, nunc muliebris uteri magnitudinem ag-  
 grediamur, quam modo antea in situs uteri de-  
 scriptione utcumque expressimus, neque fundi quoque  
 moles magis quam ventriculi apte describi po-  
 test, ut qui pro contenti fetus seminis ve quan-  
 titate distendatur, contrahaturque. Præterea idem  
 quoque de ceruice censendum est, quæ modo variè  
 complexa rugosaque comminet, modo in coitu  
 (quamuis non semper æquè promptè) pro penis,  
 in partu autem pro factus mole, distenditur. Et  
 quemadmodum latitudo ceruici eadem non est,  
 ita quoque neque longitudo. nam nobis ute-  
 rum inter dissecandum attollentibus, in mirans  
 longitudinem ceruix porrigitur. adeò ut non  
 minus ridiculum sit, uteri ceruicis longitudi-  
 nem vel latitudinem, quam penis describere:  
 quanquam & is minus adhuc quæritate quam  
 illa differat. Quinetiam uteri ceruix pro mulie-  
 ris libidine turgidior, angustiorque & directior  
 (preterquam quod alijs natura sit strictior)  
 efficitur. ac proinde etiã haud miror omnes quo-  
 dam digitorum numero eius longitudinè descri-  
 bere aggressos, inter se pugnare, & hunc à pu-  
 dendo ad fundi sinum undecim, illi duodecim,  
 istum

istum plures, alium pauciores digitos enumerare, & quod omnium absurdissimum est, parem cum non pregnantibus fundi longitudinem atque cervicis statuere. Præterea uterus in eum modum à peritoneo ligatus pendet, ut ipsius fundus sursum & deorsum plus minus in coitu sese ducere, ac ad penis summum tanquam animal quoddam, ut & Plato dicebat, dehiscere possit. Quanquam interim vetulis, & uis quæ sæpius pepererunt, aut rudius ab obstetricibus in secundarum euulsione fuerunt tractate, fundi os in pudendum quasi dependeat, ac proinde brevissima implexaq; in illis cervix videatur, quam inter secandum sursum tractat, aut alias in viventibus intro protrusam, insigniter producere integrum est. Quod autem puellis uteri fundus minor sit, quàm illis quæ iam diu coiere, aut aliquando uterum gessere, etiam alijs proditum est Anatomicis: quanquam in his omnibus testium ferè modo ita fundus variet, ut nullam ipsius molem, quemadmodum neq; reflexa etiam, priuatim circumscribere queam. Vigesima septima tamè presentis libri figura, eam uteri magnitudinem exprimit, quæ frequenter in non pregnantibus, & præcipue in huius aevi confectione Patavij occurrit. Fundus enim multo minor est, quàm dissectionum rudis sibi facile persuaderet. Quod verò Anatomices professorum

bus, etiam menstrue purgationis occasione, fun-  
 di vteri magnitudinis differentia ponatur, legi-  
 quidem, quando vterum sanguine turgentem,  
 & paulo post menstruum sanguinem repurga-  
 turum, grandiore illo esse docent, qui nuper  
 vniuersum sanguinem, quem mensis interuallo  
 asseruari sensim arbitramur, excreuit. Verum  
 hac ex parte nunquam mihi se obtulit vteri dif-  
 ferentia, & de sanguinis illius collectione pur-  
 gationeq; suo loco ad presentis Capituli sine que-  
 dam subiiciam. In vteri etiam substantia, non  
 minus quam in describenda ipsius magnitudi-  
 ne, dissectionis professores grauiter dissentiunt,  
 atq; adhuc multo magis in ipsius tunicarum nu-  
 mero, & deinde in venarum arteriarum &  
 nervorum vteri ortu & implexu. Mihi (ne illo-  
 rum falsis ac imaginatione plerumq; confictis  
 dogmatibus enarrandis prolixè heream) non  
 pregnantium fundi substantia conspicitur ner-  
 uosa, membranaceaue, sed crassa admodum, com-  
 pactaq; , neq; nimium dura, & non, ad amu-  
 sim, vt cetera que generatim nervosa dicuntur,  
 candidans, sed carnem aliquid pre se ferens.  
 Quod autè in presentia nervosam substantia,  
 non que frequentibus cerebri aut spinalis me-  
 dulle nervis intertextitur vocem, sed eam ner-  
 vorum materiam, que ligamentis, tendinibus,  
 ac illis qui proprie nervi nuncupantur substantia  
 (quar

( quanquam non virtuti ) respondet, neminem ambigere reor. Hæc vteri substantia, æqualis duritia, continuâq; passim est, nisi forsâ sibi ad fundi foramen paulo durior collectiorq; euadat. In exteriorem huius substantiæ superficiem, venæ obscure, gracilesq; sed admodum frequentes integro adhuc vtero excurrere videntur, quæ inter internam externamq; vteri tunicam porriguntur. Sunt enim due vteri tunice, exterior vna quæ à peritoneo, vt & vesica ipsa ceteraq; quæ illo ambiuntur, insigniter validam ac crassam obtinet. Hæc principium ducit à membranæ vasa vterum accedentia continentibus, vterumq; peritoneo committentibus. A peritoneo enim quæ vasa ipsi conuascuntur, quæ à maxima vasorum distributione supra sacrum os facta, versus curua tendunt, ipsius peritonei partes processus ve enascuntur, illis membranæ substantia formaq; simillimi, quæ mesenterium efformant. Sunt enim hi processus instar duarum tenuium membranarum in ipsarum medio venas & arterias deducentium, & multo adipe oppletarum. Atq; tales membranæ à peritoneo vtrinq; procedunt, quæ toti cervicis & fundi vteri lateribus ad eum modum committuntur, quo caue intestinorum Anatomicis vocatæ parti mesenterium applantari docuimus: & quemadmodum mesenterium intestinis tertiam obdu-



cit tunicam, ita etiam hae peritonei membranae  
 utrobique; uterum accedentes, in secundam ipsius  
 degenerant tunicam, longe crassiores ea quam  
 mesenterium intestinis offert. quod scilicet qua-  
 tuor peritonei portiones, utrinque nimirum duae,  
 eam efformant, quum intestinorum tertiam tu-  
 nicam duae tantum membranae constituunt. ve-  
 luti & in canibus & suis accidere videmus,  
 quibus ambae uteri partes instar intestini sunt,  
 singulaeque suo duntaxat latere ad peritoneum  
 in lumborum regione colligantur: quum vnicus  
 & simplex muliebris uterus utrobique peritoneo  
 connectatur. Porro praesentis tunicae crassities  
 ob hoc duntaxat non tanta est, quod tot perito-  
 nei partibus constituitur, sed quia haec in con-  
 tracto, neque gravidato utero impense collecta com-  
 pressaque est, uti & modo de interna dicturus  
 sum. Interna fundi uteri tunica ipsi peculiaris  
 ac propria est, neque a peritoneo pendet, & que  
 prius narrata est uteri substantiam constituit.  
 Haec tunica in non pregnantibus utero (quem do-  
 nec aliud subinvenire, subaudiri velim) crassities  
 omnes reliquorum corporis organorum tunicas,  
 ut tres ventriculi & intestinorum simul etiam  
 implexas, vincit. Ipsa tamen omni ex parte non  
 pariter crassa visitur. Vbi enim fundi efformat  
 orificium, crassissima est, & paulo quam alibi  
 compactior: deinde etiam in media sede superioris  
 fundi

fundi partis crassa quoq; est admodum, & vbi  
 in sinus vteri enarratione dicebam, in ipsam  
 quasi sinum extuberans. Ceterum qua vterus  
 in obtusos angulos desinit, semenq; deferentia  
 vasa excipit, haec tunica tenuior, minuiq; secun-  
 dibus spissa, quam in reliqua parte occurrit. In  
 lateribus autem & anteriori & posteriori se-  
 de pariter crassa visitur, adeoq; compacta, vt  
 nihil praeter ipsius substantiam citra fibrarum  
 quibus abundat distinctionem, vtcunq; eam  
 disseces, intueri liceat: facileq; hallucinari illos  
 intelligas, qui hanc vteri tunicam geminam  
 esse volunt, in dextris quidem vnam, in sin-  
 istris vero alteram, quasi vtriusq; manus con-  
 caua simul ex opposito iungeres, ac singulas ma-  
 nus singulas esse tunicas fingeres. Adeo enim  
 Galeni locus in libro de Vteri sectione vultus,  
 vt in dissectione peritiores, eum legentes, vte-  
 riq; dein constructionem inquirentes, suoq; sen-  
 su derogantes, illum geminum, & si non sit, de-  
 scripserint. quod profecto non accidisset, si vac-  
 cinum caprinum ve vterum dimississent, quem  
 inibi, non vero muliebrem, Galenus describit.  
 Si enim exquisite vaccinum aggrediari, &  
 partem ipsius qua ab vteri ceruice ad eam usq;  
 sedem habetur, qua is primum in arietis cor-  
 nua duci conspicitur, tunica liberaueris, qua a  
 peritoneoeducta toti huic vteri parti commu-  
 nis,

nis simplexq; existit, mox interna vteri tunica  
 in cōspectu erit, non vnica quidē, vti exterior,  
 sed gemina, vtriusq; scilicet vteri partis vna pe-  
 culiari. quippe tunica exteriori ablata, vacci-  
 ni vteri pars, que prius vnica cernitur, ita ge-  
 mina est, ac si indicē cum medio simul iunctum  
 conspiceres: aut vt de cornibus arietis dicebam,  
 duorū cornū radices internis lateribus inuicē  
 committeres. Neq; solum id Galeni nomine in  
 vaccino vtero expēdendū venit, verū etiam  
 externam vtrorumq; fundi vteri partium cō-  
 munem tunicam ab interna, que singulis vteri  
 partibus peculiari est, adimens accuratē, obser-  
 uabis non oscitanter spectandum venarum ar-  
 teriarumq; implexum, inter internam exter-  
 namq; tunicas consistentem: sed adeo internae  
 connexum, vt eius connexus gratia internam  
 vteri tunicā Galenus venosam (vti sanē est)  
 appellandā duxerit. Verū interim muliebris  
 vterus substantia adeo cōpacta constat, vt vix  
 venae capillorum modo tenues appareant, neq;  
 interna tunica non pregnantibus venis conspi-  
 cius intertexta cernitur. At de vteri venis &  
 arterijs paulo post agetur, & nunc interne tu-  
 nicae que in muliebris vteri fundo simplex, vti  
 diximus, est, fibre explicandae veniunt. Triplici  
 namq; fibrarum genere intertextitur, ac rectas  
 quidē intimas exigit, sed eas nō ita numerosas.

Libro de  
 Vteri fe-  
 ctione.

Extimis habet orbiculares, transuersas re,  
 etorum copiam utcumq; vincentes. At medias,  
 que oblique sunt, possidet plurimas, easdemq;  
 robustissimas. Atq; hee omnes in his que vtero  
 aliquaduu gesserunt, non secus quam in vesica  
 flatibus turgida ternuntur, in hisq; omnia iam  
 emittatur. Vene etenim ac arterie vteru adu-  
 tes magne admodu & conspicue sunt. ac inte-  
 rior vteri tunica tato tenuior rariorq; & ma-  
 gis neruea visitur, quanto magis vterus ipse in  
 magnitudine promouit. Neq; amplius exanguis  
 aut nullis confita venis apparet, verum magne  
 frequentesq; vene ea intertextunt, ad internam  
 ipsius superficiem vsque ad secundas videlicet,  
 admodum dilucide procedetes: ac deniq; (vt se-  
 mel dicam) in vtero gerentibus omnia a no pre-  
 gnantibus plus minus emutantur. Cervicis por-  
 ro vteri substantie aliquid commune cum vi-  
 rili pene Natura elargitur, eam dico qua duo  
 penis corpora & glandem precipue formari  
 diximus. Quemadmodum enim illa inuolucro  
 inter neruum carnemq; substantia medio con-  
 formantur, quam alia fungosa spongiofaq; op-  
 pletam esse diximus substantia, sic quoque &  
 cervix vteri carnea nerueaq; constituitur tu-  
 nica, eiusmodi etiam substantie fungosa non-  
 nihil possidente. Atq; huius substantie benefi-  
 cio vteri cervix penis modo muliere venere

appet

appetente extuberat, pudendiq; ipsius colliculi  
 (quas & alas alij vocant) ac cuticulares illius  
 caruncule extra prominent, cervicisq; amplitu-  
 do penem amplexura, arctatur, & quod ad re-  
 ctam virilis seminis eiaculationem sat est, diri-  
 gitur. Atq; hoc parum ceteri animadvertunt  
 Anatomici, cervicem vteri multis & orbicula-  
 ribus musculis intertextam, non aliter ac vesti-  
 ca sit cervix, fingentes. Quod & si in plerisque  
 mulieribus concubitus delectationem fortassis  
 auget, & ille constringentium arctantiumq;  
 medicaminum vim nostris officinis relinque-  
 rent, nimis tamen voluntariam vim Natura  
 genitalibus indidisset; & nescio quo pacto pe-  
 nem plus satis vteri cervicis arbitrio subiecisset.  
 At non præterierunt Anatomici, cervicem  
 in puellari etate delicatorem mollioremq; esse:  
 contra in proeclioribus, & ijs quæ frequen-  
 tius pepererunt, callosorem temporis successu  
 reddi, ut etiam cartilagini asperaq; arterie il-  
 lam in vetulis subinde assimilent. crebro enim  
 congregantium attritu, partiumq; exeuntium  
 collisione cervix occalescit; & frequenti astrin-  
 gentium lotionè assiduq; mensium fluxu, haud  
 secus indurescunt, quàm ob cõtinuum acremq;  
 humorem desluentem vlcera ad fistulas per-  
 mutari consueverunt. Vene & arterie cervicis  
 inserte non pregnantibus manifestiores mihi

semper rife sunt, quàm fundi. at diuersum vtero gerentibus accidere certum est. Vteri autem venarum arteriarumq; seriem vnà cum seminalium vasorum constructione iam opportunè subiiciam, vt deinde vteri connexu quoq; sermoni addito, vniuersa ipsius fabrica absoluitur. Mulierù testes vteri accumbunt lateribus, non pregnantibus quidè paulo elatiùs quàm fundi superior pars consistit, vtero autè gerentibus eadem certè sedem occupant. at quo magis vterus extenditur, eo inferius quàm ipsius summum habetur, ad latera illius accumbere appetunt. Inmittuntur autem peritoneo ea parte, quæ ilium ossa sacro committuntur, omnino laxi, neq; aliter quàm seminalium vasorum beneficio peritoneo connexi. Hi virorum testibus minores multo sunt, forma autem oblongiores, & secundum latitudinem minus rotundi, & quasi latiores quàm spissiores effici deberent, anteriorius posterioribusq; depressi. Externa superficies inequalis, ac haud secus quàm multæ eademq; exiguæ vnà colligarentur glandule, multis inæqualibus tuberculis oppleta videtur. Substantia quippe non constant, vt virorù testes, molli, ac innato sibi humido leui, continua & equaliter verùm duriori, mesenterijq; ac inferioris omentum membranae glandoso corpori nõ absimili, & præter exiguos venarum ac arteriarum in ipsa

consistentes plexus, sinuosa cauaq;. Habēt enim  
 mulierū testes intus præter vasa sinus quosdam  
 tenui aqueoq; humore plenos, qui prius non le-  
 so teste, sed vi compresso, ac instata vesica mo-  
 do crepante, in miram altitudinem inter disse-  
 candum non secus quàm ex scaturigine qua-  
 piam exilire solet. At huiusmodi sinibus nulla  
 peculiaris est forma. inæqualis enim, vt exte-  
 rior ipsorū testium superficies sunt, & non vnus,  
 sed plures, neq; illi semper ydem visuntur. Hæc  
 testium substantia mēbraneo inuolucro vndiquaq;  
 circumdatur, quod ipsi validissimè adnascitur.  
 Atq; hoc quidem durum est: sed tenue & longè  
 illi inuolucro quod virorum testes proximè am-  
 bit, duritia & crassitie cedens: neq; adeò prom-  
 ptè à testium substantia inter dissecandum se-  
 parabile, & sui testis substantie magis partici-  
 pans. Præsens inuolucrum mulieribus eundem  
 quem viris vsum præstat. seminarijs enim vasibus  
 excipiendis aptum est, testiumq; continet sub-  
 stantiam. Præter hanc tunicam mulierum te-  
 stes nullum exigunt inuolucrum, nisi quòd in am-  
 bitu peritonei membranei processus seminaria  
 vasa continent, & vespertilionum alis lon-  
 gè smillimi, testium mediam duntaxat par-  
 tem integunt, non autem vt exterior virilis te-  
 stium tunica, prorsus induunt. Seminaria vasa  
 mulieribus similiter ac viris duæ sunt arteriæ,

Et totidem venæ, parem omnino cum virorū  
 vasū ortū sortite, at progressū distributionisq;  
 serie differentes. Dextra enim vena ac arteria,  
 quemadmodum & alterius lateris vasa, à pri-  
 mo ipsarū ortu dextrorsum peritoneo, vt in  
 viris, firmate, ad sui lateris testem descendūt,  
 ac cum primum arteria venæ cōmittitur, am-  
 ba inuicem, vt virorum postquam aliquosq; è  
 magna peritonæi amplitudine exciderunt, im-  
 plicari inuoluiq; incipiunt: non quidē vniuer-  
 sum ipsorum corpus in implicationem absumē-  
 tes, verū mediā sui partem vena ac arteria  
 in superiorem sui lateris fundi partem derivat,  
 multiplici sobole in vteri fundum excurrentē.  
 Quod vero ex implicationis initio reliquū est,  
 paulatim magis magisq;, vt in viris, inuolui-  
 tur, varicosumq; illud corpus efformatur, sua  
 basi elatiori testis parti adnatum, & similiter  
 atq; in viris ramos in testis substantiā, & il-  
 lum ambiens inuolucrum diffundens. Deinde  
 vas semen deferens secundū testis corpus, vt in  
 viris habet: quauquā magis testi orbiculatum,  
 quā in posteriori solum sede aduoluitur. Ab  
 interna enim sede basis varicosi corporis ino-  
 piens, externo testis lateri, & deinde inferius  
 ipsius parti & nonnihil interno quoque lateri  
 adnascitur, haudquaquam tot inuolutionibus  
 quā testis adnascitur, ac virile vas donatum.



Porro à teste non nihil sursum ascendens, & testi non amplius adnatum, reuolutiones eas instar vermis equaliter procedentes amittit, ac teres pl. unumq; instar nerui in uterum erabundo ductu fertur, in mediam cornu dextri sedem insertum. His organis per me quidem licebit quævis nomina imponere: ego autem quoniam virorum organis forma substantiaq; correspondent, eadem nomina illis, quæ bis indere inter ostendendum soleo, cum Aristotele, nunc semen hæc quoq; organa, ut in viris, nunquam verò duntaxat ad voluptatem quandam præparent humorem, non admodum contendens. Porro hæc vasa pinguibus, quæ inter dissecandum omnia obliterare solent, membranæ à peritoneo natis suffulta tuto porriguntur. Ceterum præter nuper commemoratas uteri venas & arterias quæ à seminalibus vasis principium duxerant, aliæ multo insigniores à caua & arteria magna post illarum supra sacri ossis initium diuisionem accedunt. Postquam enim ea vasa primum in duos insignes truncos diuiduntur, & hi rursus singuli in duos insignes, sed amplitudine impares ramos dissecti sunt, unum quidem qui maior est, ac per inguina cruris accedit, alterum verò humiliorem minoremq; cuius finis per pubis ossis foramen elabitur, uteri rene ac arterie oriuntur, à min-

ribus humilioribusq; secūda illius diuisionis ra-  
 mis pronata. Rami itaq; in dextro consistentes  
 (vt qui in sinistro sunt quoq;) insignem porri-  
 gunt propaginem: vena quidem venam, arte-  
 ria autem arteriam: quæ simul accumbentes,  
 dextrum vteri latus propter fundi orificium  
 accedunt, vbi in multas scisse soboles, quasdam  
 sursum in humiliore fundi sedem exporrigunt,  
 quasdam per vteri ceruicem deorsum digerūt,  
 nonnullas etiam vesica imparientes. Quæ vte-  
 ri fundum accedunt, non prægnantibus quodā-  
 modo graciliores & pauciores apparent, quam  
 quæ ceruici & potissimum iuxta fundi os im-  
 plicātur. Neq; vt quispiam arbitraretur ab his  
 vterum accedentibus vasis, venæ & arteria  
 originem ducunt, quæ secundum rectos abdomi-  
 nis musculos sursum feruntur, illisq; vasis quæ  
 ad pectoris ossis posteriorem exporriguntur se-  
 dem, cōmunes sunt. nam hæc ortum sumunt à  
 præcipuis vasis per inguina in cruribus deductis,  
 quibus etiam surculi pronascuntur, muliebri  
 pudendum colliculosq; ipsius accedentes. Vna  
 cum presentibus vteri venis ac arteriis ab ossi-  
 sacri neruorum paribus vtrinque etiam nerui  
 deducuntur, tenuibus surculis potissimum in  
 vteri ceruicem, & circa humiliorem fundi se-  
 dem excurrentes, ramosq; etiam vesica prome-  
 tes. Ad elatiore porro fundi regionem subinde  
 net

neruuli perquam graciles diffunduntur, à sexti  
 neruorum cerebri paris ramis deducti, qui co-  
 starum radicibus exporriguntur. Verum vt hi  
 neruuli pretenues albicantesq; sunt, & pingui-  
 bus membranis suffulciuntur, ita quoque inter  
 dissecandum difficulter occurrunt. Atque ideo  
 nunc propemodum manifestum esse arbitror,  
 quas partes vterus tangat solum, ac quibus al-  
 ligetur & adnascatur. Anterior enim poste-  
 riorq; & superior fundi vteri regiones nullis  
 quas contingunt partibus adnascuntur, latera  
 verò connascuntur, membranarum vasa vtero de-  
 ducentibus, & vteru peritoneo valide colligā-  
 tibus, exterioremq; vteri tunicam producenti-  
 bus, ac demum carnis illis fibris intertextis,  
 que duos efformat musculos, quorum beneficio  
 vterus volutario motu nonnihil sursum, dum  
 mulieres ilia trahunt & quasi colligunt, alli-  
 citur, quiq; adeò oblique prorepunt, & quā vte-  
 rum accedunt, adeò crassescunt, vt perperam  
 vteri cornua illos musculos esse aliquando ar-  
 bitratus fuerim, quod scilicet obtusos muliebris  
 vteri angulos cornuum imagini non accedere  
 videbam: neq; arbitrabar mihi vaccam aut ca-  
 pram, vt Galeni Anatomicorum primarij sen-  
 sa intelligerem, secandam. Cervix porro vteri  
 ex lateribus membranarum quoque & vasibus ipsi  
 exporrectis adnascitur, & illorum interuentu

peritoneo (sed quemadmodum & vterus, la-  
 xæ) connectitur. Posteriori parte per mediam  
 longitudinem, qua fundo propinquior est, recto  
 intestino ita innititur, vt accumbentes inuicē  
 intestinorum gyros mutuo allocari cernimus.  
 Verum ad cernicis in pudenda finem, illa podi-  
 ci firmissimè cōnascitur, perinde ac si recto in-  
 testino & ipsi cōmunis esset tunica, quemadmo-  
 dum stomacho & asperæ arteriæ cōmunem tu-  
 nicam esse non dubitamus. Rursus cernix ante-  
 riori sede elatius quidem ad fundi orificiū inui-  
 tentem duntaxat habet vesicam, sed paulo in-  
 ferius fibris quibuslā humillimam vesicæ par-  
 tem & ipsius cernicem adnatam possidet. Vbi  
 autem hæc illi inferitur, velut commune vri-  
 usq; corpus & tunica efficitur. Ceterū in fin-  
 quæ cernix in pudendum desinit, cōmune vri-  
 usq;, cernicis scilicet & cutis, vt in labris &  
 podice, corpus constituitur. Hæc cutis præter-  
 quam quod pilosa euadat, ipsi duriuscula, que-  
 admodum & in mento, substernitur pinguedo,  
 in vetulis (etiam si illis cernix occalluerit) vna  
 cum mamillis staccescens, neq; ita belle puden-  
 di colliculos alas ve vt in iunioribus sustinet.  
 At quum hæc citra mortuorum sectionem con-  
 spicua sint, enarratione ne antiquam indigent  
 quemadmodum neque illi primi in pudenda  
 implexus, & vtrinque vna prominens cuticu-  
 la

laris caruncula, longa quidem, sed tenuis, & ex longa basi in mucronem desinens. Has vulvæ Græcis vocari inuimus, quæ earum præcisionem plusquam quis arbitraretur cruentam, & cicatricem perinde ac reliqua huius sedis ulcera difficulter suscipientem, docuerunt: quod hæc coriacea quodammodo caruncula in nonnullis mulieribus ad tantam molem augeantur, ut pudorem deformitatemque inducant, & multis nationibus quoque insignis impudicitie argumentum sint: imò à vestimentis iugiter attrite, ad libidinem irritant, & Veneris ardorem suscitant. Vnde etiam Aegyptijs præcipue visum est, ut anteaquam caruncula illa extuberent, tunc potissimum amputentur, quum proximè virgines nupturæ sunt. Porro quis harum præcipuus usus sit, suo ordine iâ audies. Vterus concipiendo semini idoneus, & sætū tantisper complexurus, dum perficeretur, ac alijs quam sanguine nutriri posset, in humillima trunci corporis sede locatus est, qua ad cœcubitum seminisque susceptione, & adhuc ad cœcepti sætus augmentum, perfectique partum, nulla aptior excoitari posset. Hæc siquidem longè à facie & nobilissima rationis arce situatur: deinde ossa nulla, quo minus in miram amplitudinem distendi uterus queat, inibi præpediunt, atque etiam ipsi parituro hinc ad inferiora & ver-

sus

sus crura exitus facilis est. Forma autem vteri  
 fundo conuenit rotundæ proxima, quo redda-  
 tur capacior, iniurijsq; minus sit obnoxius. De-  
 in fundus vnicus simplexq; est, quod vnicum  
 fœtum amplecti debeat: attamē latior visitur  
 quàm spissior, quod interdum & gemellos con-  
 cipiat. Non enim geminus cernitur, & intesti-  
 ni instar oblongus, qualis cani & sui, & illis  
 deniq; animalibus obtigit, quæ plures simul fœ-  
 tus semper propemodum enituntur. Paruus au-  
 tem, ac magis quàm facile crederetur contra-  
 ctus in non pregnantibus videtur, vt quàm  
 minimum alia tunc comprimeret organa, &  
 suum ipsius adedò angustum redderet, vt quàm  
 proximè vniuersam geniturã amplecti queat,  
 eam nulla ex parte à se intactam relinquent.  
 Ac proinde commoda quoq; ipsius functioni cõ-  
 stat substantia, quæ affatim scilicet cõtrahi col-  
 ligiq; quum nihil cõplectitur possit, & rursus  
 secundum contenti augmentum sensim in mi-  
 ram amplitudinē distendi. Atq; hæc nõ imbecil-  
 lis distendi ve citra diuulsionem inepta visi-  
 tur, at valida & iniurijs ferendis pertinax, s-  
 briq; non infirmis, neq; ijs vt fors fert inter-  
 texta. Verim reclas habet intimas, quod ante  
 omnia semen allicere debeat: & easdē possidet  
 paucas, quod ocyus semen illi ex tēperamento  
 ad iustitiã placens, ac fluidum aptoq; membro

porrectum, in illum labatur. Obliquas autem plurimas, easlemq; rectis ordine succedentes possidet, quod conceptum diutissime retinendū sit. Transuersus vero extimas nanciscitur, quod illas vterus tum primum maxime requirit, quando factum diu satis amplexum in lucem est editurus. Quod vnica eademq; crassa contentus fuerit peculiari tunica, neq; duas cum uentriculo, carnosam videlicet vnā, & nervosam alteram obtinuerit, hinc factum nemo addubitat, quod continere tantum vterus amplectiq; debeat, non autē ventriculi modo præter hæc aliud quippiam à proprio nutrimento concoquere & elaborare. Peritonæum illi validam exporrigit tunicam, propria ipsius tunice involucrem, & tutissimum propugnaculum futuram. Hæc externa superficie lenis aqueoq; humore oblita est, aliarum partium modo quæ inuicem tangere quidem, non autem connasci satius fuit. Si enim vteri fundus non pregnantibus incumbenti illi vesicæ, & quod illi subiacet recto intestino connasceret, neq; laxis illis, sed duris vinculis quibus accumbit partibus alligaretur, quis insicias ibit, vterum commodè tunc vnā cū factu non posse distēdi, aut etiam in congressu aut partu deorsum velut animal quoddam reperere? Rursus si vtero gerentibus, is omnibus quas tunc contingit partibus con-  
 natus

natus hereret, quò nam pacto obsecro semè de-  
 mo amplexurus in se concideret, debitamq; an-  
 gustiã efformaret? & quum minimè opus est,  
 intestinorum functioni non semper obesset. Ori-  
 ficium fundi tale est, quod semper comminet, nisi  
 quum naturali instinctu semen admittere, aut  
 fœtui, aut mensibus iter præbere debet. meriti-  
 enim ex mulieris arbitrio, uti & antea dice-  
 bam, ipsius apertio oclusioq; haudquaquã pen-  
 det. Quod verò crassiori & densiori, ac idcirco  
 glandis modo in cervicis amplitudinem protu-  
 berante substantia, quàm reliquum fundi cor-  
 pus constet, nemo ambigere potest, id ob hoc ma-  
 ximè factum, ut in partu satis distendatur,  
 neq; in mira illa amplitudine lacerari dimelli-  
 ve periclitaretur. Atq; insigni providentia in  
 uteri cervicis substantia efformanda Naturam  
 utri, quis ignorat? qui eam ut dirigi distendiq;  
 ad seminis susceptionem facile posset, & rursus  
 ne uterus refrigeraretur, locusq; seu amplitu-  
 do frustra inanis servaretur, colligi & com-  
 lutim occludi queat, extractam conspici? Dein  
 de cervicem substantia ad veneris prurium  
 apta constare diximus. Ut verò ipsis convolu-  
 tio & inflexus, ne uterus frigore afficiatur,  
 plurimum auxilij præstat, ita quoq; commin-  
 tes pudendi colles, & ille cuticulares carunculae,  
 cervicis opplètes initium, eidem usui accommoda-  
 cense



consentur. Vasorū seminalium in mulieribus or-  
 tus & ductus, ipsaq; testū substantia & con-  
 formatio, mulieres semen habere mihi utcumq;  
 persuadent: verū id humidius frigidiusq; vi-  
 rili semine esse, indubitatum est. quod testes ipsi  
 & minores sunt, & mediā duntaxat arteriæ  
 venæq; seminalium portionem asciscant: dein  
 quod præter sectionē, quæ semen muliebrem osten-  
 dit, mulierem frigidiorē esse constat. Neq; etiam  
 frequens scortorū cōcubitus argumento est, mu-  
 lieri plus seminis, aut illius humoris quem li-  
 bidinis nomine Aristoteles mulieri datum scri-  
 bit, quā viro adesse, quum id non ex concubi-  
 tus, sed ex seminis humoris ve illius eiectionis  
 frequentia & copia (quibus illa à viris longè  
 vincuntur) metiendum sit. Porro muliebrium  
 vasorum & testium functionem ac usum, ea  
 quæ de viri seminarijs organis prodidimus, sa-  
 tis commōstrant. Sic quoq; ut uterus, & potis-  
 simū ipsius cervix exacto sensu donarentur,  
 nervos illis frequentes insertos fuisse, quæ nunc  
 obtinent sensus liquido attestatur. Cæterum ve-  
 nis quas in fundum uteri & cervicem pertine-  
 re diximus, uterum, & quando concepit mu-  
 lier q; quæ fundo peculiare sunt, fœtum quoq;  
 enutrire, arterias verò communi, quod ille reli-  
 quo præstant corpori officio fungi certum est,  
 ipsaq; sectio in utero gerentibus, id non minus  
 incun

iucundissimè quam luculentissimè attestatur.  
 Et mulierum menstruas purgationes ex vteru  
 quoq; petentibus venis euacuari indubitatum  
 est: at quo modo id fiat, & per quas potissimum  
 venas, fundi scilicet, an cervicis ille sanguis  
 profluat, fortassis si diligens Naturæ operum  
 fueris admirator, neq; in alicuius iuraueris ver-  
 ba magistri, & tu quoq; non mecum modo,  
 verum etiam cum eruditissimis viris IO A-  
 CHIMO ROELANTS primario apud  
 Mechlinienses medico, nostræq; Brabantia sin-  
 gulari ornamento, ac VITO TRITONIO  
 ATHESINO, studiorum mihi dulcissimo co-  
 mite, qui hac de re non semel mecum tum pro-  
 pter alias occasiones, tum maxime propter Hip-  
 pocratis Aphorismum sexagesimum libri quin-  
 ti, & Galeni in eundem commentarium literis  
 egerunt, ambigas. Non sanè quod quis mēstruus  
 sit sanguis, & que ipsius natura, & quantus,  
 & qua ratione in muliere abundet, & qui sa-  
 tum nutriat, quamq; falsa de ipsius prauitate  
 & graueolentia Plinius, & cum alijs plerisq;  
 Albertus ille scripserint, nos lateat. Neq; (etsi  
 quibusdam secus visum sit) dubitamus, pari-  
 ter sanguinem illum in fundi sinum toto men-  
 sis intervallo sensim minimè coaceruari, ac mē-  
 sis periodo turgente iam vtero promanare. Hoc  
 enim si accideret, sanguis mēstruus neutiquam  
 tenuis

tenuis, fluidus, ac illi perquam similis esset quæ  
 naribus guttatim distillat: a quo menstruus  
 neque manandi forma, neq; alijs omnibus dif-  
 fert, nisi fortassis plerumq; tenuior & aquosior,  
 alia re eiusmodi qualitate præditus occurrat.  
 Qui si in utero seruetur, quis ignorare posset,  
 illum concretum & frustulatum educendum?  
 ut taceam fundi orificiū tum nisi purgatis men-  
 sibus nō posse in cōgressu recludi. alioquin quan-  
 do mulier iniretur, ac fundi ore semen accipe-  
 ret, aut id os semen emitteret, etiam sanguinis  
 menstruo via pateret, isq; proflueret. Quin &  
 magnam huius rei coniecturam dant mulie-  
 res quedam, nuper à partu neq; fluidum neq; te-  
 nuem sanguinem emittentes, verū magna  
 concreti sanguinis cum seroso quopiam humore  
 frustra, perinde ac si sanguinē in vene sectio-  
 ne extractum, atq; in vitrum aliquot horis col-  
 lectum in partes cultro diuideres, ac illum tunc  
 in terram abijceres. Eius namq; formæ illis mu-  
 lieribus sanguinem profluere aliquando conspe-  
 xi, haud aliter quàm si aperte adhuc in uteri  
 fundum pertinentes venæ, quæ secundinis inma-  
 scebantur, in uteri sinum sanguinē effunderent:  
 & is ita concretus, non autem stillatim, ut  
 alias solet, ex pudendo manaret. adeò ut facile  
 in fundi cavitatē sanis mulieribus sanguinem  
 menstruum nequaquā sensim asseruari, certò  
 G posimus

possimus colligere, & arbitrari vt in fetuum  
 dissectione intuemur, venas ad fundum cerui-  
 cemq; pertinentes, quâ suis suffulcuntur mem-  
 branis, sanguinem huic paulatim acernare, ac  
 turgêtes illu singulis mensibus apertis ipsarum  
 osculis emittere. Quod ex mulierû quidê sectio-  
 ne mihi visum esse affirmare nequeo: verum  
 quod in quodâ hemorrhoidum vitio laborante  
 non illubenter expêdi, id mihi certissimo in ve-  
 nis illum sanguinê, nō autem in fundi amplitu-  
 dinê asseruari argumento est. Hic namq; ordina-  
 tis vicibus, vt mulieres suis mensibus, ex venis  
 in sedê pertinētibus, sanguinis crassioris fluxa  
 vexari consueuerat: & quum ex nigro arqua-  
 to iecorisq; mira duritie perisset, num porta ra-  
 mi, an caue hunc sanguinê euacuarent indagat-  
 turus, illum dissecui, atq; vena porta ramu sub  
 coli intestini sine, & tota recti longitudine  
 in mesenterio ductu pollicis ferè crassitie equa-  
 re, & sanguine illo crassiori lutofoq; turgere  
 animaduerti, caue vena ramis huic pertinenti-  
 bus nihil prorsus immutatis, adeo vt perquam  
 stupidus censeret, si posthac ambigerê, nū ex por-  
 ta ramis, an caue, melancholicus sanguis ex se-  
 de frequentius promanaret: & non certissimè  
 mihi persuaderem, venas has nimiu oppletas,  
 quū iam sensim sanguinê illū admiserint, aper-  
 tis ipsarū oris eructare. Atq; ita in mulieribus  
 fieri

feri arbitror. an tamē ex fundi venis, an verò  
 ex cervicis semper, aut modo ex his, modo ex il  
 lis menses defluat, ignorare me, neq; quicquam  
 certi quod mihi omni ex parte sanū esse vide  
 tur, posse affirmare fateor. Haecenus enim nō  
 dum mulierem non pręgnātem, quę venarum  
 crassitie ab alijs differret inueni, quāquam ta  
 men diuerso modo affectas plerasq; viderim.  
 Lutetie enim in publica sectione præstati forma  
 & floridę etatis meretricem suspendio neca  
 tam primū secui. Patauū quoq; altera obti  
 git, quę sibi laqueo mortem intulerat. Deinde  
 monachi cuiusdā dino Antonio hęc sacri elegās  
 scortū repente velut ex uteri stragulatū, aut at  
 tonito morbo, mortuum, Patauū studiosi ex mo  
 numento ereptū ad publicā sectionē attulere,  
 mira industria cadauer vniuersa cute liberan  
 tes, ne à monacho dignosceretur, qui id ē moni  
 mento ereptū cum scorti parvibus apud vrbis  
 præfectū cōquerebatur. Pręter hoc superiori an  
 no mulierculā vtiq; senē, et fame (vti cōiicio)  
 in ea annonę penuria enecatā, pari ratiōe sub  
 ductā in scholis adepti sumus. Quę autē postre  
 mō nobis obtigit, & quę in vigesimaquarta et  
 vigesima septima figuris exprimēdis vti sumus,  
 suspēdy metu se gravidā falsō sinxerat. Verūm  
 Prętoris iussu ab obstetricibus (quę illam mini  
 mē gravidā affirmabāt) interrogata, nūquā

quantum à menstruis purgationibus abesset, utcumq; id sedulo nos resciscendum ab ea curauimus, indicare voluit. Verum huic & quas non pregnantibus vidi, omnibus venæ pari se habebat modo: neq; vel imaginari licebat, quoniam pacto in vteri fundum sanguinem per crassam collectamq; adeo vteri substantiam ducere possint, precipue quum in his venæ capillorum modo essent tenues, visumq; quodammodo effugerent. Quæ autem ad cervicem & infimam vteri fundi sedem tendebant, apparuere crassiores, & facilius ex his menses defluere expurgari posse videbantur. Haud secus quàm si sectio ex venis cervicem implicantibus menstruum sanguinem semper excerni, propemodum suaderet.

## De vteri acetabulis. CAP. XVI.

Veterum dissectionis professorum de vteri acetabulis dissensio ad nos quoq; manavit. Grauiter etenim in scholis contenditur, quidnam vteri sint acetabula: qua etiam de re tantisper dubitari, donec in oue, qua non ita diu vtero gesserat, quid verè vteri acetabula sint, inspexissim. Hæc enim altero ipsius vteri sinu semen receperat, qui dissectus asperam inaequalemq; ostendit superficiem, multis sinibus oppletam, qui tales prorsus serant, ac si medianæ pisce partem singulis sinibus quis non secus impressisset, quàm si in ceram eiusmodi sinus pressa qua

sa quapiam moliretur. Quando itaq; sinus il-  
 los intuerer, ac Galeni loci ad finem libri de  
 Vteri resectione non immemor essem, quo ace-  
 tabula sinui foliorum herbae assimilata, quam  
 Græci ab acetabuli, seu potius heminae forma  
 νετρωσδῶνα, & à cymbali imagine λυμβά-  
 λυτῖδα & λυμβάλοι vocant: nos autem ace-  
 tabulum, & Veneris hortum, seu umbilicum  
 nuncupamus, promptè collegi, hos vteri sinus  
 νετρωσδῶνας Græcis, nobis autem acetabula  
 primum fuisse ad eum modum nuncupata,  
 quo altius incisæ ossium sinibus acetabuli no-  
 men accommodamus. Si enim coxendicis acet-  
 abulum intuitus fueris, illudq; ad hos vteri si-  
 nus contuleris, nullas reperies corporis partes  
 equè ex merito ab imagine nomen obtinuisse,  
 atque acetabulum id coxendicis ossis, à quo  
 iam paulo antè femur resectum sit, & hos vte-  
 ri sinus. Vt enim coxendicis sinus ita ac si me-  
 dius globus ipsi impressus esset, cauus cernitur,  
 sic etiam & hi vteri sinus insinuantur: dein-  
 de vt coxendicis acetabuli supercilia extra re-  
 liquam ossis superficiem prominent, ita etiam  
 in vteri amplitudinem suorum sinuum super-  
 cilia procerius quàm reliqua vteri superficies  
 in ipsius cavitatem extuberant. Ad hæc, vt co-  
 xendicis ossis acetabulum mucoso humore op-  
 letur, ita sanè & vteri sinus mucoso sanguine

mihi conspiciebatur infarti: a quo iã in nõ ual-  
 lis sinibus teres & insigniter mucosum vascu-  
 lum videbatur pronatum, ad eum prorsus mo-  
 dum quo teres ligamentum ex coxendicis ace-  
 tabulo in femoris caput inseritur. Quum itaq;  
 hos ouilli uteri sinus inspexissem, unde uteri  
 acetabulorum nomen primum sit institutum,  
 nequaquam hesi. Ut autem quo nam pacto illa  
 procrearentur cognoscere, non pregnantis ouis  
 uterum mox aperui, & uteri amplitudinem  
 multo aliter quã muliebris uteri asperam  
 inequalemq; adinueni. Per vniuersam enim su-  
 perficiem subflaua uisabantur tubercula, &  
 semiglobuli, tales omnino ac si dimidiatas pilas  
 uteri muliebris amplitudini passim quis ag-  
 glutinasset. Atq; hic primum discere cœpi, quid  
 Anatomices professores uellent, qui acetabulis  
 uteri extumescensibus in ano venarum capiti-  
 bus cõparant, ex quibus iam paulo post sanguis  
 melancholicus est profluxurus. Si enim nõ pra-  
 gnantẽ uaccã uterũ secueris, illo quauis ratio-  
 ne aperto, nihil eiusmodi prominẽtib; capita-  
 lis erit manifestius: nihilq; addubitabis, illa acet-  
 abulorũ loco plerisq; Anatomicis habita fuis-  
 se. nõ fortassis quod illa ueris acetabulis asse-  
 larẽt, ueraq; acetabula uteri esse arbitrarẽtur,  
 sed qd̃ ex uteri sectiõẽ didicissent, uenas ac arte-  
 rias inter internã externãq; uteri tunicas admi-  
 dũ multiplici et implexa prorsus serie in uaccã



distributas suis finibus in hæc capitula per uni-  
 versam vteri amplitudinem extuberantia per-  
 tinere, ac demum cõcepto iam semine illa ape-  
 riri, semenq; amplecti, & vasa quædam educe-  
 re, quæ à venis et arterijs in capitula pertinen-  
 tibus pronata, ad seminis vsq; superficiem inse-  
 rentur, illiq; implicita secundinã seu tunicam  
 fœtus extimam efficerent. Præterea vbi sedulo  
 in non prægnanti vacca hæc tubercula expen-  
 deris, & rursus in illa quæ nuper concepit, si-  
 nus illos quos tubercula sese aperientia effor-  
 mant didiceris, ac pariter observaveris in vacca  
 quæ paulo diutius concepit, qui sinus illi obli-  
 terentur, & distento iam vtero prorsus visum  
 fugiant, ac vasa tantum appareant: ex sinuum  
 loco ab vteri tunica ad secundinam porrecta,  
 etiam facile ratiocinaberis, quid medici iudica-  
 nerint, qui acetabula vocavere neq; sinus illos,  
 neq; tubera, verum vasa ex vtero in secundi-  
 nam pertinentia. Ea enim Hippocrates tum  
 alias, tum maximè in quinto Aphorismorum  
 libro, acetabuli nomine intellexisse videtur, ap-  
 pellatione hinc fortassis sumens, quod hæc vasa  
 ab illis vteri sinibus, quæ primum acetabula  
 vocari inuimus, porrigantur. Atq; hinc liquet,  
 vnde tot in Nature operum descriptione exur-  
 gent contrarie prorsus autorum sententiæ, quòd  
 scilicet Galeno dissectionis studiosorum facile

præcipuo nimium in humani corporis fabrica  
 cognitione credamus, & ipsi nostris manibus  
 dissectionem non aggrediamur: aut si id tente-  
 mus, ab illis casu abſtineamus animalibus, ex  
 quibus Galeni dogmata expendere liceret. Er-  
 ſtra enim in muliebris vteri amplitudine tu-  
 bercula illa quæ subſtana & dimidiata piſe ſi-  
 millima eſſe diximus, indagabis: quum illa hiſ  
 penitus non donetur, vti neque aſine vterus. Si  
 tamen vaccinum vterum ex macello tibi cura-  
 ueris adferri, nihil hiſ tuberibus ( quouis etiam  
 pacto vterum aperias ) promptius occurret. In-  
 ſuper in muliere quæ non ita pridem concepit,  
 in caſſum ſinus illos quos coxendicis acetabulo  
 conſerebam, inquireſ: quod non ſolum hinc cen-  
 ſicio, quia non prægnantes mulierum vteri illi  
 tuberibus proſus expertes ſunt, ſed & quod re-  
 ſectione id in muliere fuſte à marito interfecta  
 didicerim, cuius vteri interior ſuperſcies, &  
 vaſorum iam in ſemen promaſcentium ſeries  
 nihil à canini & ſuilli vteri forma discrepa-  
 bat, quam in fœtis canibus indies conſpicere li-  
 cet. Porrò quum in mulieribus ab vtero in ſe-  
 cundinam vaſa pertingere cernamus, illud ace-  
 tabuli nomen illis propter Hippocratem aſſerui  
 poterit, quod vltimò recenſebam, quum vaſa  
 quedam ab vtero in ſecundinam pertinentia,  
 acetabuli nomine quibuſdam comprehenſa at-  
 reſtarunt.

testarer. At iam opportunum erit secundine & reliquorum fœtus inuolucrorum naturam, & fœtus formationem sermone quoad licebit verissimè pertractare, & dein mamillarum quoq; historiam hoc libro persequi.

De inuolucris fœtum in vtero tegentibus.

CAPVT XVII.

**Q**UUM presente libro etiam organa generationi subministrantia propter sedis viciniam describere proposuerimus, cõduxerit hęc quoq; de fœtu, & potissimum de ipsius inuolucris tunicis, quedam subijcere. Quandoquidem diffusum de fœtus formatione sermonem instituere, prolixi esset negocij, & vt verum fatear, hęc mihi aliorũ autoritatibus duntaxat insistentium esset: & tandem vix mihi ipsi probabilia, non absq; frequētibus controuersijs, adducerem. Nam & si quedam ex fœtuũ & pregnantium vterorum dissectione didicerim, & in scholis nonnulla commonstrare soleam, id tantummodo ex brutis, neq; id ea qua oporteret diligentia habeo. pregnantes nanque mulieres mihi ad dissectionẽ paucissima hæcenus obtigere. Quum itaq; adhuc permulta ex frequenti, ac sedula sectione me adepturum non diffidam, modo in dissertationum Oceanum me haudquaquam conijciam, præter cetera disputaturum, num muliebri semen ad generationem ali-

G 5 quid

quid præstet. mulieres etenim semen perinde ac viros habere, muliebrum organorum fabrica superius edocuit. Dein num semen effectiuum simul & materiale principium factui offerat, an tantum effectiuum. Rursus si semen effectiui principij tantum autor sit, quorsum id euanescat: & si materiale etiam principium sit, quas partes efformet, num scilicet eas quas solidas semper spermaticasq; nuncupamus. Item quid primū generetur, omnia ne simul, an iecur, cor, & cerebrum prius simulq;: an cor prius, aut iecur prius, et quo nam tempore singula in factui formatione fiant: præter eius generis questionū quamplurimas, vix paginis aliquot enumerandas, in quibus omnibus ferè Galenum ab Aristotele medici iuxta ac philosophi dissentire arbitrantur. hi quidem Aristotelis placita, illi verò Galeni mordicus defendentes: sed per Ionem omnes sectione postposita, friuolis quibuslibet rationibus: & autoritatum congerie duntaxat immixti. quum interim sectio hic pleraq; luculentissime ostendat. quam si ita in mulieribus atq; in brutis aggressus fuisssem, & in has disceptationes me quoq; injiciens (vti aliquando quum quid exactius reperero, facturus sum) aliquot chartas absumerè, & ostenderè pariter quam bellè Galenus qui alios de sectionis negligentia increpat, sibi passim consentiat: & quam fuitiles  
 ration

rationes & à veritate profusus alienas in Aristotelem nimis profecto sophisticè contextit, autumans neminem post illum sectiones aggressurum, suasq; imposturas deprehensurum. Quamquam Aristotelis sententiam vndiq; veram esse, non annuam, nihilominus tamen medicos expendere velim diligentius Galeni nimium omnibus concessum placitum, quo præter simplicem carnem pinguedinemq; corporis nostri, omnia semine constare docet: ossa videlicet, cartilagineas, membranas, ligamenta, venas, arterias, nervos, tendines, musculorum fibras, cerebrum, & si quid aliud in corpore præter pinguedinem & carnem habeatur. Hoc enim ubi sedulo medici affectu omni remoto indagauerint, viderintq; deinde quæ Galenus ad secundum Libro 2. de Semine. factus inuolucris constitutionem, muliebri semen non sufficiente virili requirat. At præsens sermo quantumuis ipse renitatur, in alium locum suppressendus est, & ut mihi à principio institutum fuit, fœtum inuoluentes tunice veniunt pertractanda, quas num ritè Galenus & in libris de Partium usu, et libris de Semine & fœtus formatione descripserit, aut viderit etiã, ipse tecum ubi eas tute in homine, aut sue, carne ve obseruaueris, expendito. Quum enim Galenus canis & suis inuolucra hominis respondere docuerit, tantisper dum mulier sese offerat, In lib. de Fœtus for.  
in cane

in cane effœta aut sue foetum inuolucra non  
 oscitantor inuestigare erit oper. eprecium, vt deus  
 hæc mea Galeni locis conferens animaduertas,  
 num vel canis inuolucra is rectè descriperit: vt  
 etiam tunc perspectum habeas, quousq; veram  
 humani foetus fabricam Galenus recensere po-  
 tuerit. Primum itaque foetus inuolucrum, quod  
 & extimum mihi nominabitur, foetum vni-  
 uersum non eo modo obuoluit, quo nucleum à  
 suo putamine obduci integriq; cernimus, aut  
 quo reliqua duo inuolucra foetum ambire mox  
 audies, imò foetum duntaxat circulatorum vasa  
 contingentium modo cingit. Haudquaquam  
 enim superiorem, vti neq; etiam inferiorem fo-  
 tus partem contingit, sed tantum ita se habet,  
 ac si quis à mucronata pectoris ossis cartilagine  
 ad elatissimam vsq; ilium ossium sedem fascia  
 impense laxa cingeretur. Inuolucrum enim huius  
 latitudo ex foetus proportionem tanta duntaxat  
 est, quanta longitudo à foetus ilium ossium ela-  
 tissima sede ad mucronatam vsq; cartilaginem  
 pertingeret: aut vt expressius dicam, inuolucrum  
 latitudo non multum excedit cubiti cum ex-  
 trema manu longitudinem: tatum abest, vt in-  
 uolucrum id foetum vesica alicuius, aut ipsius  
 vteri modo amplexaretur. Porrò inuolucrum am-  
 plitudo tanta est, quanta summa interioris vte-  
 ri superficie extensio. inuolucrum enim hoc ex-

terna superficie vtero vndiq; contiguum est, & adnascitur quoq;. Dein exactè consistit ad sætus mediam regionem, si modo mihi sætum ita iacentem subaudis, quemadmodum conuolutus implexusq; in vtero (aliter ac vulgus persuasum habet) secantibus occurrit. Porro ipsius crassities nequaquam membrane modo tenuis est, sed quum sætus ab vtero paulo post resoluendus est, vteri inuolucrorum crassitiè longè superat, & pollicis etiam crassitiem facillè æquat. Deinde substantia non constituitur membranæ, verum peculiari, et cui in vniuerso corpore alteram non reperias similem, nisi fortassis illam fungosè penis, aut propinquius adhuc lienis substantiæ assimilare velles. Est enim huius inuolucri substantia, lienis quasi modo nigricans, friabilis, fungosâ, & frequentissima vasorû serie implicita. Quippe omnes venæ & item arteriæ ab vtero sætum petentes, in hoc inuolucrum duntaxat pertingunt, neq; vndiq; in sætus ambitu in aliquod vniuersum sætum inuoluens inuolucrum finiunt, sed in hoc duntaxat quod iam describere (utinam tam foeliciter, atq; præsens in sectione ostendere possem) conor. Vasa itaq; vterum implicantiâ suis osculis in hoc inuolucrum, quod lato crassoq; circulo non inopportune contuleris, pertingunt aperiuntq;, & ex singulis vasorum oris noua procreant

creantur vasa tot numero, quot vasorum ora  
 inuolucrum id contingunt. atq; à venarum qui-  
 dem oris vene procreantur, ab arteriarum au-  
 tem arterie: que per huius inuolucri substantiam  
 variè admodum implicite, tãdem inuicem col-  
 liguntur, vene quidem in venas, arterie autem  
 in arterias, & tantisper grandiores rami ita  
 collecti in maiores adhuc coeunt, donec omnes ve-  
 ne in duos colligantur venarum caudices, & ar-  
 terie item in duos arteriarum caudices: qui vt  
 venarum caudices duo inuolucra, que vniuer-  
 sum fœtum ambire mox dicam, penetrantes in  
 vmbilicum pertingunt, sanguinem & vitalem  
 spiritum fœtui in eum prorsus modum deducen-  
 tes, quo relique corporis vene et arterie ipsi qui  
 perreptant partibus suam quam continent ma-  
 teriam digerunt. Hoc itaq; extimum fœtus in-  
 uolucrum aliud nihil est, quam plexus quidam  
 & textum, in quod vasa vteri pertingunt im-  
 plicanturq; ob hoc potissimum, ne totidem va-  
 sa fœtum subiret, quot ab vtero in inuolucrum  
 hoc pertingunt, sed vt huius inuolucri beneficia  
 collecta in pauca redigerentur vasa: que per  
 fœtus vmbilicum ducta, vnica tantum sede eo-  
 demq; tuta fœtum perforant. Exterior igitur  
 presentis inuolucri superficies vniuersa vteri  
 interne superficiei adnascitur, proximãq; est: in-  
 terior autem ipsius superficies adhuc pertinet  
 ciii



eius obnascitur secundo foetus inuolucro, quod  
 iam aggrediar: simulatq; indicauero per me li-  
 cere, ut huic extimo inuolucro ex tuo arbitra-  
 tu nomen imponas, memor Galenum reliquosq;  
 dissectionis professores extimum inuolucrum  
 ἔξιμον, uti & Latinos secundas, seu secundi-  
 dinam, alij & loculos appellare. & quum for-  
 tē idem cum Galeo illi nomen impones, expen-  
 de an is id ritē descripsit: quod tum feceris  
 opportunē, quum animaduuerteris id nenti-  
 quam membranam esse, sed potius lienis suo  
 nigricante sanguine admodum turgidi sub-  
 stantiam: & non toti vteri superficiei ad-  
 nasci, sed duntaxat tantę superficiei vteri  
 parti, quanta est ipsius inuolucri exterior su-  
 perficies. Secundum foetus inuolucrum à far-  
 ciminis imagine admodum eleganter ἀναξυ-  
 τοειδὲς à veteribus est appellatum, qui id se-  
 cus ac Galenus verē cognouerunt. Quum enim  
 inter dissecandum extimum inuolucrum ab  
 vtero diuulsum est, aterq; & nigricans subui-  
 ridisq; sanguis ab illo profluxit, nulloq; alio fœ-  
 tus inuolucro effracto, fœtus ab vtero eximi-  
 tur, is vnā cum suis inuolucris sarciminis alicui-  
 us, non quidem oblongi, & quod ex tenuibus  
 formatur intestinis, sed breuis, & ex crassiori-  
 bus intestinis formati, supraq; & infra consuti,  
 non autem laqueo tantum intercepti, imaginem  
 expr

exprimit. secundum enim inuolucrum intesti-  
 no respondet: fœtus autem, & omnia que id in-  
 uolucrum amplectitur, intestino infartori ra-  
 tionem obtinent. Est enim secundum hoc inuo-  
 lucrum exacta membrana, venulis quibusdam  
 & arterijs intertexta, ad eum ferè modum, quo  
 adhærès alba ue oculi tunica illis donatur. Ex-  
 terna ipsius superficies tãta amplitudine, quan-  
 tum est extimum fœtus inuolucrum, pertina-  
 cissimè illi conascitur, et venulas suas arterio-  
 lasq; ab extimo fœtus inuolucro assumit: nulli  
 enim vas immediatè ab utero in hanc mœbra-  
 nam pertingit, etiam si externa ipsius superfi-  
 cies reliqua (que scilicet extimo non conascitur  
 inuolucro) utrum contingat, sed non cona-  
 scitur. Nullibi enim secundum hoc inuolucrum  
 utero, nisi extimi inuolucri interuentu neci-  
 tur. Interior huius superficies ad amussim leuis  
 est & humecta, neq; alteri prorsus parti cona-  
 scitur, nisi puncto quodam (ut ita dicã) intimo  
 seu tertio fœtus inuolucro: atque is connexus,  
 umbilici vasorum ab extimo inuolucro per se-  
 cundum & tertium ad umbilicum tendentium  
 fit interuentu. In reliqua enim amplitudine se-  
 cundum hoc inuolucrum tertio nusquam adnasci-  
 tur, & inter secundum hoc & tertium inuo-  
 lucrum fœtus vrina colligitur. A suprema enim  
 fœtus vesicæ fundi regione meatus quidam per  
 umbil

umbilicum in cavitatem pertinet, quæ inter secundum & tertium consistit inuolucrum, atque is meatus fætus urinam in illam amplitudinem defert, & γὰρ ἔξ ἧς hinc appellatus, & mira industria in hoc à Natura formatus, ne fætus urinam per vesicæ ceruicem reddens, illâ corpori suo proximâ tantisper dum nasceretur asseruaret, & eius acrimonia mordacitateq; molli illa ac tenerula cutis erodatur ulceretur ve: sed vt vrina procul à fætus cute eius vrinarij meatus beneficio, inter secundû inuolucrum & tertium deduceretur, & vt mox de fætus sudore quoq; dicam, partus promptitudinē dîm paulo ante egredientem fætum profluit, & vteri ceruicem humectando emollit ampliâtq; plurimum iuuat. Galenus secundû inuolucrum quo ipse urinam contineri scribit; toto fætui non obduci attestatur, sed duntaxat clunibus, & extremis partibus. qua in re tuum ipsius requirō iudicium: & hortor pariter, vt quum fætum, si non humanum, saltē canis secas, vt mox atq; extimum mihi appellatum fætus inuolucrum ab vtero distraxeris, fætumq; & ipsius reliqua inuolucra manu contines, vt fætû erigas, ac urinam deorsum versus pedû regionem colligi intuearis, ac dein capite illum rursus declines, & animaduertas mox urinâ versus capitis regionē asseruari, illudq; membranè inuoluci

uolucrum quod ego descripsi, & vtero vndique (nisi vbi extimum inuolucrum obstat) dixi esse proximum, vrinam continere, & neutiquam χορion esse, quum nullas prorsus possideat venas & arterias, ab ijs quæ ipsi nutritionis gratia, vt & ceteris membranis offeruntur, & he neutiquam ab vtero immediate procedunt, sed ab illis quæ crasso illo & lienoso fœtus inuolucro implicantur. Si enim hæc sedulo expendaris, hæcquæ mea cum Galeni placitis ad sectionem contuleris, promptissime dijudicabis, quam reliqua Galeni de Fœtuum formatione & seminis natura constare possit sententia. Tertium fœtus inuolucrum forma prorsus secundo respondet, sed minus est amplum, & longè tenuius. tenuissima enim (vnde & αὐτὸς dicitur) membrana est, alba quemadmodum & secundum inuolucrum, & venulis pariter ac arterijs implicita, fœtui proximè & vndecunque obducta. Huius exterior superficies prorsus leuis & humecta est, nequæ vlli penitus parti adnascitur, nisi venarum arteriarumquæ; umbilicorum interuentu. hæc enim quæ ab extimo inuolucro per secundum & tertium umbilicorum aduenit, secundum inuolucrum primo committitur. Interior quoque tertij inuolucri superficies leuis quoque & humecta est, fœtui nusquam nisi ad umbilicum, vasorum umbilici beneficio nexum.

Inter hoc autem & fœtus cutem sudor copiosus continetur, qui fœtus est recrementum, ac ante partum non minus quàm fœtus vrina profluens ceruicem vteri irrigando, fœtui facilitatem exitum parat. deinde fœtus cuti subflava quedam & lutosa obducitur substantia, eius cœcoctionis (vti arbitramur) recrementū, quod in singularum partium enutritione fieri putamus. Venæ & arteriæ hoc inuolucrū implicantes ab umbilici vasis, quū illud permeât, principium mutuantur: quæ & si sint longè gracilime ac tenues, tamen inter diffecandum promptè occurrunt, quòd hæc membrana præ cæteris corporis membranis & tenuissima sit, & omnis prorsus adipis expers. Vnde etiã ipsa post partum apud quasidã nationes non inelegãter exsiccata vesicæ modo seruatur, atq; vulgò apud nostrates in masculis galea, in fœminis vitta, apud Italos verò indusium fuisse persusum habent: in hoc errantes, quòd omnibus pueris hæc membranam communem haud esse arbitrantur. Quod obstetricum incitium fieri video, quæ interdum, & vt plurimum tertium inuolucrum simul cum secundo à fœtu abstractunt, tunc illam suam camisiam non obseruantes. Aliquando verò quum extimum inuolucrū vtero adhuc in partu pertinacius adheret, ipseq; fœtus antea prodit, tunc intimum ipsius

inuolucrum capiti ipsius aut cruri, aut manui  
 obductum absq; secundo inuolucro prodit: idq;  
 tunc mulieres religiosè, & magna superstitione  
 asseruant, neque ab his modo, verum & ab  
 occultis philosophis summopere expetitur. Quà  
 interim pariter & iatim & secundū possent  
 semper matre: equè puerorū nomine (vbi cha-  
 rissimam meam matrem fecisse video) repone-  
 re, si extimum inuolucrum, aut lierosam illam  
 substantiā à secundo inuolucro deradi mox eu-  
 rarent, & ablutas postmodum membranas se-  
 no leuiter opplerent, vesicarumq; modo exsica-  
 rent. Putauerim enim elegantius fore, si gran-  
 di iam puero mater illius offerret inuolucra,  
 quàm quod ea simul cum fœtus vrina, & su-  
 dore, & qui profluit tūc atro sanguine in clo-  
 acas reijci, aut in terram fodi curant. Quam  
 ceteris viuiparis animalibus ferè sit imatum,  
 vt simul omnia que fœtum inuoluunt, deno-  
 rent, ac deglutiant, id quod in parturientibus  
 canibus non iniucundè aliquando obseruauit.  
 Porro que venarum & arteriarum in umbi-  
 licum pertinētium sit series, in tertio libro qui  
 renis & arterijs dedicabatur, exequutus sum,  
 quum venā dicerem in iecur ferri, à qua primò  
 quam in iecur absorbitur, in canibus ramus in  
 mesenterij centrum pertingit: arterias autem  
 secundum vesicæ fundi latera deorsum proce-  
 per

pere, atque in humiliores ramos arterie magne inferi, quos diffundit post magnam supra sacri ossis initium diuisionem. Quo nam pacto autem hæc omnia ad amussim dissectione indagaturus sis, ubi mamillarum sermonem absoluero, ordinatim subiungam.

De mamillis.

CAP. XVIII.

**M**amille etiam si peritonæo nulla ex parte amplectentur, quum tamen fetum ubi is in lucem prodijt, alant, atque in organorum generationi subserviuntium numerum recensende sint, hoc quoq; loco ipsarum fabricam opportunè prosequemur. Mamillarum itaq; situs nulli non conspicuus est: super pectus enim ad ossis pectoris latera locatur, parti inferiori brachium pectori admoventis musculi superstrate. Verum ut figura admodum variant, sic quoq; parem non semper sedem occupant. Ampliores enim mamille latiori firmanur basi, propendule verò ac flaccide à naturali loco declinât: & quibusdam mulieribus vicinias ad pectoris medium inuicem accedunt, quibusdam autem (quod & pulcherrimum ducitur) inuicem recedunt, thoracisq; lateribus magis appropinquant. Forma illis penè propria, semiglobum refert: quippe exterius rotundæ, gibbæq; sunt, papillam (que Græcis θῆλη appellatur) instar processus obtinentes: intus verò seu posteriùs, quâ

H 3 pectus

pectus spectant, leuiter admodum simantur, secundum pectoris gibbum plane et ample basi commissæ. Mamillarum moles quum à brachii pectori adducente musculo abscedit, quæ ille potissimum dependent, ampliores quàm in medio ductu euadunt, vt plerisque fœminis simul in basi, & in ipsarum extremitate ampliores ob concidentem ipsarum substantiam visantur. Porro substantia qua constant glandulosa est, multo adipe abundans, & venus paucius admodum arterijs & neruis intertexta. Nervi quidem semper ydem in mamillas pertingunt, ac sibi perpetuo similes sunt: vene autem & arteriæ crassitie & contento humore admodum pro mamillarum mole, & quo tunc surguntur munere differunt. In glandularum formæ substantia, multitudine & situ multo maior singulis temporibus est differentia. Viris namque multis nullæ ac perquam paucissimæ eademque aridæ sunt glandulæ, vt etiam admodum paucis. Alijs autem frequentes extuberantesque sunt, duritia, & mollitie, ac forma variante. Iuenculæ enim quibus iam mamille in uita attolluntur, generationisq; apte sunt, harum glandularum obtinent copiam, sed inuicem contractarum & durarum, nulloq; lacteo humore oppletarum. Dein series formæq; glandularum in mulieribus à cæteris animalibus, & potissimum



mum uniparis differt. his namq; vnicum quodammodo & continuū in vniuerso vberē consistit glandosum corpus, illis autem ad papillae centrum vna magnaq; & mamillae modo effigiata habetur glans, cui aliae frequentes, sed paruae, & amygdalis à cortice liberatis similes in circuitu accumbunt, duriori adipe, & venarum & fibrarū ex carnea membrana in cutē pertinentium interuentu mutuò commissae conatae. Vniuersa enim mamillarum substantia adipis ritu inter cutem & membranā à nobis carneam dictā continetur, neq; costis incubentibus musculis mamillae alio nexu cōmittuntur, quā per reliquum corpus carnea membrana subditis sibi musculis: nisi fortē hīc paulo plures venae interueniāt, à musculis in mamillis digestae. Vt cumq; tamen mamillae aliquando flaccidae propendeant, carnea membrana à musculis non abscedit, verū glandulae illae vna cū adipe non amplius cōstrictae, sed flaccidae à carnea membrana laxantur. Mulieres enim lactantes et vltimis mensibus vterū gerētes, has venas lacteo humore aut lacte oppletas habēt, & ipsae etiā glandulae eo abūdant, & ob id molliores & fungosae admodū, neq; ita inuicē continuae redduntur, & illum tonum nō amplius seruantes, neq; amplius duriusculo illas sustinente adipe, sensim flaccescunt & propendent. Verū nunquam

lib. 7. Historiae de animal.

quam eò perueniunt raritatis, vt denotatum à muliere pilum in se (vti Aristotelis est sententia) reciperet, & pilari morbo, Græcis τριχίαει nuncupato, vexarentur. quandoquidē nulli dubium est, per tot angiportus tenuesq; anfractus ab ore in mamillas pilum nequaquā duci posse, etiam si illi mamille, quū in ipsarū consisteret venis, amplexuræ essent. Est enim id Aristotelis commentū, ipsi ab anu quopiā persuasum. Quanquam fortassis, vt in renibus vrinarijsq; meatibus, quid pili simile in mamillis progigni posse, non omni ex parte videatur absouū. Cutis mamille obducta, reliquæ thoracis cuti congruit: mamille enim substantiæ, vt reliquæ adipi, comascitur, pariterq; inibi crassa est. At ubi orbiculatim ad papillā nigricat, circumlūq; constituit, qui φός Græcis nuncupatur, pertinacius maxime in mamilla glandi comascitur, velut plurimum neruorum, & tenuium venarū instar fibrarum albicantium interuentu. Quinetiam cutis hîc interdum tenuior quàm alibi enadit, fungosum quippiam, vt & papilla, adipiscens. Huius nanq; substantiæ penus substantiæ accedit, hoc est neruæ quodammodo cuti intus spongiosa substantia oppletæ, quæ dirigi ac vicissim laxari nō minùs quàm penus apta, & pari sensu prædita est. Obscuri illi tenuesq; nerui ac prorsus fibræ modo albicantes, in papillam pertinentes

nentes meatus venarū surculi sunt, multiplici serie inter glandulas excurrentes. Venæ porrò mamillis exporrecte, à triplici plurimū pendēt radice. Axillaris enim vena thoracis amplitudinem egressa, ramum insignē in musculos pectori superstratos, & pectoris cutem ipsamq; demum mamillam depromit. Quæ etiam elatiorē scapula sedem, & summum humerū implicat venæ, deorsum in plerisque mulieribus ante sectionem conspicuos surculos in mamilla cutem ipsamq; mamillam deriuant. Apparent namque crebro mamillarum cutis venæ in multis mulieribus, & potissimū que aliquando lactarunt, insignes, subuirides, & errabūdo ductu, vt in sura & in cubiti interna sede, aut in temporibus, tortuose incedētes. Porrò venæ mamillarū à tertia radice principū ducentes, non perinde in cutem atq; priores, sed in mamillarum substantiā penitius excurrunt, arterijs comitate perquam gracilibus. Hæc namq; vasa germinant venæ ac arteriæ à iugulo deorsum sub pectoris osse exporrecte, & inter cartilaginum interualla ramos pectori incumbentibus musculis & hinc mamillis diffundentes. Atque hæ præcipue sunt venæ in cōstructione mamillarum animaduertendæ, quandoquidē harum interuentu vterus cum mamillis consortij lege afficitur. Hæ namq; mamillarum venæ & ar-

terie (si modo que illis dispergantur) à iugulo, uti in venarum & arteriarum serie docuimus, pronatæ, eosq; quos diximus ramos per cartilaginum intervalla germinantes, deorsum sub pectoris ossis lateribus prorepunt, atque thorace excidentés, super anteriorem peritonæi transversorumq; abdominis musculorum sedem rectis musculis exporriguntur, horum posteriori sedi innatæ, frequentesq; soboles, donec ad medium illorum longitudinis devenierint, huc illuc utrobique emittentes. Porro hæc iuxta umbilici sedem alias venas & item arterias sub rectis musculis sursum conscendentes operiuntur, atque cum illarum ramis ita implicantur, ac si utriusq; manus digitos inuicem insereres. nevtiquam enim osculis suis ita coniuvent, ac si utriusque manus digitorum apices è directo, non autè ex latere vnà committeres. Hæc vasa sursum potentia ea demum sunt, que à grandioribus caue & arteriæ truncis per inguina crus accessuris principium assumere, in tertio libro commemorauimus. Que & si ab eadem cum vterumque potentibus venis radice nõ enascatur, aded tamè vterò accumbüt, vicinæq; sunt, ut qui hîc in vteri venis coacernatur sanguis, illis vasis excipi, sursumq; ferri posse credat, aut suis osculis sanguinè à descendentes sub pectoris osse vasis, accipientia

pientia ad vteri venas ac arterias diffundere.  
 Verum hæc ad venarum & arteriarum in ter-  
 tio libro traditarum seriem spectant, quæ in  
 presenti venit adenda, hoc paradoxo nõ post-  
 posito, paucissimas prorsus venas ab illis quæ  
 sub pectoris osse porriguntur, in mamillas dif-  
 fundi, & arterias adhuc multo rariores, & si  
 ausim dicere nullas. Nerui mamillarum ab il-  
 lis pendent, qui subditis musculis exporrigun-  
 tur, neque aliter hi in mamillarum quàm re-  
 liquam thoracis cutem deriuantur, præter vni-  
 cum qui subinde ex quinto costarum interual-  
 lo papillam adit, multosq; surculos ipsi offert.  
 Quam verò singula primario mamillarum mu-  
 neri idonea rerum Opifex iustissimè fabrefe-  
 cerit, intelliges, si seorsum vnumquodq; suo vsui  
 adhibueris. Ac præcipuum quidè mamillarum  
 officium in omnibus animalibus quæ animal  
 concipiunt, & animal in lucem edunt, censen-  
 dum est, tenero adhuc ac iam nuper nato factus  
 alimentum præparare: quemadmodum vteri ma-  
 nus est semen concipere, factumq; tãtisper dum  
 absoluatur continere. Non autem in hoc præci-  
 pue, quanquam in quarto de Animalium par-  
 tibus libro Aristoteles hoc innuit, vbera crea-  
 uit Natura, vt cordis sedem operiant, & dein-  
 de in mulieribus secundario, aut illis abutente Na-  
 tura ad lactis generatione, & ad ipsum conti-  
 nendum

nendum facerent. Quādoquidē plerorumq; ani-  
 malium & virorum puerorumq; mamilla ad  
 lactis primò generationem, dein verò ex posi-  
 tu, quem non solum in homine commodum, sed  
 & necessarium in pectore obtinuerunt, cordi  
 velut propugnaculū eas officii documento sunt.  
 Quum enim neq; pueris neq; alicui animali ad  
 generationem nondum apto mamilla exurgāt,  
 sed veluti notæ cuiusdam gratia absq; peculia-  
 ri aliquo in illis corpore, quo à reliqua inter cu-  
 tem & carneam membranam pinguedine di-  
 scerni possint, dumtaxat in illis habende sunt,  
 certum est, eas primò non propugnaculi vice  
 fieri: nam in illis animalibus ac pueris mamil-  
 le neque copiosiore adipem, neque glandulas,  
 neque aliud quippiam præter teneram papillā  
 habent, quo propugnacula illis quibus incum-  
 bunt organis merito dicerentur. Ad hæc si quod  
 incrementum in viris mamilla recipere appa-  
 rent, & quasi alterius commodi causa, quam  
 notæ cuiusdam habende sunt, id illis magna ex  
 parte provenit peractō anno bis septimo, quum  
 primum genitale semen ferre ac pubescere inci-  
 piunt, vt stirpes semen laturas primum florere  
 nouimus, adeò sanè vt lactis gratia potius  
 quàm propugnaculi intumescere, effæminatio-  
 resq; ipsis mamillas fieri cōstet. Nā & lac non-  
 nullis viris post pubē exprimi, & per suctū fre-  
 quen

quentiozem vel multum produisse, Aristoteles  
 ipse asserit, & nos quoq; non semel id conspexi-  
 mus: verum hoc potissimum accidit iunioribus  
 & senioribus viris, quibus mammae redduntur  
 conspectiores, praecipue si humidiores, leuiore,  
 neq; amplis venis sunt, eorumq; ipsorum us ma-  
 gis qui fusi quam cecidi sunt. Quod vero ma-  
 millae homini, quemadmodum & simiae, in pe-  
 ctore collocentur, non ita autem ceteris: praeter  
 hoc quod brachiorum manuumq; operationes  
 non impediunt, latumq; pectus, neq; ut reliqua  
 ferè animalia in acutum prominens habeat,  
 mulier puerum lactans abundè indicat, nobisq;  
 in illo officio varijs coniecturis colligere prom-  
 ptissimè est, mamillis commodiorem regionem  
 fessili animali & manibus vsuro (ut interim  
 veneris prateream vsur) anteriori thoracis re-  
 gioni nullam excogitari posse. Nam hic situs la-  
 ctis generationi propter cordis calorem non est  
 ineptus, & ex abundanti mamillae cordis pro-  
 pugnaculum & vallum quoddam cense-  
 ri possunt, homini imprimis pectus exporrecturo, ne-  
 que illo ceterorum ferè animalium modo humi  
 reclinaturo. Deinde & situs hic reciprocum  
 quandam calorem (qui tamen magis necessa-  
 rius ventriculo & intestinis fuisset) cordi re-  
 tribuit. Mamillae enim lanei penicilli, aut ve-  
 stis, aut ipsius in corpore adipis, aut carnis ritu  
 à corde

à corde caloris officina prius excalesactæ calorem illum reprimendo tegendoq; reuerberant. Item, cordis thoracisq; continuum motum, cordisq; inexpugnabilem calorem ad lactis generationem plurimum conferre, qui concoctionis alterationisq; naturã perspectam habet, absq; negocio colligit. Porro mamillis homini elatius, cæteris verò animantibus humiliter ex Aristotelis & Galeni aliorumq; philosophorũ & medicorũ suffragio collocatas esse propter alimentum, aut, vt ipsi dicunt, excrementi quod in lac conuertendum erat, penuriam: non omni ex parte sanum esse arbitror. Primum enim huc scopum dirigunt, quod sætus in vtero inferioris corporis partis excrementitium sanguinem in nutrimentum assumit, mamille verò ad lactis generationem sanguinem præcipuè superioris partis. Deim adijciunt, homini in elatiori parte mamillas reponi, cæteris autem animalibus nõ item, quod his superioris partis excrementum in cornua & iugas, secus multo quàm mulieri absumeretur. Quasi verò cerui, equæ, eiusq; generis animantia venis quæ à iugulo deorsum sub petore feruntur magis ac homines carerent: & in illis ex superioribus corporis partibus ad vterum sanguis minus quàm mulieri possit transfundi: & non multo plus mulieri, depili alias omnino, excrementi in longissimos capitis crines



nes, quàm alijs animalibus in cornua & iubis pro proportione deperiret. Sed profecto hæc Aristotelis ratio illi correspondet, qua innumera de menstruis purgationibus problemata, nescio aut tam verè ac audacter medici & philosophi solvunt. quum inter reliquas huius generis quaestiones, quam ob rem animalium sola mulier, & forte equa, menstruo laborent sanguine, interrogant, ac intrepidè vulgo imponentes asserrunt, alijs fœminei sexus animalibus in peninas, crines, cornua, squammas, eam menstruam purgationem absumi: in muliere verò, utpote levi ac depili, singulis mensibus destuere. quasi verò non frequentioribus & procerioribus plumis gallus quàm gallina, & in reliquo avium grege masculi matris quàm femelle ornaretur: deinde illi solidiores maioresq; ungues, & cristam (qua aves ornantur) longè proceriorem maioremq; obtinerent. Ac dein quasi leo nõ hirfutior leena esset, & ampliori longioriq; cauda & iuba equus quàm equa. & in cervorum sexu & boum non tam pilorū quàm cornuum frequentia, & proceritate, nulla planè esset differentia: & quasi mulieris ad talos usq; pendens coma, qua sponsus apud nostrates crines, acium medicaminum: vi, Italarū more haud quaquā erodētes, velut chlamyde obteclas indies videre est, non viri omnes pilos sepe etiam mole

mole superaret. Verum hæc aliò spectat: quem-  
 admodum & illud, cur mamille mulieribus ma-  
 iores quam viris obtigerunt, ac proinde reliquã  
 constructionis mamillarum ratione aggrediamur.  
 His forma exterius rotunda, vt minus ini-  
 iurijs essent obnoxia, perquam idonea fuit: in-  
 tus vero ea parte qua pectori committuntur, pla-  
 nas latasq; merito illas fecit Natura, vt firma-  
 niterentur basi. Teneram quoq; & prominen-  
 tem merito adipiscuntur papilla, vt hæc angu-  
 sto teneroq; infantis osculo indita, is cõfestim la-  
 bijs molliusculis cõstringat, & inferiorem delin-  
 cens maxillam, & buccas contrahens lac at-  
 trahat, deinde instar canalıs linguam inspectã  
 ad stomachum, à nemine interim eductus, pro-  
 pellat. Vt verò in illo suctu papilla turgidior  
 proceriorq; quam aliã dum minimè opus est  
 redderetur similem cum pene possidet substan-  
 tiam, que & laxari concidereq; & rursus à  
 suavi contactu intumescere erigiq; idonea cen-  
 seretur. Papilla autem sensu exactiori, & ner-  
 uorum surculis abundat, vt mamillis hæc quoq;  
 ex parte cū genitalibus esset affinitas. Vt enim  
 illis ad venereum congressum generisq; propa-  
 gationem, illecebram ac voluptatẽ indidit Na-  
 tura: sic quoq; & vberibus, & potissimum pa-  
 pillis, vt in lucem id editus sætus tenerulo &  
 nondum dentato ori papillam lubentius mater  
 titill

titillandam pruriendamq; inderet, ac sugēdam offerret. Mamillarum verò glandulosa substantia eius est ad iustitiam temperiei, ut in venis adductum sanguinem in lac familiare hominis alimentum convertere concoquereq; possit. Venę etiam non minori industria ex remotis longisq; partibus multis anfractibus, ut sanguis melius mamillis prepararetur. Sunt porrectę: quod non tam necessario atq; utiliter accidit. Necesario quidem, quoniam (et si secus Galeno visum sit) succinctiori quàm nunc via vene mamillis non potuissent deduci. Quo pacto enim, queso, à vena caua, quā inter septū trāsversum et cordis auriculā nulla suffulta base vena quepiam rectā sursum inter costarum intervalla ad mamillas (quod Galenus facile factū arbitratur) commodē deduceretur? Primum enim nō ut reliquus caue vene caudex, hanc crassam fieri oportuit, ac proinde fuisset inualida, neq; cartilaginum intervalla tātam venam indemne admississent, sed continuo comprimerentur, et ipsa tutius non firmata in thoracis motibus ilico diuellerentur, sanguinisq; eruptionis periculo homines semper fuissent obnoxij. Verum exacta venarum inter disseccandum ductus consideratio facile argumento est, neq; ab illis quę in brachium feruntur venis, in mamillas furculos comodiū quàm nūc posse

I

porrigi,

porrigi, multoq; minus à caua & arteria magna, nisi à iugulo vbi hæ pectoris ossis summis contingunt. Quis verò inflexionum & erraticis itineris venarum, & harum quidè frequentium, non autè vnius grandioris ad mamillas ductuū vsus sit, venæ ac arteriæ seminalium & aliorum vasorum materiam ab alio organo cõcoquendâ deferentium errabunda itinera & gyri cõmonstrant. Quid porrò valeat vterum mamillis cõmunio, ac proinde venarum à mamillis ad eas que prope vteri venas nascuntur congressus, is demum pernoscit, qui ex Aristotele lactis generationem vsuq; & lactis ad tenerum adhuc infantem alendum, necessitatem perdidicit. Primum enim inter mamillas & vterum mirificum esse consensum, præterquam quod simul cum vtero mamilla exurgunt, quotidiana in abortibus, & quam secunda valetudine fœtus fruitur, experientia erudit. Neq; id profectò iniuria, quò ad vnum opus consociendum vterum & mamillas comparauerit Natura: vterum quidem, vt & antea diximus, ad semen concipiendum, absolendumq; fœtum: mamillas verò, ad fœtum recens in lucè proditu alendum. Atq; hanc sanè confortij legè venarū arteriarumq; mutus congressus ductusq; efficiūt, que necessaria est, vt quando fœtus in vtero augetur efformaturq; illi soli alimen

Lib. 4. de  
Generatio  
ne anima.  
cap. 8.

alimentum ex utrisq; suppeditatum vena deri-  
 uent; ubi verò in lucem editus fuerit, totum id  
 rursus mamillis influat. Vnde etiam fieri non  
 potest, ut simul & menses probè defluat, & mu-  
 lier lactet. Alterù nanq; membrum semper sic-  
 cescit, dũ sanguis in alterũ declinat, deserturq;.   
 Sanguinis autè dum utero gerit mulier, ad ma-  
 millas refluxus, priusquã parit, iã diu ad hunc  
 modũ incipit. Antequam mulier conceperit, &  
 florida tamè sit ætatis, sanguis ille singulis mē-  
 sibus profluit: ex quo fœtus, ubi mulier conce-  
 perit, alimentum allicit. Ceterum vena indidè  
 ad uteri latera cõsita, tam lata, tamq; prolixæ  
 frequetesq; ac sanguine turgida sunt, ut effor-  
 matum iam fœtũ, & augmento dumtaxat indi-  
 gentem temporis successũ affatim enutriat, &  
 nonnihil semper superflui colligant, quod in illos  
 collectũ, aliò regurgitat, regionè querès, in què  
 commodè transmigret. Cõmoda autè regio sunt  
 (sed ad hoc famulãte Natura, & peculiari in-  
 dita ipsis vi) vena secundũ rectos abdominis  
 musculos sursum conscendentes, & ad illas ac-  
 cedentes, quæ sub pectoris ossè deorsum excur-  
 runt. ille nanq; suum sanguinè in his deponũt,  
 & lac mensibus (ut diuinus aiebat Hippocra-  
 tes) germanũ efficiunt. Quod autè, ut Galenus  
 asserit, uteri vena in quo superflui id reponen-  
 rent, nullã cõmodiorè regionè habeant, falsum

est, nisi diuina cuidam ac peculiari operationi tantum munus ascribamus. Venæ enim quæ in cruris pertinent ampliores, & recte magis deorsumq; protensa sunt: aut etiam vt inter conceptionis initia, aut quum mulier vterum nouerit, per vteri venas sanguis is abudans menstruarum purgationum modo effluere possit. Et adhuc minus veritati consonum est, venteris in vtero gerentibus molem comprimendo ad sanguinis illius ad mamillas influxum quicquam auxiliari. nam luculentissime recti abdominis musculi, dum sæta rescindimus animalia, compressi, admodumq; latiores redditi, mirum Nature opus nos exosculari cogunt, quo sursum siue per venas cuti proximè subditas, siue eas quæ rectis exporriguntur musculis, crassior ille sanguis per compressas angustasq; venas, & etiam plus quàm non prægnante muliere infleceas tanta copia regurgitat. At in hunc modum de mamillarum vsu sermo plus satis excresceret: quod ne fiat, nunc opportunum erit omnium quæ hoc libro perstrinximus organorum dissectionem quàm accuratissime subiungere.

Quo nam pacto anatomen aggredi conueniat, & priuatim omnium quæ hoc libro commemorantur partium administrandi ratio.

**H**Oc Caput, ac dein postremum sexti libri,  
 & postmodum septimi penultimum lu-  
 bens ita accommodarem, ut singula capita eo-  
 rum organorum que suis libris tractantur se-  
 candi artificium sic persequerentur, ac si quis  
 hec duntaxat in aliquo corpore intueri, aut  
 alijs commonstrare proposuisset. Deinde ea Ca-  
 pita ita velim descripta, ut si simul nexa fin-  
 gerentur, instar libri cuiusdam essent uniuersum  
 secandi artificium complectentis: quo quis  
 probe in Anatome versatus, apud studiosos in  
 publica sectione uti possit. Quamquam enim  
 priuatam & inter paucos exhibitam sectionem,  
 publice preferendam nemo ambigat, quum  
 tamen omnibus non suppetat corporum copia,  
 multoq; minus peritior aliquis, qui ad cuiusque  
 vota sectionem aggredieretur, in promptu sem-  
 per sit, publicam quoq; sectionem à studiosis sum-  
 moperè expetendam duco, ut ipsi vel obiter in  
 ea spectatorum turba edocti, si quando in cada-  
 uer incidant, proprijs manibus administratio-  
 nem accuratè obeant, & studia inuicem conse-  
 rentes, hanc medicine seu naturalis philosophiæ  
 partem debitè amplectentur: idq; potissimum  
 in nostra huius seculi fœlicitate, quando una  
 cum ceteris disciplinis, Anatome prorsus sopita,  
 eonq; promouerit, ut omnia que hoc opere per-  
 sequor, una eadèq; hyeme & Patauij & Bono-  
 niæ

nie in ea spectantium frequentia ad eum modum nō semel aggressus sim, quo præsentes septē libros digessi. Primum enim adhibitis studiosorum & mea opera variorum hominum seuum ac iuuenum, mulierum & virorum ossibus, compactis & dissolutis, simul cum simiarum et canum, aliquotq; aliorum animalium ossibus, Galeni librum de Ossibus ad eos qui introducuntur, prelegi, ac ossium, cartilaginum, seu eorum que fuleri modo humanam fabricam sustinent, ac que reliqua describuntur cognitionem vna absolui. mox omnium musculorum & ligamentorum pariter, ac omnium que secundo pertractantur libro, fabricam persecutus sum: priori lectione studiosos admonēs, quo nam loco Galenus eos quos sequenti lectione ostensurus eram musculos describeret. atque quum longius duxissem Galeni verba prelegere, ante sectionem, ipsius sententiam semper recensui. ac postmodum hominem & canem, & quum obtigit, simiam in omnium presentia secui, sedulo omnia vti à me describuntur commonstrans. Absoluta musculorum historia, in eodem corpore in quo illos administraueram, viscera, & que vulgò in tribus ventribus contineri dicimus, obiter ostendi: spectatorum animos ad venarum, arteriarum & neruorum disciplinam hac ratione parans, qua ante musculorum doctri-



doctrinam ossa aggredior, ut scilicet venas postmodum, arterias & nervos commodius in alio corpore tunc pertractarem, ac pariter in eodem que ad interiora spectabant ad amissim absoluerem, ante sectarum partium ostensionem earum fabricam ad eum modum semper docens, quo illam his libris commemorare adnissus sum. Quo autem modo quis hæc omnia obiturus sit, partim in primo & secundo recensui, partim verò hoc capite & in calce subsequentium librorum complectar. In primo enim libro ossium parandorum rationem, in secundo autem musculorum dissectandi in vno corpore methodum persequabar. At hic me negotio ita accingam, ut etiam hæc omnia in vno tantum cadavere, si modo in corporum penuria id opus esset, administrare queas: ac rursus si velis, privatim singula in varijs cadaveribus perficias: quod longe etiam est consultissimū, ne eorundem organorum partium ve series interturbetur, ac venis quum muscoli ostendantur, aut quū nervos tractas, musculos explicare tenearis. Corpus itaque publicæ sectioni adhiberi convenit, in suo sexu quàm temperatissimum, & ætatis mediæ, ut ad hoc tanquam ad Policleti statuam alia corpora possis conferre. In privatis autem sectionibus, que crebrius accidunt, utile erit quoduis aggredi, ut cuiusmodi id quoque

sit expendas, corporumq; differentiam, veramq;  
 multorum morborum naturam assequaris.  
 Theatrum porro ac mensam cui cadauer im-  
 ponetur, ea ratione confici curabis, qua hanc ti-  
 bi commodiorem, illud verò excipiendis specta-  
 toribus aptius fore duxeris. Instrumenta au-  
 tem operi adhibenda, in secundo libro vtrunq;  
 recensui. Quum itaq; in vno corpore omnia ab-  
 soluere necessum est, neq; seriatim, vt in his li-  
 bris docemus, singula pertractare licet, de cor-  
 poris humani fabrica cognitionis dignitate &  
 vsu quedam, si visum fuerit, leuiter presenti  
 sceleto præfaberis. vix enim hodie vlla est Aca-  
 demia, que non vnum atq; alterum habeat,  
 quod sectioni semper vtilissime adhibeatur. Ca-  
 dauer autem ipsum postquam hominem à ca-  
 teris animantibus distinxeris, in caput, corpo-  
 ris truncum, manus & crura, oratione diuides,  
 aut tres ipsius sedes vel virtutes constitues, que  
 singule singulis secundum Platonis præcipi-  
 sententiam dicantur animis, atq; his sedibus &  
 generationis organis postmodum manus cru-  
 raq; adijciuntur. Mox licebit accuratius corpus  
 distinguere, & exteriorum partium nomen-  
 claturam studiose recensere, quam ex varijs  
 Galeni & Aristotelis locis, deinde collectim ab  
 autore Introductorij seu Medici: & Iulio pollu-  
 se, & cum alijs plerisq;, Georgio Valla peter-  
 quam

quanquam & ego passim in primo libro Os-  
 sium nomina perstringens, earum vocum non  
 pœnitendam supellectilem collegerim. nomina  
 enim superficialijs sedibus indita, etiam ossibus  
 ferè adhibentur. Vnde etiam aliquando in ca-  
 dauerijs cute ossium delineationem in sua sede  
 pinxi, quò ita aptius idem nomen ossi parti-  
 quam os occupat accommodatum ostenderem.  
 His nomenclaturis aduectes partium differen-  
 tiam, eas in similes ac in instrumentarias sub-  
 diidentem. atq; hic vtile fuerit commemora-  
 re, quæ nam partes in harum illarum re clas-  
 sem reponantur, non neglecta communi cuiusq;  
 partis descriptione: quam & hic noster labor  
 affatim suggeret, si modo singulas descriptiones  
 in suis locis requirere non grauaberis. Partium  
 namq; enarrationes ab ipsarum descriptione fe-  
 rè auspiciatus sum, vti etiam inter disseccandum  
 consueui, quum seriatim omnia aggredior, &  
 quam doceo partem in alio animali nudam  
 ostendere conor: quod etiam nunc accepto ca-  
 ne, aut agno, aut alio quouis paratu facili non  
 absq; spectantium vsu præstiteris: si modo quid  
 os, cartilago, fibre, ligamentum, adeps, caro,  
 glandosum corpus, deinde quid musculus, ener-  
 uatio seu tendo, aliæq; musculi partes, vena, ar-  
 teria, & nervus sint, lubeat docere, ac mox quo  
 pacto magis instrumentarie partes conscian-

tur ostendere. hac enim non inopportune gene-  
 ratim, ut dicebam, in animali quopiam (ne  
 hominis corpus hac occasione vices) common-  
 strantur, quo minus earum partium ignorantia  
 in cuiusq; membri instrumentiq; enarratione  
 spectatorem remorentur, & ipse narrationi  
 seriem cogaris interrompere. Porro differentias,  
 que inter enarrandum a partium usu, ut quod  
 quedam ad vitam, alie ad speciei successionem,  
 alie ad bene viuendum faciant, alieq; eius ge-  
 neris differentie, que huc quam plurime referri  
 possunt, in presentia neququam propositum est  
 recensere, quod huiusmodi passim in singularum  
 partium capitibus satis prolixè doceam, quodq;  
 hic sectionis rationem mihi explicandam po-  
 tius quam illum in cathedra citra partium co-  
 gnitionem, ac ex aliorum libris duntaxat phi-  
 losophandi modum commemorandum assump-  
 serim. Illam itaq; aggressurus studiorum sode-  
 libus potius quam minus, qui secantem ad-  
 iument, adhibitis, acutiori nouacula orbicularem  
 sectionem secundum umbilicum adeo profun-  
 dam duces, ut cutem penetret, dein à media pe-  
 ctoris ossis longitudine rectam sectionem ad  
 umbilicum usq; molieris, & ab infima umbi-  
 lici sede perges ad pubis usque medium virilis  
 membri (si modo viri cadaver ad manum sit)  
 radicem cotingens: aut, si mulieris corpus secas,  
 quonsq;

quousq; pubis ossis sedem inter vuluæ cervicis  
 colliculos superaueris, vt scilicet à pectore ad pu-  
 bem vsq; vna quasi sectio (integro interim um-  
 bilico) pertingat. Post hanc, vtrinq; ad umbilici  
 latere sectionem trāsuerſim ad lumbos vsq; du-  
 ces, id interim studens, vt solam cutem pertun-  
 das, quod in homine, & potissimum obefiore, fa-  
 ctu nō adeo est arduum, quum adipis crassities,  
 ne carnosam vities membranā, promptè remo-  
 retur. Factis hunc in modum sectionibus, cutis  
 angulum, qui ex quatuor rectis angulis umbi-  
 licum spectatibus superior dexterq; est, hamulo,  
 aut summis sinistræ manus vnguibus attollito,  
 acutissimāq; nonacula cutem ab adipe secerne-  
 re studeto. Vbi cutis portiunculam liberaueris,  
 hac sinistra manu eleuata, reiectoq; hamulo,  
 paulatim cutem ad mamillas vsq; versus dor-  
 sum transuersis sectionibus proximè ad cutem  
 factis, ab adipe diuides. Hac abdominis thora-  
 cisq; parte à cute nudata, reliquæ tres pari mo-  
 do sunt detegende, ac cutis & cuticula (quā  
 Ἐπίδερξις Greci vocāt) natura venit inqui-  
 renda, quæ in cute quidem absq; alio negotio se-  
 se offert: cuticulæ verò non nisi illam ardentis  
 candelæ, quā cuti adhideas, vi, vesiculæ modo  
 à cute abscedere cogas. Cum cute deinceps &  
 venis sub ipsa secundum abdominis regionem,  
 & ab imò sursum & à pectore deorsum excur-  
 rentib

ventibus adipe quoq; examinata, si hac homo (vti ferè solent omnes diuturniori morbo non enecati) abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipe liberaſti, à carnoſa membrana ſeiunges. quod ſanè niſi acutiſſima nouacula nunquam aptè confeſeris. Si verò macilentius obtigerit corpus, adipem carnoſe membrana adherere ſines. adeps enim tunc quòd nullam obtineat craſſitiè, quo minus carnoſioris membrane natura in conſpectum veniat, nihil impedit. Vt cunq; ſeceris, ſiue adipem abraſeris, ſiue adnatam membrane reliqueris, uſdem per membranam ductis ſectionibus, quas à pectore ad pubis os, & ab umbilico ad ilia in cute faciendas retuli, harum quoque ſectionum anguli hamulo ſunt ſeriatim eleuandi, & ipſa membrana reuſiori ſi lubeat nouacula, aut digitorum beneficio à ſubditis corporibus ſeparanda, vt iam ſimul cum magna thoracis parte vniuerſum abdomē cute adipe & carnoſiori membrana detectum occurrat. Ad hunc ſanè modum adminiſtrationem in ſcholis ſubinde ſum aggreſſus: quanquã, ſi quis velit, integrũ etiam ſit in vna tantum abdominis parte cutem, adipem, & carnoſam membranam examinare, et à reliqua abdominis ſede cutem ſimul cum adipe & membrana abſq; vllò artificio laniorum ritu auellere. Verùm de harum partium natu-  
ra, ade

ra, adeoq; administratione, in secundo libro egè  
 prolixius, in eodemq; libro rationem qua opti-  
 me abdominis musculos, qui vtrinque quatuor  
 sunt, aggrediaris, & peritoneum nudes, docui:  
 dum duplici ratione abdominis musculos dice-  
 rem ressecandos, in vno quidem latere sectio-  
 ne ab abdominis medio versus musculorum ori-  
 gines inchoata, in qua primum abdominis mu-  
 sculus obliquè descendens, ab ascendente obliquè  
 auferitur, mox is à recto & transuersim ducto  
 abdominis musculo, dein rectus à transuerso,  
 recti interim insertione à costarum cartilagi-  
 nibus liberata. Alteram sectionem à lateribus  
 ad abdominis medium faciendam præcepi, quæ  
 etiam obliquè descendente ab obliquè ascenden-  
 te auferit, & dein hunc ascendente à transuer-  
 so ac recto, & rectum insuper à transuerso, &  
 postremo transuersum à peritoneo liberat, se-  
 ctionis videlicet serie ad abdominis medium  
 deducta. Ac proinde si seriatim singula in vno  
 corpore ostendere animus est: ex secundo libro  
 abdominis musculorum administratio peten-  
 da venit, quæ nunc prosequar præcedens. In hac  
 etiam priuatim venarum & arteriarum &  
 neruorum series est examinanda. venarum  
 quidem ac arteriarum, quæ à pubis regione sur-  
 sum secundum rectorum musculorum poste-  
 riorem regionem versus vmbilici sedem cōtin-  
 gunt,

gunt, & eas quæ à pectore huc quoque contendunt, & in proximis sedes quemadmodum ille surculos utrobique deriuant: neruorum autem ab illis productorum, qui costarum spuriarum interuallis offeruntur, & à lumborum vertebris ad abdominis musculos ( ut suo loco comprehensum est ) variè dispensantur. Ceterum transuersis musculis vndecunque à peritone liberatis, tota ipsius propemodum exterior superficies oculis obijcitur. omni enim ex parte euadit conspicua, præterquam qua septo transuerso obnascitur, & qua ex vertebris & ossi sacro originem ducit. Ceterum hominis peritoneum natura infirmius est, quam ut leui negotio id vndecunque à septo dirimi queat: quamuis interim solius manus beneficio peritoneum dum adhuc integrum est, ad spinam usque à subditis illi musculis, & nonnihil quoque à caruosa septi sede liberetur, & spheram planè oblongam referat. Porro si minori negotio peritoneum penitus à septo auellere visum sit, id in porcellis præstiteris commodissime, si postquam ( ut in homine ) à peritoneo transuersum abdominis musculum seiuixeris, id à caruosa septi parte tuis digitis, cultri vice sensim separare studeas. ita namque à nervosa septi transuersi parte peritoneum abscedet: & si deinde in opere perrexeris, ab vniuerso ventriculi



tili corpore ad omenti usq; membranas, dein-  
 de & à iecoris gibbo peritoneum auelles, di-  
 scesq; quo nam pacto id illis organis tunicas in-  
 uolucraq; offerat. Postquam diligenter perito-  
 neum exterius cum suis foraminibus, uenis, ar-  
 terijs, ueruisq; perpenderis, nouacula aut cul-  
 tello à sinistro mucronate cartilaginis latere  
 deorsum ad sinistram usq; umbilici sedem se-  
 ctio in peritoneo ducenda est, mente adhibita,  
 ne altius cultello impacto quicquam subdito-  
 rum vulneres. Hinc ab umbilico eandem se-  
 ctionem modicè sinistrorsum inclinantè ad pu-  
 bis usq; os (ut aliquo internallo ab ipsius medio  
 in sinistrum latus deniet) tentanda est. Insuper  
 in hac sinistra peritonei parte è directo umbi-  
 lici sectionem versus sinistrum ile mollioris, &  
 superiorè eius peritonei partem ad costas, infe-  
 riorem verò versus coxam reflectes. Leuata au-  
 tem nunc sursumq; nonnihil reuoluta, seu dextror-  
 sum inuersa peritonei dextra parte, uene ex  
 umbilico in iecur pertinenti animum adhibe-  
 bis, quæ potius fini multo adipe oblito, quàm  
 uene respondet. Hanc quæ iecori proxima est,  
 & ubi duntaxat à peritoneo abscedit, sinistra  
 manu apprehendes, & acutiori cultello inter  
 ipsam et peritoneum iniecto, transuersis sectioni-  
 bus eam ad umbilicum sensim accedens à peri-  
 toneo diuides. Quò quum perueneris, intacta  
 uena,

vena, ab umbilici dextro latere ad ilia vsq; sectionē in peritoneo duces, eam peritonei partē, quæ nunc libera est, super dextri lateris costas reflectens. Ceterum iam adhuc vna peritonei pars, quæ in dextro latere inferior est, umbilico connata manet, nõdum ve libera pendet. quare vt & hanc libera, neq; aliquid interim vitiet, umbilico sinistra manu comprehenso, ab ipsius dextro latere, sectio in hanc peritonei partem ad pubis vsq; os faciēda est, quæ digitorum aliquot latitudine à pubis osium commissura in dextrum declinet. Inversa modò peritonei particula, quæ triangularis adhuc ab umbilico ad pubis os ac vesicæ fundum pertinet, tres quasi funiculi inuicē appositi, atq; illi peritonei parti interius adnati visuntur, qui studiose cultella acutiori ab ea sunt diuidendi, ipsiq; funiculi inuicem attentē dirimendi veniunt, ne in homine versus pubis ossa nimium liberè sectionem producents, vesicæ fundum vulneres. Homini namque vesica, eo quòd tota anteriori sede peritoneo connascatur, multaq; pinguedine obducatur, ita rudibus imponit, vt hic vesicam reponi ignorent, vesicam querentes, quæ ipsis in hominibus perinde atq; in bobus et canibus occurrat. Quum itaq; hæc non oscitanter experderis, medium funiculum vesicæ fundi median nasci, & nusquam à peritoneo abscedere obserua

seruabis: reliquos autem duos secundum vesicæ  
 latera deorsum, penitusq; ad arterias per pu-  
 bis ossum foramina in crus delapsuras porrigi  
 conspicias, modo eos à peritoneo acutiori cultel-  
 lo ad illorum vsq; insertionem liberare non pi-  
 geat. Medius funiculus, meatus est, quo è vesti-  
 ca, quæ utero gerimur, vrina in mediû sætus  
 tunica, quæ à sarciminiæ specie nomen inuenit,  
 excernitur. Reliqui autè duo, arteriæ sunt, qui-  
 bus naturalis sætus calor recreatur. Verû neq;  
 hec tria corpora, neq; id quod iecori inseritur,  
 vllam nunc cavitatē habere videbuntur, sed pla-  
 nē emortua aridaq; & multo adipe enutrita  
 apparebunt. Vnde etiã alios Anatomes latue-  
 runt proceres, ea omnino aboleri in natis homi-  
 nibus, quemadmodû in canibus serè accidit, as-  
 seretes. Ceterû posteaquã vene ab umbilico ie-  
 cori insertæ implātationē sedulo inspexeris, inte-  
 grum est, eam cû umbilico, quē hætenus serua-  
 sti, deinde & tres alios funiculos rescicare, ani-  
 maduersoq; peritonei ad vesicæ fundû cōnexu,  
 sectionem ad omentum conferes. Reliqua enim  
 quæ in peritoneo adhuc videnda supersunt, nisi  
 paulatim organa hoc obcincta abstuleris, vide-  
 re nequis. Porro priusquam aliquid loco dimo-  
 neas, omenti situs venit obseruandus, num sci-  
 licet vt in canibus & porcis, atque adhuc mul-  
 to magis in simijs, ad pubem vsq; id sub vesicæ  
 poste

posteriori sede exporrigatur: an verò (vti frequentius obseruatur) versus sinistrū latus reuolutum, sursumq; etiam supra mediā intestinorū sedem cōtractum occurrat. Si postremum illud inueneris, vtraq; manu humiliter omenti extremum modicè eleuabis, ac sensim equaliter deorsum detrahens id omnibus intestinis ad pubis vsq; os obtendes. ita enim quantum sit, quodq; interdum ad inguina & scrotum & inter vesicam & vteri cervicem deuolui possit, condisces. Vt verò omenti ad colūm intestinum, quā vetriculo id exporrigitur, connexū cernas, alia bus rursus manibus humiliorē omenti finem sursum ad pectoris os attolles, & priusquam aliqua ex parte inferiorem omenti membrane partem, quæ veluti ex tertia coli intestini tunica enascitur, à colo disseces, omentum quā possis maximè pectori obtendito, ac intestinorū situm summa qua poteris industria solis vtens manibus inuestigato, & primū anteaquam alicuius intestini locum perturbes, ipsa vt se eleuato iam omēto spectanda offerūt, ad amissim contemplaberis. vt quū cuiusq; intestini ductū didiceris, cui peritonei regioni vnumquodq; vicinius sit, in medicamentorum vsu & affectibus dignoscendis perspectum habeas. Similatur igitur id accurate neq; obiter profectò obseruaueris, dextram manum recti intestini qua rē

osis

ossis sacri incumbit initio, accommodabis, & sini-  
 stra manu tenuia intestina leuiter in dextrum  
 deprimes, non quidem omnia, sed eorū partem  
 qua dextrae manus quum à recto conscendes,  
 in progressu erit vicinior. Ad hunc itaq; modū  
 sinistra dextrae simulati, à recto intestino sen-  
 sim dextram colo admovebis, atque secundum  
 ipsius ductum revolutionesq; ad sinistri renis  
 sedem, hinc ad lienem & fundū vetriculi per-  
 tinges. quo quum perueneris, mutato manuum  
 ministerio, sinistra colum est apprehendendum,  
 dextra verò tenuia intestina in sinistrum mo-  
 dice depellenda, quousq; omnē fundi vetriculi  
 sedem, iecurq; superaueris, & colum sub dextri  
 renis regionem (vbi finit) deduxeris. Huc enim  
 quum pertigeris, sinistra manu coli terminum  
 modice subleuabis, ac caeci intestini situ, formaq;  
 similiter obseruata, manu dextra simul cum  
 sinistra apprehēdes, & vtriusq; manibus sibi pro-  
 ximis, eisdemq; ab intestinis nunquam remotis,  
 à colo mox ductus ilei intestini, & dein ieiuni  
 sequeris, quod factu longè est facillimum, usq;  
 dum perueneris ad ieiuni principium, quae sub  
 colo retorquetur, ac dorso quodammodo alliga-  
 tum duodeno continuatur. Quapropter vt vni-  
 uersus intestinorū ductus tibi occurrat, dextra  
 adhuc ieiunum complecteris, sinistra verò in-  
 ter iecur & dextram vetriculi sedem intra-

des, duodeni intestini inquirens principiu: quod  
 ubi inueneris, deorsumq; secundum ipsius du-  
 ctum descēderis, ieiuni intestini principium, &  
 que illi proxima est pars, quāq; dextra adhuc  
 amplecteris, etiam immotescet. Si modo lubet  
 (quod & faciendum maximè consulo) poteris  
 à ieiuno ad ileum, & hinc ad cæcum ac colū,  
 & à colo ad rectum contrario ductu intesti-  
 norum situm secūdo examinare, nulla interim  
 (ne quid vulneres) facta amissione. Perperso  
 intestinorum situ, ac hīs utriq; in suum locum  
 repositis, omentum rursus intestinis est obuol-  
 uendum, ventriculiq; iecoris & lienis situs ve-  
 nit examinandus. Primum itaq; inter septum  
 transversum & iecoris gibbum, manū inferes, ut  
 illius gibbum ligamentaq; in cōspectū veniat.  
 ac quo nam pacto ex præcipuo iecoris ligamen-  
 to tenue ipsius inuolucrum nascatur intuearis,  
 manum transversim hinc inde ducēs. Deinceps  
 inter iecoris cauum & dextrum ventriculi la-  
 tus sinistram manum, dextram verò inter se-  
 ptum & latus ventriculi sinistram impones,  
 paulatimq; inuicē adductis manibus, ad ventri-  
 culi superius orificium accedes. quod in conspe-  
 ctum veniet, si modo iecur sinistra sursum non  
 nihil protruseris, & dextra ventriculi corpus  
 deorsum compresseris, atq; una eademq; opera  
 iecoris cauum ac vniuersum ipsius sitū obiter  
 exci

examinaueris. Præter hæc, ea quoq; operatio vē  
 triculi sedem etiam accurate commōstrabit,  
 dummodo hinc inde, nunc iecur sursum trudēs,  
 nunc ventriculū deprimēs, manus ducere nō  
 detrectes. Lienis porro sedem adinuenies, si in-  
 ter sinistrū ventriculi latus & septum trans-  
 uersum, sinistra manū immiseris, ventriculūq;  
 cum colo intestino hæc excurrente, in dextrum  
 latus attraxeris: siquidem tunc lienis superius  
 & dimidium ipsius caui latus sese visui offe-  
 runt, etsi dextrā manū inter lienē & septum  
 transversum mediam immiseris, lienemq; mo-  
 dice eleuatum versus ventriculū protruseris,  
 ipsius quoq; gibbum apparebit. Quo tamē hæc  
 omnia leuiori negotio conficias, nō erit inutile  
 interdum aliquod costarum interuallum arcto  
 vulnere ad thoracis vsq; amplitudinem pertū-  
 dere. Quum primum enim thoracem vulnera-  
 ueris, septum transversum deorsum concidens  
 insigniter flaccescit, quantumuis etiam vehe-  
 menter antea tensum, sursumq; attractū, iecur  
 & ventriculū in thoracis amplitudinē sur-  
 sum duxerit, difficilemq; horum inspexionē ob-  
 id parauerit. Cæterum iam omenti membra-  
 ne inuicem sunt dirimenda, quod fiet, si dextrā  
 omento subieceris, hacq; inferiorem membra-  
 nam, sinistra verò manū superiorem appre-  
 hendere, trahereq; studueris. hæ enim ocyus in-  
 uicem

uicem dirimuntur, mar sup̄y, seu sacculi specie  
 commonstrantes: qua visa, inuicem membra-  
 nas aded diuilles, vt alibi lacerentur, commo-  
 deq; manū in illarum amplitudinē inseras, &  
 vtrinq; in lateribus, & humiliori omenti sine  
 superiorem membranā ab inferiori discerpas.  
 Iam inferioremem membranam intestinis expor-  
 rectā sinere conuenit, & superiore aded pectori  
 supertendere, vt elatius ventriculū ē sua sede  
 elenet. quod si nō successerit, sodalis manu id fa-  
 cias oportet, vt cōmode inferioris omenti mem-  
 brane exortus, quaq; per ipsum feruntur orga-  
 na in conspectum veniant: ac discas pariter,  
 quoniam pacto hæc in hominibus colo intestino  
 mesenterij vice sit, tota ea sede quā colū ven-  
 triculi fundo attenditur. In hac enim mēbrana  
 vbi ventriculo subseruitur, minor portæ vena  
 trūcius ferri, suosq; in quos digeritur ramos edu-  
 cere, apparebit. Deinde præter truncū conspici-  
 tur arteria, quæ lieni, ventriculo, iecori, bilis ve-  
 sicula, & ipsi demū omento surculos derivat. sic  
 quoq; & arterie radix, quæ superiori sede me-  
 senterij disseminatur: deinceps & nerui duo,  
 quorum dexter iecori bilis folliculo, & dextri  
 fundi ventriculi sedi, et hac quoq; parte omēni  
 spargitur, sinister verò lieni & sinistri fundi  
 ventriculi sedi, ipsiq; dextræ omenti parti distri-  
 buitur, & ante hæc omnia in humiliori omēni  
 men



membrana, quæ ventriculo subiacet, corpus glandosum, vasorū & nervorū seriem munies cernitur. Hæc obiter, neq; vilo adhibito cultro in presentia sunt intuenda, manibus tamē summisq; digitis superior omēti pars diligenter est inquirenda: quam observabis, si ministri opera ventriculo semper eleuato, ac velut ad superiora truso, ab ipsius fundo deorsum versus iecoris cauum, vbi omentum simul multa colligat corpora, & hinc per dorsum quæ arteria magna septum permeat, secundū lienis cauū ad ventriculi fundū vsq; deuenieris. Hic enim superior est omenti circulus, & si illud saccum marsupium ve esse dixerimus, eius orificiū. Quo nam pacto autem ipsius ortū adinuenias, paulo post dicam. In presentia enim ventriculo in suum locum reposito, illum in sinistrum latus cū intestinis trahi curabis: iecur verò, vt ipsius cauum adanussim videas, in dextrum & velut sursum protrudes. deinde postquam obiter bilis vesiculam contemplatus fueris, sectionem omnium totius corporis molestissimam maximeq; operosam aggredieris. Bilis namq; meatus, & venarum & arteriarum venarumq; rami (quæ omnes simul inferiori membrana omenti ad cauum iecoris colligatur) nunc veniūt retisfiori cultello examinandi, ne acutioris cultelli mucrone venam quampiam pertudas, sicq; omnia

cruore obliteres. Offeritur itaq; primū nerru-  
 lus ab humiliori vetriculi orificio iecoris cauo  
 insertus, qui à sexti nervorū cerebri paris pro-  
 paginibus superius vetriculi orificiū adentibus  
 pendet. Vbi hunc à vicinis organis diremeris, à  
 membranarū cōnexu diuidendus est alter ner-  
 uus, qui vno ramo iecoris cauū, altero. autē bi-  
 lis vesiculam accedit. Huic neruo arteria atrē-  
 ditur parem cum illo efficiens distributionē, ac  
 mox post neruum liberanda. Huius verò, vt &  
 nervi initium, paulo post inuenies. nunc enim  
 sat est, hæc inuicem iuxta iecoris cauum sepa-  
 rare, hicq; eorum seriem discere. Sub arteria bi-  
 lis vesiculæ meatus cōsistunt, à portæ vena iam  
 liberandi: primū duo illi, qui ex iecoris cauo  
 ex multis surculis colliguntur, & ilico in vnu  
 cōeunt meatum, qui vna parte in bilis fertur  
 vesiculā, altera in duodenum intestinū. Vbi hæc  
 à portæ vena ad intestinum vsq; & bilis vesi-  
 culam secreueris, illam pollice ad eò comprimes,  
 vt meatus bile turgentes cōmodius appareāt,  
 & num quis meatus ab hac vesicula in vtri-  
 culum pertingat, animaduertas: quē si non in-  
 ueneris, acu meatū in intestina properantem le-  
 uiter pertundes, vt profluēs bilis argumēto sit,  
 nullum processum ab illo meatu tibi incuria  
 præsectum. Postremò vena portæ est examinan-  
 da, ac ilico atq; ipsius circumscriptionē quā ex  
 iecore

iecore prodit animaduertes, propagines illius  
 obtusiori cultello sunt inquirenda, semper arte  
 riæ & nerui, vena per vniuersum ipsius seriẽ  
 attentõrum, diligenti habita ratione. Primum  
 itaq; surculos portæ aggredieris, qui bilis vesicu  
 le exporriguntur: deinde eum qui ferè citra ar  
 teriæ consortium in dextrã ventriculi sedem,  
 iuxta ipsius inferioris orificij posteriore regio  
 nem modica ramorũ serie digeritur. Hunc sub  
 sequitur, qui dextrã fundi ventriculi partẽ &  
 medium superioris omenti membrana perreptat.  
 Post hunc, qui duodeno nobis vocato intestino  
 deriuatur, quem secundum intestini longitudi  
 nem in corpus quoddam glandulosum carneũq;  
 descendere obseruabis, si modo (vti iam monui  
 mus) retusiori cultello venam, illiq; accumben  
 tem neruum, arteriamq; nudare studueris. Mo  
 dõ magnam portæ distributionem deteges, trũ  
 cum, qui mesenterium adit, obiter tantum ex  
 pendens. Atque hoc in presentia relicto, ad  
 truncum qui lieni potissimum exporrigitur, te  
 conferes. Atq; vt hunc commodè videas, ven  
 triculus & intestina tibi veniunt ad eum mo  
 dum aptanda, quo situabantur dum inferiore  
 omenti membranam intuebaris, ac ventriculũ  
 sodalis manu sursum attolli, & intestina deor  
 sum premi curares. Patente itaq; nunc tibi su  
 periori sede humilioris omenti mēbrane, accu

rata cura ramos omnes minoris portæ trunci  
 examinabis, quos omnes aut ventriculo, aut  
 lieni, aut ipsi omento, coloq; intestino in homine  
 exporrigi adinuenies. Interea verò quæ ramos  
 hos inquirens, ipsosq; à glandoso corpore illos sus-  
 fulciete liberabis, omnibus serè arteriâ, multis  
 autem neruum attendi obseruabis. Arteriarum  
 radix sese offeret in elatissima inferiori omni  
 membrane sede, vbi etiam occurret magnæ ar-  
 teriæ in mesenterium deducendæ origo: deinde  
 vtrinque vnus sese offeret neruus, ad magna  
 hæc descendenti arteriæ latera exiliens, sexti  
 neruorû cerebri paris propaginû, quæ costarum  
 radicibus exporriguntur, soboles. cuius ramuli  
 vnâ cum arterijs dum venam nudas, in cõspe-  
 ctum semper veniunt. Iam & gradioris portæ  
 trunci & paulo antè dictæ arteriæ & nerui  
 per mesenterium seriem, & quæ inibi distan-  
 tiis præsumt glândulas inuestigare tempestiuû  
 est. Primum itaq; solis manibus intestina hinc  
 inde inuicem diduces, & nunc in dextrû, nunc  
 in sinistrum latus reuolues, vt citra sectionem  
 mesenterij naturam perfunctoriè contempleris.  
 Deinde obtusiori cultellulo maiorem venæ por-  
 tæ truncum & dictam nuper arteriâ & neruû  
 inuicem liberabis, & dein vt vniuersum ipso-  
 rum ductum, & glândulas diuagationibus  
 interiectas intuearis, vnguibus vnâ mesenterij  
 mem

membranam ab alia diuelles. Ac hoc per vniuersum mesenterium haud venit tentandum, suffecerit enim in presenti à centro ipsius aliquot vasorum surculos ad tenuia vsq; intestina deduxisse, ac mox alteram mesenterij arteriam aggredi, à magna arteria ipsi post seminalium arteriarum ortum depromptam. Atq; hanc promptè inuenies, si cum intestinis mesenterium in dextrū latus reuolueris, vnguibusq; aut obtusiori cultello mesenterij membranas, quæ colo sub sinistri venis sede adnascitur, inuicem dirimere conaberis. Hic enim ilico eius arterie rami venis commisi sese offerent, rursus arterie radicem commoustrantes. Quam vbi inueneris, ipsius diuarcationem prosequere, vt dicas qui hæc cum vena mesenterio suffulta relecto intestino ramos exporrigat. Parum modo sollicitus, etiã si venæ huius extrema in reclusum intestinum inferi non intuearis: id enim paulo post fiet facilius. Hac sanè omenti administratione intestinorum, ventriculi, iecoris, lienis & mesenterij situs, præterea quæ his omnibus exporriguntur venarum & arteriarum & nervorum surculi sunt examinandi. Porrò administrationi, qua quæ adhuc in illis organis videnda supersunt, commode intuearis, alijs quæ monstres, nunc me accingam. Manusculæ in star semicirculi obliquatæ  
acui

acui filum, quo literarum fasciculi colligantur, traiciendum est. hanc per mesenterium sub recto intestino, qua sacro osi incubit duces, & eius intestini fecibus sursum ad coli amplitudinem protrusis, recto intestino vinculum inicies. absque Eto iam quod superest filo, feces vinculo proximas ex recto intestino sursum demum comprimēs, & intervallo trium digitorum plus minus interposito acum rursus sub recto intestino supra prius vinculum traicies, secundo rectum intestinum ita ligaturus, ut inter duo vincula nihil excrementi sit reliqui. Deinceps nouacula recti intestinum inter duo vincula diuides, & superiorem ipsius partem sensim a mesenterio obtusiori nouacula (ne fortassis negligentior intestina vulneres) refecabis, & dehinc colum, ileum, ieiunum continuo a mesenterio ad ieiuni usque principium liberabis, intestinis in peluim repositis. Atque in hac functione coli intestini supra renum pingues tunicas connexus sedulo est animaduertendus, vna cum vasorum frequēti serie intestina implicante. Vbi vero ad ieiuni usque principium pertigeris, id perinde atque rectum, duobus vinculis intercipientes, ita ut elatius vinculum insertioni meatus vesiculae bilis proximum sit, non autē elatius conscendat. Intestina a ventre libera bainulo alicui, quales hic sectioni adhibemus, abluēda offeres, ut si visum fuerit abluentorum

torum iam tunicas & longitudinem examina-  
 re queas. Patavij & Bononiæ postquam abluta  
 scholarumq; scamnis exporrecta essent, aliquan-  
 do vesicæ instar inflari curavimus: ita enim  
 non nō solum longitudinem, quæ omnibus vice  
 eadem est (quanquā quatuordecim vlnas ferè  
 æquet) verum formam ac amplitudinem faci-  
 le didicimus. Tunicas autē, intestinis ad hunc  
 modum exporrectis, inquirere est longè facili-  
 mum. apparet enim mesenterij pars intestinis  
 proxima, quæ ex duabus constat membranis,  
 vna superiori, altera inferiori. Has si vngu-  
 bus ab intestinis dirimes, quæ tertiam intesti-  
 norum efficiant tuniam intueberis, ac qua ra-  
 tiōe hæc à peritoneo pendeat observabis. Quan-  
 doquidem mesenterij membranas paulo post à  
 peritoneo enasci spectabis, & iam quæ hæc inte-  
 stinis obvolvuntur disces. Hæc tunica ab inte-  
 stinis distracta, obtusiori novacula sectionem  
 secundum intestini longitudinem duces studio-  
 se præcauens ne id vulneres. Huius insuper se-  
 ctionis labra vnguibus divelles, & absq; nego-  
 cio secundam intestinorum tunicam ab inti-  
 ma liberabis, præcipuè si id iuxta rectum mo-  
 liaris, in tenuibus enim intestinis tunica non  
 ita facile in conspectum veniunt. Nunc licebit  
 intestina invertere, atq; vnum eius intestini  
 quod nos cecum esse putamus, orificium exami-  
 nare.

rare. Verum intestinorū tunicas licebit ūs ad-  
 huc in ventre relictis interdū discindere: quan-  
 quam illis exemptis, id fieri malim. Interdum  
 priusquam vasa in caua iecoris sede conspiciat,  
 & humiliori mēbrana omenti suffulta aggre-  
 diaris, necessum erit intestina ad eum quem  
 dixi modum auferre: idq; tunc potissimū, quum  
 publicā obibus sectionem, in qua diutius quā  
 tibi ex vsu esset, intestina fortē afferuarentur.  
 Porro iam ventriculus est aduandus, quem mo-  
 do quoq; cum liene eximere soleo, neruis ipsius  
 orificio infertis diligenter prius examinatis.  
 alias enim vētriculū relinquere consueui, quo-  
 vsq; thoracis omnia essent dissecta, vt commo-  
 dius ipsius orificiū neruiq; examinari possent.  
 Verum in presentia vt rite illū eximas docebo:  
 quū autē gulā persequar, vt relictū debitē ad-  
 ministrēs subiciā. Vnguib; itaq; quantum fieri  
 licet in homine, peritonæum à septo transuerso  
 ad ventriculi vsq; superius orificium auellere  
 conaberis, vt tertiæ ventriculi tunica videas  
 principium. Quod vbi paululum à ventriculi  
 orificio liberaueris, studebis vt cumq; etiā diuul-  
 sam ad vētriculi fundum deducere, vt ex ter-  
 tia ventriculi tunica superiorem omenti mem-  
 branā constitui oririq; discas. Deinde acu sub su-  
 periori orificio vētriculi traiecto, vinculum se-  
 dulo nexum ipsi inijcies, paulo supra vinculum  
 stoma



stomachū à ventriculo tràsuerſim liberās. Nūc  
 vētriculo miniſtri manu è vētre eleuato, non  
 tamen penitus (ne venas rumpat) exēpto, infe-  
 rioris omenti mēbrana & meſenterij ex perito-  
 neo originem diſces, ſolis vnguibus hanc à dor-  
 ſo ſenſim diſtrahendo vtens, vinculis verò ple-  
 raq; intercipiens. Primum ſimul omnia que in  
 cauo iecoris occurrunt, porte ſcilicet venam,  
 arteriam, & bilis meatum, aut ſi lubet ſingulis  
 ſeorſum funiculos accōmodabis: poſt hæc arte-  
 riarum radicibus, que meſenterio & inferiori  
 omenti mēbrana primum digeruntur, illa ſanè  
 arteria nō omiſſa, que ſub ſeminalibus arterijs  
 orta in meſenterium fertur. Atq; his omnibus  
 vnū duntaxat vinculū addi ſat eſt, quanquam  
 duo ( vt in inteſtinis faciendum monuimus )  
 inijcere nihil prohibeat: imò, idq; præcipuè ad ſu-  
 perius vētriculi oriſiciū, plurimum cōduxerit.  
 Inductis in hunc modum vinculis, porta, & re-  
 liqua que interſepta ſunt, ita vt vinculum in  
 corpore maneat diuidentur, & ocyus ſolarum  
 manuum opificio ventriculus cum meſenterio,  
 omento & liene ex ventre exempta menſa im-  
 ponentur, ac ſtatim cum omēti portione extra-  
 cto liene, omenti pars lieni obnata vnguibus  
 ab illo eſt diſcerpenda, vt expendas qui lienis  
 tunica ab omēto initium ducat. Quod verò at-  
 tētiſſimè ſummaq; diligētia inſpiciendū ſit, nū  
 meatus

meatus aliquis à liene in vetriculi orificiū per-  
tingat, quæq; vasorū hic habeatur series, etiam  
si taceam, neminē ambigere reor. Ceterum vt  
lienis substantiā obserues, aliquot sectiones ipsi  
induces, et illo inter duos assesses cōpresso, ipsius  
substantia ab illi insertis vasis aliquot locis se-  
parabis, hæcq; ratiōe vasa aliquot sola & lie-  
nis carne enudata spectabis. Ventericulum verò  
lauandū, deinde vesica instar instandū dabis, vt  
ipsius capacitātē, quæ sanè est quàm maxima,  
intuearis, & tunicas ipsius, vt in intestinis fa-  
ciendum præcepimus, examines, postmodumq;  
inuertas, ac bilis meatus insertionē in intestinū  
quod adhuc ventriculo appendet, videas. Porò  
vbi hæc omnia exemeris, si quis sanguis alibi  
effluxerit, & quæ in vètre adhuc reliqua sunt  
obliterauerit, spōgia aqua copiosiori, nō autē ace-  
to imbuta, semel atq; iterū eluendus est. nā si li-  
no abstergeris, plus tingendo oberis. Solent enim  
plerunq; exigui vasorū ductus, multa adipe &  
mēbranulis obsiti, difficulter admodū in homi-  
ne reperiri, idq; magis si sanguine obliterentur.  
Eluto itaq; sanguine, ac obiter ijs quæ adhuc in  
ventre reliqua sunt absq; sectione inspectis, &  
iecore nulla ex parte vulnerato, sed vene caue  
gratia in corpore asseruato, primū mēbranū-  
lus, quæ velut vene caue secundā cōstituit tu-  
nicā, ad sacrū vsq; os auellere conaberis, diligen-  
ter

ter precauens ne dextrā seminalē arteriā, quæ  
 caue corpus transcendit, simul cum membra-  
 nis adimas. Est enim hæc tenuis & membrane  
 modo albicans, multaq; pinguedine in homine  
 obducta. Quapropter commodè admodum fece-  
 ris, si priusquā aliquid eorū quæ in ventre ad-  
 huc reliqua sūnt aggrediaris, arterias semina-  
 les inquiras, ac deinde ne ledantur in reliqua-  
 rum partium administratione caueas. Ut verò  
 id præstes accuratiùs, animū adhibebis dextræ  
 seminali vene, quæ ex caua oritur: deinde &  
 arteria exortu, quæ inferiorem mesenterij se-  
 dem adit. Inter hæc duo organa partim ascen-  
 dens, partim descendens, nitèris obtuso cultello  
 cauam venam ex sinistrolatero ab ar-  
 teria magna dirimere, membranosis fibris, quo-  
 rum interuentu hæc vasa committuntur, disse-  
 ctis. In hoc opere duarum seminalium arteria-  
 rum radices in conspectum venient, eaq; quò  
 illæ porrigantur monstrabunt, si modo ab  
 exortu eas arterias ex membranulis quibus in-  
 uoluuntur ad seminales venas vsq; quibus tan-  
 dem committuntur sedulo, nullaq; in trahendo  
 vi facta liberaueris. Hæc ubi præstiteris, ve-  
 naq; caua & magna arteria vt comodius in  
 conspectum veniant, membranulis fuerint dete-  
 ctæ, ramos quos in ipso per ventrē ductu emit-  
 tunt examinabis, ac primū venas renū pin-  
 guis

guibus mēbranis implexas, & deinde magne  
 arterie ac caue propagines renibus serosum  
 sanguinem deferentes. Horum origine citra om-  
 nem sectionis operā inspecta, vena caue propa-  
 ginem dextro reni propriā suis mēbranulis de-  
 tetes, & deinde renis quoq; pinguem membra-  
 nam vnguibus lacerans, quo pacto illi inuolui-  
 tur diligenter examinabis. Demudato rene uri-  
 narius meatus quā ex rene prodit, cultello est  
 inquirendus: deinde & arterie magne propa-  
 go dextrū renē accedens, quō simul integer ren  
 vena & arteria & vrinarij meatus princi-  
 pium conspiciantur. Licebit modo aut totam ro-  
 nis naturam examinare, aut quousq; alia qua-  
 dam dissecueris, renem relinquere. Vt cumq; ve-  
 rō id modo postea ve feceris, vena caue, arte-  
 rieq; magne propagines vinculis iuxta renis  
 cauiū intercipi debent, & deinde nouacula acu-  
 tiori sectio recta secundū renis longitudinem  
 in ipsius gibbo uersus cauum est ducenda, renq;  
 ita bipartitus aperiendus, sanguisq; si quis sit,  
 spongia madente eluendus venit. Ita enim ili-  
 co renis sinuū natura, deinde & vrinarij mea-  
 tus principii intuebuntur, nisi cadauer nactus  
 fueris obesius. solet enim pinguetudo in secundo  
 humani renis sinu collecta, impedimento esse,  
 cur minus sinuum natura penitus secātū occur-  
 rat. Quapropter operæ precium fuerit, canis re-

nē diligenter prius examinare, & ex illo dein  
 humanū cognoscere. Diuiso igitur secūdum gib-  
 bū seu exterius latus rene, primū digito sinus  
 secūdi in quē vrina colatur latera inquires, et  
 foraminis quod in medio ipsius, seu in primi si-  
 nus mēbranei renū corporis externo latere ap-  
 paret, stylū immittes, qui in vrinariū meatum  
 versus vesicam facile protrudetur. Deinde vbi  
 mēbranei huius corporis primi ve renis sinus  
 anteriorū ramorū cū posterioribus ramis coi-  
 tū, qui nō procul ab externo renis perficitur la-  
 tere, obseruaueris, vt illorū ramorū ductus, &  
 primi sinus reliquū corpus & secūdi sinus for-  
 mā naturamq; adinuenias, ea sectione diuisum  
 & adaperitū renē vicissim claudes et recludes,  
 quo mutuus nuper dictorū ramorū coitus ma-  
 nifestius appareat: dein stylū secūdo sinui indes,  
 & vbi ipsius formā expēderis, ab anterioribus  
 primi sinus ramis eā renis præscindes substan-  
 tiā, que posteriori illarū sedi obnascitur: à poste-  
 rioribus autē ramis eā adimes, que illarū ante-  
 riori sedi cōtinuatur, vt modō integer appareat  
 primus sinus, cui modō stylos, quo illum adhuc  
 exactius cognoscas, indere possis, & admira-  
 ri quā ridicula ab Anatomes professoribus  
 de renum officio fuerint hactenus prodita. Cæ-  
 terū tunica præter pinguem membranam  
 renem inuestiens, facile tibi occurret, si se-

Etionis in renis gibbo ducte labris animum ad-  
 hibueris. solet enim ea tunica ibidem tunc non-  
 nihil à renis substãtia abscedere, & dein prom-  
 ptè ad renis vsq; cauum vnguibz diuelli, ac-  
 qualiter hæc è renis vene & arteria mēbra-  
 nis pronascatur, conspici. Hæc vbi in dextro re-  
 ne intuitus fueris, sinistrum quoq; sua pinguis  
 membrana liberabis, & vene caue & arte-  
 rie ramum versus ipsius cauum excurrentem  
 inuestigabis, animum priusquam aliquid di-  
 uellis, sinistrae seminali vene adhibens, quam  
 ex medio vene ductu enasci citra sectionē ut-  
 cunq; conspicias. Ut verò ritè intuearis, num à  
 renis sinistri quoq; arteria, seminale vas origi-  
 nem ducat, obtuso admodum cultello (nisi fortè  
 secandi peritior fueris) mēbranulas à renis ve-  
 na detrahes, & accurate aliquousq; vene semi-  
 nalis principium quoq; à mēbranulis liberabis.  
 dein venam renis ab arteria nonnihil deorsum  
 reflectes, numq; ex ipsius ductu ramus qui sini-  
 stre seminali vene exporrigitur, principiu ob-  
 tineat, inquires. Vbi verò hunc non inueneris,  
 sinistro rene pari ratione atq; dextro (si modo  
 illum secuisse non suffecerit) aggresso, semina-  
 lium vasorum constructionem examinato. Ar-  
 teriarum & sinistrae vene originem iam prius  
 indagasti, ac dextre etiam vene principium ci-  
 tra sectionem à caua oriri conspicitur. Vbi regi-

tur ortum didiceris, & venas ad arterias  
 usque sensim ex membranis ipsas liberans de-  
 duxeris, si masculi obtigerit corpus, penis cutem  
 & scortum à testibus adimes. Primum itaq; à  
 pubis osse recta sectione per penem in cute du-  
 ces, & deinde eius sectionis labris hamulo aut  
 unguibus eleuatis, cutem cum carnosâ mem-  
 brana à pene auferes, adamussim considerans  
 in cutis extremo ipsius cum carnosâ membra-  
 na coalitum, & carnosæ membrane sub glan-  
 de à penis corporibus abscessum. ad hæc, perpen-  
 des ipsius ad glandis radicem ligamentum, de-  
 inde & venas cutem eam adeuntes, postremò  
 nullam pinguedinem adipem' ve inter cutē &  
 carnosam membranam, vt neq; in palpebris  
 hic reperiri, ac proinde leui occasione, vt illas  
 hyatide aut inflatione penis cutem infestari.  
 Pene detecto, & deductis cruribus à pubis osse  
 inter inguina & sinistrum testem sectio ad pò-  
 dicem usq; ducenda est, & deinde cum penis ci-  
 te scortū à testibus & interfeminio liberandū,  
 sectionibus semper versus dextrum latus dedis-  
 ctis. Quum verò testes cute carnosâq; membra-  
 na nudas, ne testes suo loco moueas inuertas-  
 re, accuratè obseruandū est. Quū primū enim  
 cute nudati sunt, ipsorum sitū, & cui nam potis-  
 simū parti vasa seminalia illis applātentur,  
 indagare oportet, vt Nature discas providen-

tiam, que testes ita collocauit, ut ipsius vasa  
sint tutissima, illisq; ipsi testes velut propugna-  
cula proponantur. Nam dextrum testem cum ipsius  
vasis & tunicis à sinistro digito aut cultello  
dirimes, & iunctis cadaueris cruribus dextrum  
testem femori impones, ac mox cultello venam &  
arteriam seminales dextri lateris, vicinis mem-  
branulis ad peritonæum vsq; quâ ille proci-  
dit, deteges, hic primum in interiori sede peritonei,  
postmodum in exteriori qualiter transeant so-  
lis manibus considerans. Dein stylum foramini  
quâ egrediuntur vi ad testem vsq; infimam sedem  
protrudes, & peritonæum vsq; ad foram quâ  
vasa transmittit diuides. Insuper secundum sty-  
li longitudinem cultello foramini quoq; indito,  
ad humilimam vsq; testis sedem primam ipsius pe-  
culiare tunicam secabis, & reposito cultello, di-  
stantiam; tunica huius à peritoneo ortum, &  
validum ad humilimam testis partem adue-  
xum, præterea & testis musculum examinabis.  
huius namque natura, ductus & forma in con-  
spectum veniunt nam cum gracilibus ramulis  
à vena & arteria in hanc tunicam numero-  
sa serie excurrētibus. Hac tunica relicta, testem  
& vasa nunc rursus hinc inde diligentius sub-  
leuans, reuoluēsque venam, arteriamque; ab ipsis con-  
termino semen deferente vase ad testem vsq; ela-  
tiora discernes. Ut verò vena arteriaque; insertio-  
nem



nem adamusim discas, vas semen deferens à  
 proxima testis corpori tunica est liberandum,  
 non quidē vniuersum, sed ad eam vsq; partem  
 que vena atteriēq; finibus est proxima. Libe-  
 rabitur verò vas ipsum facile si transuersas se-  
 ctiones inter testem & vas illud ad suum vsq;  
 principium acutiori nouacula duxeris. Hac si-  
 quidem administratione vasis illius anfractus,  
 et ad testis connexum, ortumq; manifeste ani-  
 maduertes. Verū nulla ipsius cavitatis, neq; quo  
 pacto illud à teste semen assumat, in conspicuo  
 erit. Hoc enim nihil, nisi porosum quid quā testi  
 adnascitur referet, nullo meatu manifesto ex  
 teste in ipsum pertinente. Semen deferenti vase  
 ab intimo testis involuero ad eum modū libera-  
 to, vena ac arterie anfractuum ramuli proxime  
 testis corpori tunica oblata melius cōspiciuntur.  
 Ut verò prorsus in conspectū veniant, sangui-  
 nem ex anfractibus ad testem cōprimes, & de-  
 inde anfractibus vinculo ne sanguis resuat in-  
 terceptis, testem secundum ipsius longitudinem  
 diuidere cōuenit. deinde quī ex tunica testi pro-  
 xima, & ex anfractuum sine rami ad testis sub-  
 stantiam excurrant, qualiterq; testi ea tunica  
 committatur, queq; testis sit substantia, obser-  
 uare. Atq; hec primum in vno quidē teste, dein  
 in altero sunt examinanda. Quippe vix prima  
 fronte hec omnibus erunt obuia, quum tracte-

nus nemo hæc affecturus fuerit. Vnde etiam eadem administratione perpetuo non est vitandus, sed quum commemoratam in dextro teste tentaueris, integrum tibi erit sinistrum tuo arbitrato aggredi. Examinatis ad hunc modum testibus, ipsorumq; nihil reiecto, penis muscoli & ipsius corpora, deinde vesica & vrinarij meatus, & reliquus semen deferentium vasorū ductus, infertioq; cum adenofo assistente, & omnium venis, arterijs, & nervis secada veniunt. Diductis itaq; cadaueris cruribus, & cute vti monuimus ab interfemineo adempta, primum duos musculos ab articulari musculo recti intestini in penis radicem, & potissimum in meatu vrinae seminiq; communem pertinentes aggredieris. dein alios duos, qui ab humiliori pubis ossium sede originem ducentes penis corporibus inferuntur, adimes, ac ilico penis corporum originem examinabis, acuto cultello dextrum corpus ab osse vnde prouascitur, quam poteris proximè diuidens. Deinceps vero in penem excurrentibus venis, arterijs & nervis perfunctorie hic perpensis, ossa pubis inuicem sunt sciungenda quod fiet ocus, si vesicae corpus a peritonei parte pubis os succingente, cultello diremeris, & deinde cultro quam minimè crasso pubis ossium cartilaginem recta sectione penitus diuiseris. Nouacula enim quum crassior sit, illa offi-

cio non equè est accommodata. Mox vno cadaue-  
 ris crure in mensa relicto, & alio ab illa pro-  
 pendente, ita cadauer in mensa reclinabis, & ve  
 ipsius os sacrum mensæ lateri incumbat, & vi  
 diductis cruribus, ad triū quatuorve digitorū  
 latitudinem pubis ossa inuicē seiungis. paruum  
 enim aptè feceris, si pubis ossiū portionē exeme-  
 ris, quod id & fiat incommodè & præter alia  
 multos ita vitiaueris musculos, neq; vllus post-  
 modum ossium vsus ad sceleti præparationem  
 futurus sit. Quapropter pubis ossium cartilagi-  
 ne dissecta, & dein ipsis ossibus vi diremptis,  
 primū à renibus vrinarij meatus à suis mem-  
 branis quibus obuoluntur sunt liberandi, atq;  
 ad vesicæ vsq; corpus perducendi: deinde vas  
 semen deferentia quæ ad pubis ossa deorsum in  
 peritonæi amplitudinem reflectuntur, pari mo-  
 do ad glandosum assistentem vsq; ex pinguior-  
 ribus quibus integuntur membranis denudan-  
 di, atque in eo opere sodalis manu vesicam mo-  
 do in dextrum, modo in sinistrum comprimere  
 est necessum, idq; maximè quum vena caue &  
 magnæ arteriæ seriem hac in sede inquirens.  
 Hæc nanq; iam venit expendenda, ac primū  
 rami quos vena & arteria lumborū vertebra  
 & spine, abdominisq; musculis & peritoneo  
 exporrigunt, qui omnes sunt repertu faciles, se  
 venam & arteriam nunc in hoc, nunc in illud

Latus validius reflectas, & nervos qui sub illis  
 feruntur obtuso cultello quoq; inquiras, ac de-  
 num ad ipsorum quibus inseruntur organa de-  
 ducas: illos dico, qui testibus & vesicæ fundo  
 exporriguntur. Porro rami vene ac arterie post  
 ipsarum super os sacrum bipartitionem excu-  
 rentes, in conspectum venient, si radicibus sem-  
 per animum adhibueris, & cultello retusiori, ne  
 ramorum aliquem vities, ipsorum sequaris pro-  
 cessum ductumq;: & id eo leniori præsteris  
 negotio, quo nostras vasorum delineationes di-  
 ligentius operi accommodaueris. Verum ubi  
 hæc diligenter eris intuitus, sinistrum penis  
 corpus à pubis osse etiam dirimito, & quam po-  
 teris commodissimè vesicam, ipsiusq; ceruicem  
 à recti intestini termino, cui fortium fibrarum  
 interuentu hæret, diuidito, absæctis interim venis  
 & arterijs in vesicam penemq; excurrentibus:  
 quas si prius vinculis fortè interciperes, parum  
 profectò sectioni obesses. Vesicam modo simul  
 cum pene exemptam, alteri cruri aut asserculo  
 impones, & denuò seminalis vene ac arterie  
 ductū versus testem, & à teste dein semen de-  
 ferentis vasis ad glandulosum assistentem pro-  
 gressum obseruabis, quo denuò exactius semina-  
 lium vasorum harmoniam expendas. Post hæc  
 musculum vesicæ meatui præsectum examina-  
 bis, & oblongiori stylo penis glandi ad vesicæ  
 vsq;

usq; fundum imposito, vesica meatum à glande ad ipsius usq; fundum cultello secundum stylum porrecto diuides, vt simul vesica cavitatem, & ipsius tunicam, & urinā deferentium meatuum insertionem, & semini urineq; communem meatum peni exporrectum intuearis. Alicubi igitur vrinarium meatum ex renibus in vesicam pertinentem forato, stylumq; ad vesicæ fundum usq; indito, vt membranulas meatus illius ori in vesicæ fundo comatas spectes. quanquam etiam integrum sit, ex vesicæ fundo stylum ipsius meatibus indere. Corpus verò glandosum semen deferentium vasorum suscipiens implantationem, vt lubet poteris discindere, & quoniam pacto ea vesicæ meatui immittatur perquirere. Postremò vesicæ cervicem à duobus penis corporibus ad glandem usq; cultello secernes, ac deinde duo corpora quoad poteris inuicem dirimes, quamq; habeant formā, quamq; natura ad glandem sint prædita conspicies. Vt verò adamussim ipsorum discas substantiam, peni nunc transuersas, nunc longas, reclusæve sectiones induces. Reiecta modò cum suis appendicibus vesicæ, tres recti intestini musculos, & venas examinabis, que à porte vena huc deducuntur, & que cause hac in parte sunt soboles. Vbi id quoq; præstiteris, recti intestini sinem ex corpore exsectum abijcies. Deinde

cauam

causam venam qua primum sub iecore consi-  
 citur, & magnam arteriam qua septum transit,  
 deinde ipsarum precipuos ramos erus adven-  
 tes vinculo duplici intercipientes, vt simul cum  
 renibus si adhuc eos in corpore reliqueris, ve-  
 nas omnes, arteriasq; ex ventre auferre liceat.  
 ita enim peritonei discos ortum, & musculos  
 & nervos quoq; erus petentes, si fortassis illos  
 postmodum aggredi statueris, incorruptiores lon-  
 ge habiturus eris. Iecur autem, vt & antea di-  
 xi, tantisper illa sum seruandum est, quousq; cor-  
 respirationisq; organa administraueris. Atque  
 hec quidem organorum nutritionis, generatio-  
 nisq; in viro est administrandi ratio, in muliere  
 vero erit huiusmodi. Primum mamillarum vi-  
 surus naturam, in cute ab ipso iugulo deorsum  
 (vt in viris) ad vmbilicum ducenda est sectio:  
 deinde à iugulo secundum claviculam alia ad  
 summum vsq; humerum, cutisq; à mamillis non  
 aliter ac si in alia corporis sede, ea ab adipe di-  
 uideres, venit liberanda. Mamillis cute detectis,  
 & venarum ramis qui à venis in brachiis ex-  
 currentibus illis porriguntur, perpensis, dextram  
 mamillam à musculo brachii pectori adducen-  
 te aufero, venarum arteriarumq; examinatu  
 propagines, ab illis que musculis thoraci incum-  
 bentibus deriuantur, in mamillam assurgentes,  
 Vbi mamillarum corpus à thorace fuerit libe-  
 ram,

rum, & adeps vndiquaque studiosissime ademptus, & varijs per mamillarum corpus ductis sectionibus ipsarum substantiam condiscere licebit. Quanquam hæc quoque in viro inquiri poterunt, is nanque si colore fusco & habitu sit obesiori, eandem quoque ostendet substantiam. Deinde & venæ quoque & arteriæ sub reclusis latitantes musculis, pari modo in ambobus, etiã si magis in muliere expendentur, reliquaq; administratio ad vasorum vsq; seminalium ortum communis mulieri quoque censenda est. Simulatque igitur mulieris seminalium vasorum originem didiceris, solis manibus adinueniendus est uterus & vesica, insuper testes & muscoli et venæ quoque cum arterijs vteri fundo & cervici exporrecte, priusquam scilicet aliquid dividas. Deinde diductis cruribus à pubis osse vtrinque secundum pudendi colliculos sectio in cute ad podicem vsq; ducenda est, vt deinceps inguina aliquousq; opportunè cute denudentur: & ea que in medio sectionibus intercipitur, versus pudendum quoque à pubis ossibus separatur, vulvæq; adhuc appensa maneat. Pubis verò ossium cartilaginem, vt in viris faciendum præcepti divides, ac illis invicem quam poteris maximè vi diremptis, mox cultello venam ac arteriam feminales dextri lateris ad testem vsq; ex pingui cui obducuntur membrana nudabis, obser-

uans

uans ne ramos ab illis priusquam anfractus suos constituent, in elatiorem fundi vteri sedem exporrectos vulneres. Postquam verò ad testem anfractus deduxeris, perinde ac in viris ipsorum insertionem & deferentis vasis processum, ipsiusq; in vterum insertionem, & testis substantiam, formamq; examinato, vas illud ex pingui cui inheret membrana liberans, que vesperilionum alis imagini multum accedit. Postquam hæc in altero quoq; latere obseraueris, animum adhibebis venis ac arterijs inferiorem vteri fundi sedem, & ceruicem, vesicamq; aduentibus, que in grauidis animalibus accuratissimè, vt & illi qui à seminarijs vasis in vterum porriguntur, utq; etiam omnia vteri reliqua in conspectum veniunt, quandoquidem in illis supra modum vene arterieq; turgent. Vinarum meatus à renibus in vesicam pertinentes similiter ac in viris ad vesicam usq; à suis membranulis sunt emundandi, & deinceps vterus cum vesica ex corpore eximendus, dissectus in ipsum & vesicam procedentibus venarum arteriarum & nervorum ramis, & membranulis vterum vasaq; illa continentibus, & fibris quoq; quarum interuentu vteri collum intestino recto valide continuatur vnà amputatis. Exempli iam vteri formam contemplaturus, ipsius ceruicem involues, quo vnà vesicæ ceruicis in illum pertinentis fo-



ramē, & vteri fundi orificium citra aliam se-  
 ctionem videas, & modo opportunè vesicā &  
 ipsius cervicem musculumq; vrine meatui præ-  
 sectum longa sectione diuidas, vesicæ amplitu-  
 dinem & vrinariorū meatuum insertionem,  
 ipsiusq; cervicis cum vteri ceruice coalitum in-  
 specturus. Insuper vteri quoq; cervici eodē modo  
 ad illius vsq; os longam sectionem inferes, ac  
 acutiori nouacula vniuersum vterum secundū  
 latera ab ipsius orificio ad cornua vsq; diuides.  
 ita enim illius sinum, substantiam, formamq;  
 exactissimè contempleris. Porro si interdum  
 grauidæ mulieris cadaver nactus, & vterum  
 duntaxat cum fœtu, ipsiusq; inuolucris intueri,  
 animus fuerit, ilico à mucronata pectoris ossis  
 cartilagine, ad pubis vsq; os acutiori nouacula  
 sectionem molieris, quæ peritoneum quoq; pene-  
 tret; deinde aliam vtrinq; ab umbilico ad ilia  
 molieris. Hac nanq; ratione ilico se vterus spe-  
 ctandum offeret; & si in alterum latus illū de-  
 truseris, venæ & arteriæ ipsi insertæ supra mo-  
 dum apparebunt turgidæ, adeo vt ipsarum neq;  
 series neq; ortus citra aliā administrationem  
 latere possint. His itaq; venis & arterijs mād-  
 cum vena & arteria sub recto musculo cōscen-  
 dentibus, diligenter obseruatis, leuem sectionem  
 nouacula secundū vteri longitudinem tenta-  
 bis, cauēs ne altius quàm vteri est crassities pe-  
 netres.

netres. post hanc alias duas, vtrinque; nimirum  
 vnam duces, cum illa rectos angulos facturas.  
 Sectionum labra vnguibus apprehensa inuicem  
 modicè dirimes, et vteri tunicam solis manibus  
 à secundina sensim diuelles, venarum arteria-  
 rumque; ora ex vtero in secundinam pertinentia  
 rumpens, quod in partui proximis feceris faci-  
 lius. Exemptum ab vtero vnà cum suis inuo-  
 lucris fœtum in peluim aqua plenam repones,  
 atrum & viridem quodammodo liquorem ab-  
 luens, qui ex effractis vasorum oris promanat,  
 secundinaque; obducitur. Modo autem diligenter  
 secundinæ substantiã, & quæcumque; in illa spe-  
 ctanda sunt vnguibus aut cultello examinabis,  
 id imprimis animaduertens, num ipsa mēbrana  
 quæpiam sit vniuerso fœtui obducta: an tantum  
 instar latioris cinguli sit, lienis substantia ef-  
 formari. Atque; hic etiam sedulo expendes, quali-  
 ter secundinæ substantiã externe superficies eius  
 inuoluceri pertinaciter obnascatur, quod sarcini-  
 minis imagini comparamus, secundumque; seu me-  
 dium inuolucrum nūcupamus. Vbi itaque; secun-  
 dinæ naturã adamusim examinaueris, fœtum  
 hunc inde attolles, secūdi illius inuoluceri natu-  
 ram consideraturus. quam simulatque; exterius  
 inspexeris, atque; qui totum fœtum ambiat di-  
 diceris, cultello id alicubi pertundes, & fœtus  
 vrinam profluere sines, ipsumque; inuolucrum à  
 fœtu

fœtu inuertes, atq; ab umbilici vasis dependere  
 tantisper fines, donec intimi quoq; fœtus inuo-  
 lucræ sudoræ continentis harmoniam didiceris.  
 Hoc itaq; pertusum & sudore euacuatum à fœtu  
 amouebis, & ab umbilico etiam propendere si-  
 nes, vasa umbilici inuicem disjungens, meatum  
 illum præcipuè reperturus, cuius beneficio fœ-  
 tus vrina in secundum ipsius inuolucrum per-  
 fertur. Inuenies autem hunc promptè si cultello  
 venas & arterias quæ umbilico proximæ  
 sunt, diuiseris, ac meatum in ipsorum medio repo-  
 situm indagaueris. Abscis his umbilici vasis  
 vnâ cum fœtus inuolucris, & fœtu in mēsam  
 extēso, à clauiculis per costarū cartilagineas ad  
 pubis vsq; os sectionem in sinistro magis latere  
 cultro aut nouacula molieris, quæ in thorace  
 & peritonei vsq; cavitatem pertingit: deinde  
 ab umbilico venâ in iecur & arterias, ad suos  
 quibus inseruntur ramos, & meatum vrinâ de-  
 ducentē ad vesicæ fundum, paruo admodū ne-  
 gocio deduces, omnemq; fœtus administrationē  
 absolues. Nisi etiam visum esset inquirere, nū  
 in fœtu peculiaris aliquis processus à vena ca-  
 uia ad venalem arteriam, & ab arteria ma-  
 gna in venam arterialem pertineat. Acetabula  
 verò in oue aut capra sunt inuestiganda, vtero  
 utcumq; visum fuerit diuiso. abunde etenim fue-  
 rit vteri comparere cavitatem, quæ in nō præ-  
 gnant

gnantibus vaccis oppletur tuberculis ab illis non dissimilibus, ex quibus paulo post sanguis è sede profuocurus est: aut si primo conceptionis tempore eiusmodi diuidatur uterus, tunc is similibus conspicitur decoratus, qui primum à veteribus dissectionis professoribus acetabuli nomen sunt emeriti. Atq; ita presenti Capite partium quinto hoc libro traditarum administrandi rationem absoluiimus: itaq; corpus sectionis serie reliquimus, vt ad reliquarum partium quas simul in illa administratione nõ recensui, demonstrationem nequam futurum sit inutile.

LIBRI QVINTI FINIS.



# ANDREAE VE-

## SALII BRUXELLEN-

*sis, de Humani corporis fabrica,*

LIBER VI.

Quas partes natura aëreae substantiae  
reficiendae fabricaverit, ac quae pri-  
uatim vitali spiritui subministrant.

CAP. I.



**Q**UAM affabre cibi potio-  
nisq; organa corporis no-  
stri architectus extruxe-  
rit, quemq; ipsorum usus  
& actionis gratia nume-  
rum, situm, formam, con-  
nexum, substantiam, vasorum nervorumq; in-  
sertionem singulis largitus sit, superior liber no-  
n persunctorie explicuit. Quocirca praesens instru-  
mentum, aëream quae continuo defluit substan-  
tiam restituentia, ac calorem innatum recrean-  
tia, opportune complectetur. Quod autem o-  
mnes respirationi pulsuiq; famulantes particulae  
in horum classem collocandae veniant, cuius per-  
spicuum esse arbitror. neq; minus quinquam respi-  
rationis & pulsus usum (quoad nobis animae  
substantia ignoratibus huc nosse datur) latere

M 2 exist

existimo: ac proinde etiam nunc in illorum vsu  
 explicando haud longius herendum est. Quan-  
 quam in secundo libro, quum respirationi sub-  
 seruietes enarrarem musculos, & in tertio, ubi  
 articularum vsus recensēbam, de respirationis  
 & pulsus natura vsuq; nonnulla pertractaue-  
 rim. Absolutam enim horum tractationē neq;  
 illic neque hic subiungendam duxi, quod hanc  
 priuatos eosdemq; complurimos libros exigere,  
 Galenus omnium bonorum autor nos abundē  
 docuerit, quodq; in presenti potius partiū cor-  
 poris descriptionem, quā contentiosē, ignora-  
 ta adhuc anime essentia, pulsus & respirationis  
 vsu perscribere sit animus. Quando inspi-  
 ramus itaque, omnibus corporis partibus se-  
 cundū naturam sese habentibus, neq; caloris  
 ingenti (quem Galenus animam, aut prima-  
 rium saltem ipsius instrumentum esse alibi at-  
 testatur) qualitate quauis occasione adaucta,  
 tunc aërem per nares attrahimus: cuius portio  
 ad cerebrum, quum per octaui capitis ossis fora-  
 mina, quibus olfactus organa incumbunt, tum  
 etiam atque id magis per meatus pituitam ex  
 cerebro ad fauces deducentes assumitur, spiritū  
 animale nonnihil enutritura. Verū per na-  
 res attracti aëris copiosior portio, ex amplis na-  
 rium foraminibus in fauces secundū poste-  
 riorem gargarij sedem ducitur, nonnihil ab illo

temperata. Hinc in laryngem, & dein per totam asperam arteriam in frequētes ipsius per pulmonis substantiam propagatas soboles fertur. Postquam verò aer ab hac substantia emittatus, ac cordi quodammodo præparatus est, ab arteriæ venosæ surculis similiter pulmonis substantiæ intextis, ex asperæ arteriæ ramis elicitur, atq; in sinistrum cordis vetriculum per arteriam venalem delatus, tenui feruidoq; admodum quem cor inibi continet, sanguini commiscetur. Huius aeris qualitate contenti in hoc vetriculo caloris qualitas euentilatur, substantiæ autem caloris (quæ aère & spirituosi sanguinis exhalatione constat) illius aeris substantiæ entritur. Quod verò velut fuliginosum ex hac cordis propria peculiariq; functione congeritur, rursus per arteriam venalem in pulmonē ablegatur, atq; ab asperæ arteriæ propaginibus exceptum, unâ cū reliquo aère, quem ex illis propaginibus arteriæ venalis germina tanquam cordi ineptū non attraxerant, denuò per asperam arteriam & laryngē faucesq; et nares educitur. Huiusmodi sanè in naturali respiratione aeris ductus perscitur: in nō naturali verò aer potissimum per os attrahitur efferturq;. Vocamus autē non naturalem respirationem, quæ alterius quam temperatæ caloris innati qualitatis nomine vitimur, ut quā ea qualitas aliqua ex causa

in eū modū increuit, vt per nares adductus aēr  
 homini non sufficiat: aut quoties exufflationē,  
 vocē, eiusq; generis reliqua, ad quæ secundariō  
 respiratio famulat, tētamus. Ab aëris substātia  
 in sinistro cordis vētriculo sanguini ibidē cōtē-  
 to permixta, vitalis spiritus cōficit, qui ex hoc  
 ventriculo in magnā arteriā vñā cū sanguine  
 impetu ruente ac feruido diffusus, per vniuer-  
 sum corpus secundum arteriæ seriē digeritur, &  
 calorē singulis mēbris priuatim innatū rescit  
 tēperatq; quod ipsius diffusum est instaurans,  
 haud secus sanē atq; mēbrorū substātia à san-  
 guine p venas adducto restituit. Et quēadmodū  
 respiratio & sanguis ex dextro cordis ventri-  
 culo in sinistrū assumptus, cordi ad vitalis spiri-  
 tus calorūq; natiui repositionē faciunt: sic pari-  
 rōne materia à sinistro cordis vētriculo p arte-  
 rias reliquo deducta, corpori aliarū partiū spi-  
 ritū & natiui calorē recreat. Atq; huius etiā  
 occasiōis gratia idē pulsus & respiratiōis vsus  
 cēsēt. quod enim inspiratio materiei in sinistro  
 cordis vētriculo repositæ præstat, id reliquis par-  
 tibus in pulsu arteriarū dilatatio largit: expi-  
 ratio autē arteriarū cōtractiōi correspōdet. At  
 quibus organis, incredibili diuināq; artificii vi  
 fabricatis, hæc omnia perficiātur, quaq; ratione  
 hæc admirāda Natura opera cōpleātur, iam or-  
 dine enitar persequi: ea interim non repetitu-  
 rus quæ in primo libro de thoracis ossibus, &



asperæ arteriæ cartilaginibus, ac in secundo de  
eorundem musculis, & in tertio de arteriarum  
constructione persecutus sum. Quapropter ve  
in libro hunc præcedente à peritoneo sermonis  
cibi ac potus organorum initium opportunè in-  
stituimus, ita quoque & hinc à tunica costas suc-  
cingente non immeritò instrumenta aëreæ sub-  
stantiæ nutrienda dedicata auspicabimur.

De tunica costas succingente. CAP. II.

**T**unica membranæ ve costas succingentis,  
ac vñsionis Grecis, vulgò autem pleura  
dicta situm, nomen ipsius indicat: hæc nanque  
omnibus costis (præterquam duodecimæ à septi-  
mâ transversæ implatatione occupatæ) præterea &  
toti pectoris ossi subtenfa, thoracis verò verte-  
brarum corporibus, & superiori septi parti tho-  
racis amplitudinem respicienti obducta, figurâ  
& magnitudinè totius thoracis cavitati corre-  
spondentem adipiscitur. Pertinet quidem parte  
ipsius posteriori à prima thoracis vertebra deor-  
sum ad undecimâ, è cuius regiõe septi pars ar-  
teriâ magnâ transmittens consistit. Anteriori autè  
ipsius parte à iugulo ad humillimâ pectoris os-  
sis partè, cui septum immasitur, descendit. In lateri-  
bus verò à prima costa ad superiore septi superfi-  
ciè, quâ thoracis cavitatè respicere diximus, fer-  
tur hæc uniuersâ, vt et reliquâ thoracis aplitu-  
dinè sublimès. Præsens itaque tunica, perinde atque

thoracis cavitās, figura admodū variat. Superiori enim parte, vt & thorax, angūsta est, ac velut in acutū definit. inferiori vero parte latior quā superiorī existit. at in lateribus thoracis quoq; modo latior, quā inferiori sede visitur. Deinde anteriori parte breuior est, posteriori autē multo longior pro obliqui sitūs septi ratione existit. nam à pectoris ossis mucrone ad vndecimam thoracis vertebrā pertingit. Rursus anteriori parte, vt & in lateribus exteriūs, quē admodū & thorax ipse, gibba visitur: at posteriori secundū vniuersam longitudinem, velut ad amplitudinē ipsius internā impressio nem peritonēi quoq; ritū exigit, atq; id ratione vertebrarum & radicum costarum. Vertebra- rum enim corpora in thoracis prominent cavitatem, vt & costarum radices, quę à vertebrarum corporibus retrorsum tantisper reflectuntur, donec denuō versus anteriora deorsum procedentes obliquētur. Interiūs omni ex parte lauis, & veluti aqueo humore persusa est, præterquam vbi processus quosdam membraneos ex- porrigit, ex quibus aut alias educit mēbranas, aut corpus aliquod sibi colligat. Fit autē id præcipuē secundū vniuersam posterioris sue partīs longitudinem, ad vertebrarum nimirū progressum, vbi intersepientes thoracem membranas educit, & asperam arteriam, stomachum,

magnam arteriam, & sine coniuge venâ fir-  
 mat, & sibi ipsi hæc vinculis connectit, illuq; tu-  
 nicas exporrigit. Pariter se habet secundum ostis  
 pectoris & septi quoq; à pectore ad dorsum lon-  
 gitudinem, vbi intersepientes thoracem mem-  
 brana illi continuantur. Nonnunquam, sed ad-  
 modum raro, non secus ac peritoneo interne  
 huius tunice sedi adeps durior adnascitur, idq;  
 præcipue, vbi vertebris propinquior est, quaq;  
 ipsius insigniores vene porriguntur. Præterea  
 modo in vno, modo in altero latere membra-  
 neas fibras pulmone applantat, quibus illum  
 sibi admodum pertinaciter adnectit. Hoc enim  
 non semel obseruauimus, idq; potissimum in  
 læuo latere, non quidem ad costas duntaxat,  
 verum & ad septi partem pulmone vicinam.  
 In canibus vero, suis, simijs id rarius, aut  
 nunquam reperimus. Quinetiam in hominibus  
 priuatim qua hæc membrana thoracis ampli-  
 tudinem succingens septo obnascitur, cordis in-  
 uolucrum magna amplitudine ipsi coalescit  
 continuaturq;: hæud secus, quam si id hinc ini-  
 tium duceret. Porro hæc membrana superficie  
 externa, quod vndiq; adiacentibus partibus  
 adnascatur aspera, inæqualisq;: inuicem con-  
 nexarum membranarum modo visitur, vix  
 aliqua tamen pinguedine inibi obducta. Insu-  
 per, vt neque peritoneum, præsens membrana

non adeo pertinaciter omnibus partibus costis  
nata heret. validius namq; costarum ossibus ac  
cartilaginibus tunice peculiariter vnâquamq;  
costam inuestientis, cuiusq; mox meminero,  
interuentu adnascitur, quàm interne interco-  
stalium musculorum sedi. Sic quoq; septi carno-  
sa parti longè remissius quàm neruose comit-  
titur. Quod autem similia cum septo foramina  
periton. ei modo hic adipiscitur, perspicuum cui-  
us esse arbitror. quâ septo namq; obducitur, ter-  
tis foraminibus est peruium. vno quidem ve-  
næ caue cœdici parato, secundo autem stoma-  
cho, tertio verò magnæ arteriæ & venæ pari  
carentis fini. In iugulo amplo continuoq; fora-  
mine non pertunditur, verum quæ eam intus  
perreptant vasa pluribus foraminibus cõplecti-  
tur, ipsiq; adnascitur, & tunicâ aliâ à propria  
illarum ipsis offert. transmittit verò hic venæ  
caue & arteriæ magnæ ramos, ad hæc stoma-  
chum, asperam arteriam, sexti paris neruorum  
cerebri neruos, & septi transversi etiam ner-  
uos. Postremo secundum posterioris ipsius sedis  
longitudinem vtrinq; ordinata serie perfora-  
tur, venis ac arterijs costarû interualla peten-  
tibus viam præbens. Substantia deinceps con-  
stat membranæ, dura scilicet & tenuis, albâ,  
& equali, & robore nonnihil peritoneum super-  
ante; verum similiter ipsi quoq; peritoneo hu-

ius substantia ad dorsum durior quam iuxta pectus sentitur. Ipsius namq; origo à vertebrarum ligamentis illarum corpora cōnectentibus potissimum pendet. Porro venis ac arterijs & nervis quoque abundat. ac primum quidem in posteriori parte ipsi vena coniugis expers adnascitur: deinde & magna arteria. in lateribus verò subtensus exigit longas, neq; eas valde graciles venas & arterias, quæ singulis costis exporriguntur. Priori autem parti vasa ipsi incumbunt, sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora prorepentia, & ramos in costarum cartilaginum intervalla digerentia. Nervos quoq; adipiscitur quamplurimos: quippe in iugulo transmittit maximas sexti paris nervorum cerebri portiones, quæ in pulmonē, ventriculū, & iecur distribuuntur, nervosq; recurrentes germinant. Deinde etiā ibidē iter, vti diximus, præbet septi nervis, à quibus innumeris soboles tunica hæc mutuatur, quæ septum succingit. Atq; hos quidē nervos intus complectitur, exterius autem magnos, eosdemq; vna serie ad singula costarum intervalla deductos obtinet, quæ huic tunica vna cum venis arterijsq; attenduntur. Præterea in posteriori sede vtrinque ipsi subtenduntur, sexti paris nervorum propagines costarum radicibus distributæ, ac tandem in nutritiōis organa (vti diximus antea) diffusæ.

Ceterum

Ceterum præter hanc costas succingentem tunnicam singulis costis alia peculiaris obtigit, quam Græcos alteram succingentē costas membranam vocasse reor. Tale enim quid in libro de Constitutione artis medicæ Galenus, morbi lateralis species subdividens, indicare videtur. Est autem altera hæc succingens costas tunica involucrem, quod omnibus propemodum ossibus commune censetur, ea nimirum membrana, quam quòd os ambit, *ωεγρόσσει* Græci nuncuparunt. Quemadmodum enim ossa huiusmodi membranula obcingit, ita quoque & singule costæ orbiculatim ipsas ambientem membranam exigunt, peculiare nihil ab eiusmodi cæterorum ossium membranis sibi vendicantem, quas ossium diximus esse involucrea, & velut amicitie vinculum quo aptè durum os molli carni committatur. At thoracis cavitatem succingens membrana, quia amicum pulmonis ad costas contactum molitur, totius thoracis cavitatem velut vna superficie non asperam reddit. Deinde omnibus quæ thorax continet involucrem quoddam enasit, vnde etiam ab usu tunica (vbi à substantia, membrana) dissectionis proceribus vocatur. Ad hæc ipsa quoque, ut & peritoneum ijs omnibus quæ amplectitur organis tunicas exporrigit, eademque firmata colligat. Quòd autem cum thorace distendatur, ar

cteturque,

Eteturq; , neminem ambigere arbitror. thoraci enim vndiq; adnata , tali constat substantia, qualis & inuolucris loco habetur , ac simul leuis sequaxq; est. His accedit, quod presens tunica septo transuerso tenui & robusto interim opportunè facto, non inefficax robur adiungat, & in ipso, vt & in intercostalibus musculis, membrane musculorum ventrem ambientis vicem abundè gerat: quanquam & propriam membranam intercostales musculi aliorum musculorum modo obscure sortiri videntur. Vene autem & arterie & nervi quibus tunica committitur , etiam si ad ipsius nutritionem & sensum vsui sint, non tamen huius gratia precipue, sed vicinarum partium, illi adeo frequentes attenduntur. Vnde etiam ipsi & crebrior cū magna tensione & punctili cruciati, vt & in cerebri mēbranis, inflamatio oboritur.

De membranis cavitatem thoracis intersepientibus.

CAP. III.

**M**embrana superiori Capite explicata, vniuersam thoracis cavitatē succingit, sublimitq; at membrane quas Græci διαφραγματος, nos autem intersepientes thoracem, aut vulgò mediastinum nuncupamus, eandem cavitatem interdiuidunt, in duas precipuas amplitudines eam distinguentes, vnde & nomen suum merito obtinent. Habentur autem in thoracis

racis medio vtrinque; singula secundum ipsius longitudinem procedentes. à iugulo enim ad totam septi longitudinem pertingunt, & à tota pectoris ossis longitudine ad thoracis usque; vertebrarum corpora exporriguntur. Atque his etiam minimis membranarum amplitudo circumscribitur, quæ triangulum quodammodo ex inæqualibus & obliquis costis lateribus ve conformatum refert. una enim costa, quæ & breuior est, à iugulo secundum pectoris ossis longitudinem ad eius mucronem, & septi hic connexum fertur; secunda verò hac longior, à iugulo secundum dorsi ductum ad undecimam usque; thoracis vertebram procedit; tertia longitudine inter illas media, ab osse pectoris secundum septi longitudinem declius ad dorsum descendens, duas priores costas committit. Præsentis membrane in mutua distantia & coitus plurimum variant. secundum dorsi enim longitudinem, quæ vertebris committuntur, inuicem cõtigue sunt, & quàm minimam inter se cavitatem fibris membranæis oppletam efformant. Quæ verò pectoris ossi committuntur, in homine quidem inuicem nequiquam contigue sunt, imò pro ossis pectoris latitudine mutuo distant. Superiori enim parte, ubi id amplissimè est, ac claviculas primamque; vtriusque lateris costam sustinet, membrana etiam inuicem admodum abscedunt: cavitatem nihilom



nihilominus vniuersam, quam inter se continent, fibrosis membraneisq; nexibus adimplentes. Vbi verò pectoris ossi secunda costæ cartilago coarticulatur, quemadmodum pectoris os hic arctius euasit, ita quoq; dextra membrana minus inibi à sinistra remouetur. Hæc membranarum disunctio sensim secundum ossis pectoris longitudinem descendens, vt os ipsum latius efficitur, sic quoq; & illa capacior reddita magis diducitur, ita sanè, vt tanta in homine hæc membranarum consurgat distantia, quanta vndiq; pectoris ossis cernitur amplitudo. Cæterùm quæ membranæ septo transuerso committuntur, omnium maximè inuicem abscedunt, atq; hic tantâ efformant amplitudinem, quanta septi transuersi membranei circuli est latitudo. Cavitatis, quam ibidem membrana efficiunt rarioribus membraneis fibris obsita, admodum ampla dissecantibus occurrit, atque huius amplitudinis basis ad anussim correspondet figuræ membranei circuli ipsius septi, quæ latior est quæ pectus quàm quæ dorsum respicit, latissima verò in medio existit. Præsens cavitatis in hominibus nihil prorsus præter cordis inuolucrum, ipsumq; cor & venam cauam septum penetrantem complectitur. In canibus verò & reliquis animalibus longius pectoris os, longiorèq; thoracem possidentibus, amplitudo hæc multo

capacior visitur, nullis membraneis fibris obdota. Dein eius amplitudinis basis à cordis inuolucris mucrone multum, secus quàm in hominibus, vt mox subiiciam, distat. Ad hæc, præter venam cauam illa quoq; amplitudo in dictis animalibus pulmonis lobum continet, qui subterniculi & manus cuiusdam instar cauam venam hæc progredientem suffulcit. hoc enim homines quum breuiori ductu ipsis vena, quàm illis animalibus ducatur, destituti sunt: quamquam Galenus ex simijs coniecturam faciens, hunc lobum etiam hominibus tribuerit, vt post eum reliqui dissectionis scriptores ad vnum omnes. qui nulla rei habita consideratione, nequicquam minus quàm Anatomem aggressi, nil nobis aliud præstitere, quàm quòd perperam pleraq; ex Galeno descripserunt: neq; solum cum illo veritati pepercerunt, verum aptè à Galeno edocta admodum misere deprauantes, ac nescio in que compendia fœdissimè consarcinantes, vt Galeni veterumq; omnes de re Anatomica libri propemodum interciderint, occasio fuerunt. Ceterum hæc membranarum, quæ dorso, pectori & septo connascuntur, distatitè est descriptio. Præter quam & alia visitur, eaq; quas dixi sedes nequaquam contingens, & ad cordis effigiem formata. Præsertes enim membrane in ipsarum medio cordis inuolucrum, vt dixim

diximus, complectuntur, & pro eius amplitudine formaq; dextra membrana à sinistra abscedit, & vtraq; inuolucrum id adnatum exigit. Adeo vt inter has membranas cordis inuolucrum, ob idq; & ipsum cor vnà cum suis vasibus contineatur, deinde & caua venae caudex, & innumere membranæ fibre mēbranas has inuicem quibus dixi sedibus colligantes. His in medio nulla, nisi id perquam raro, adnascitur pinguedo: exterius verò quæ queq; suam thoracis respicit amplitudinem, multa sepe, ac præcipue in hominibus, adipe abundant, adeo vt omnēto quibusdam partibus similes, & pinguiores sæpius videantur. Præter pinguedinem ipsis adnascitur glandosum corpus, vasorum distributionibus in iugulo præfectum. Venis ac arterijs abundant, sed tenuibus, ac illis quæ per omenti membranas digeruntur perquam similibus. Venæ quidem non à caua, vbi septum permeat (quanquam ita Galenus censuit) originem ducunt, sed potissimum ab illis quæ deorsum à iugulo pectoris ossi exporriguntur. Ille enim venæ ac arteriæ secundum harum membranarum ad pectus ductum descendentes, in progressu furculos dispergunt ex anterioribus in posteriora pertinentes. Deinde aliquot soboles his membranæ à vena coniugis experte offeruntur. At præter has plerumq; & potissimum in homi-

mbus, alia notatu digne crassitudinis à iugulo secundum vtriusq; membrane longitudine deorsum ad septum vsq; deducitur, septi neruo comitata. Septi enim transuersi nerui in externa membranarum sede ipsis adnati deorsum protenduntur, equali fere intervallo à pectore & dorso in progressu distantes. Atq; hi solum nerui cum vasis & adipe externe membranarum regioni, quæ pulmonem respicit, adnascuntur, & leuis quodammodo, & aqueo quasi humore oblita visitur: interdum etiam aliqua ex parte pulmonem adnatum possidens. Interna verò membranarum sedes tum propter fibras membraneas, quibus inuicem membrane committuntur, tum eas quibus validissime citra adipis interuentum cordis inuolucro adnascuntur, vtræq; asperæ sunt. At si quæ iuxta septum huius cavitatis regio fibræ non obsuletur, ea quoq; leuis similiter & aqueo humore madens visitur. Membrane hæc tunica costæ succingente tenuiores aliquantulo sunt, ab hac ex omnibus ille sedibus vbi ipsi membrane committuntur ortum ducentes. Sunt autem illæ sedes, vti diximus, pectoris os, septum transuersum & thoracis vertebræ, vnde potissimum ille membrane enascuntur. Quæ primario vsu in hoc creatur, vt cordis inuolucrum, ac proinde ipsum quoq; cor, ne deorsum ac retrorsum cõcidat, in sua se-

de cost

de cōtinerēt. id enim & si ab alijs minimè animaduersum fuerit, uiuorū & mortuorū sectio luculentissimè ( si animum modò adhibueris) ostendet, quacumq; ratione has membranas aggressus fueris. Deinde ad vasorū securiorem ductum auxiliantur, & postremò ex uniuersa thoracis amplitudine duas efficiunt cavitates, qui usus h. uelquaquam minimus censi debet: quandoquidè huius beneficio altera thoracis cavitare pertusa, et pulmone hac sede propter aërem per foramen ingrediente à motu cessante, altera cavitare adhuc illèsa animali famulatur, què admodum in vulneribus & uiuis sectio- nibus frequèter condiscimus. Num autè ab his membranis, an verò à tunica costas succingente organa in thoracis cavitare reposita, tunicas involucriq; mutuentur, hic cōtentiosè haudquaquà disceptandum duxerim, quò planè idè usus, quod ad eiusmodi tunicas vasorumq; connexus spectat, harū mēbranarū & tunica costas succingētis censendus veniat. Præterea neutiquam inuestigandum est, num vna tantum in uniuerso thorace costas succingēs sit mēbrana, què admodum eā descripsimus: num verò due, ut vna quidè dextra esset, ea scilicet quæ dextrā thoracis cavitare succingit, vna cum dextra intersepiete mēbrana: alia autè sinistra, quæ ibidè thoracis amplitudini obducitur, & eius sedis inter

diuidentem membranam efformat. quod prorsus non esset absurdum, essetq; peculiaris differentia, qua succingens costas tunica à peritoneo distingueretur, quum id vnicum reuera sit, illa autem tunc duplex censeretur.

## De aspera arteria. CAP. IIII.

**I**N tertio libro, vbi arteriarum complectebatur seriem, hæc cuius constructionem modo persequi statutum est, simpliciter quod aërem contineat, arteria veteribus Græcis primum appellata dicebatur: at temporis successu, quum & vita vitalem spiritum sanguinemq; impetu ruentem deducunt, & in venarum numero non amplius habita, arterie etiam nomine donarentur, hæc quidem leues arterie, illa verò aspera, ab inequali qua constat substantia, nuncupabantur: eoq; nomine ad hunc vsque diem aspera arteria est obuia, non minus sanè quàm sitis quoq; ipsius, & numerus citra longam enarrationem conspicui sunt. Vnica enim non hominibus modo, verùm & animalibus que pulmonem nanciscuntur omnibus obtigit, que longo ductu, instar caudicis cuiusdam, ex faucibus deorsum protensa, frequèti sobole in pulmonis substantiâ digeritur. In faucibus enim (que Græcis φαρυγγες nuncupatur) duobus narium foraminibus in oris amplitudinè pertinentibus,  
alia

alia duo in humiliori faucium sede correspondent,  
 quae quidem non secundum latus, ut illa, mutuo  
 contermina, sed unum altero prius cernuntur.  
 At horum quidem posterius stomachi cibum po-  
 tumque ex ore in ventriculum deducendis ini-  
 tiū existit. Anterius vero aspera arteria prin-  
 cipium est, quae hinc deorsum recta nusquam in  
 latus declinans, secundum cervicis longitudinem  
 ad quartam usque thoracis vertebrae ducitur,  
 tota posteriori sede substratum habens stoma-  
 chum, vertebrarum corporibus, primoque dorsum  
 mouentium musculorum pari absque alterius or-  
 gani interuentu inuitem. unde & aspera ar-  
 teria à vertebrae tantum remouetur, quanta  
 stomachi est crassities. Anteriori autem aspera  
 arteriae sedi non eadem toto ductu pretenduntur.  
 in elatissima namque sede, ubi oris amplitu-  
 dini committitur, os ab v figura uocales nun-  
 cupatum, ipsi cum illius ossis quoque musculis &  
 cute prelocatur. Hinc vero ad iugulum ac pec-  
 toris ossis elatiorem sedem usque, praeter cutem  
 & illi subditum ex carnosae membranae mus-  
 sculum, arteriae asperae obtenditur bifidus mus-  
 sculus, qui à pectoris osse enatus, ossis v referen-  
 tis anteriori parti inseritur, & deinde alij duo  
 à pectoris quoque osse in scutiformis cartilaginis  
 humiliorem antiquamque partem pertingentes,  
 proxima arteriae hic incumbunt. Vbi vero tho-

racem hæc ingreditur, principia quoque; musculo-  
rum ex claviculis & pectoris osse ad manil-  
lares in capite processus deductorum, tanquam  
propugnacula ipsi quoque; præfiguntur. In iugulo  
glandium inibi vasorum diuarcationi subser-  
uiens, & vasa ipsa præter pectoris os illum ob-  
tegent. Quod tamen ipsius corpori proximum  
est, in iugulo quidem est glandium, & paulo de-  
missius in thoracis amplitudine ramus arterie  
magne in soporales arterias distributus, que  
una cum sexti paris cerebri nervi, & internis  
iugularibus asperæ arterie lateribus vicine at-  
tendantur. dein ad laryngis radicem utrinque  
glandulosum, sed rubicans corpus (quod postea  
expressius describemus) ipsi adnascitur. Cete-  
rum quum primum ad quartæ thoracis verte-  
bræ corpus arteria aspera descendit, in duos pa-  
res bipartita truncos, unum dextris pulmonis  
lobis, alterum sinistris exporrigit, qui pulmonis  
substantia vudiq; amplexi, parem cum pulmo-  
ne sedem occupant. Imaginem asperæ arterie  
vix vlli rectius quam arbori assimilaueris, cu-  
ius caudex in duos primum ramos diffissus sit,  
& hi rursus in innumer. as soboles diffusi. Flu-  
ius namq; arboris à radicum propaginibus libe-  
rate ex terra prodiens initium, laryngi respon-  
debit: totus autem caudex reliquæ asperæ arte-  
riæ parti à larynge ad quartam usque thora-



is vertebram protensa conueniet: arboris verò  
 rami eorundemq; innumera soboles arterie in  
 pulmonem diductibus conferetur. Vt enim cau-  
 dicit initium radices educens, varium, neq; pari  
 vndiq; constans forma visitur, sic & larynx  
 asperæ arterie caput vndiq; variam dissimileq;  
 figuram exigit. Superiori enim parte prout aut  
 depressum aut erectum sinxeris laryngis oper-  
 culum, acuta aut depressa obtusaq; erit. Ante-  
 rior autè laryngis pars, & latera quoq;, ante-  
 riorem scutiformis cartilaginis superficiè com-  
 monstrant, quæ secundum ipsius longitudinem  
 in medio extuberat, illinc lateribus oblique in  
 posteriora extrorsum procedens. Ad hæc, vt hu-  
 ius cartilaginis superior pars amplior longè in-  
 feriori in hominibus (secus quàm in bobus) exi-  
 stit, ita etiam laryngis superior sedes hic latior  
 inferiori cernitur. imò humillima laryngis se-  
 des, quæ secunda laryngis cõstituitur cartilagi-  
 ne, amplitudinè latitudinè ve reliqui asperæ  
 arterie caudicus ductus adæquat. Posterior la-  
 ryngis regio, ac præcipua huius regionis sedes  
 quodãmodo plana est, propter primæ cartilagi-  
 nis quæ scuti imaginè refert, ad posteriora suis  
 lateribus progressum. aliàs enim hæc regio se-  
 cundæ ac tertie laryngis cartilaginum gradia,  
 paulo minus tota teres esset, vti sanè est humil-  
 lima posterioris regionis sedes, haud aliter quàm

anterioris regionis humilior sedes, idq; occasione  
 secunde cartilaginis humilius prima proceden-  
 tis. In posteriori sede, prout tertia cartilago in  
 laryngis cavitatem contrahitur, aut extrosum  
 porrigitur, ita quoque elatiores ipsius apices in  
 interiora exteriora ve magis prominent, laryn-  
 gis figurâ emutantes. Ceterum reliquis asperæ  
 arteria caudex (vt & arborum caudices solènt)  
 ad ramorû vsq; diuarcationem sibi similis est,  
 non tamen absolute. Nam quum concidit arte-  
 ria, neq; aère distenditur, anteriori quidè parte  
 teres est, verum paulo videtur latior ac depres-  
 sior, hinc ad latera orbiculatim ita ducta, vt in  
 posteriora procedens, angustior fiat. Posterior  
 autem sedes anteriori angustior est, planaq; ac  
 versus internâ ipsius amplitudinè nonnihil or-  
 biculatim impressa visitur. Quum autè arteria  
 distenditur, ipsius posterior pars equè ac prior,  
 & magis quodammodo latefcit, atq; in poste-  
 riora tumens orbicularis vt illa efficitur. Ean-  
 dem formâ seruant omnes asperæ arteria in pul-  
 monem sparse soboles, que arborum ramis assi-  
 milantur, & vniuersam seriem cum pulmomi  
 figura parem efformant, in omnes ipsius partes  
 frequentissimis germiuiibus, vt iam dictû fuit,  
 excurrentes. Externa asperæ arteriæ superficies  
 præter laryngis, que varia est, inequalis, sed in-  
 terim ordinata serie procedès visitur, ac quum  
 aère

aëre distenditur, posteriori quidem parte leuis  
 instar cōtinuæ cuiusdam membrane est, à late-  
 ribus verò & anteriori regione inequalis: mē-  
 brana, quæ cartilagine mediat, ipsis cartilagi-  
 nibus magis extuberante. contrà verò quā laxa  
 concidit: nam tunc cartilagine mēbrana sub-  
 stantia eminentiores protuberant. Ad hæc, instar  
 membranarum quæ alijs connascuntur parti-  
 bus, externa quoq; arteriæ superficies aspera est.  
 Posteriori etenim sedi fibrosis nexibus, sed mo-  
 dicis stomacho committitur: verum superior la-  
 ryngis regio quum communem cum stomacho  
 tunicā sortiatur, validissimè illius tunice gra-  
 tia ipsi cōnascitur: quemadmodū et larynx sto-  
 macho firmissimè musculorum opera connecti-  
 tur, qui stomachū amplectentes, primæ cartila-  
 ginis lateribus implantantur. Anterior asperæ  
 arteriæ pars attensis musculis & vasis, ac præ-  
 cipuè recurrētibus nervis connascitur. Quinetiā  
 ubi asperæ arteriæ rami in pulmonē excurrunt,  
 propter adnatam ipsis pulmonis substantiam  
 minus leues existunt. Caterum interior super-  
 ficies etiam si inequalis pro cartilaginū extu-  
 beratiā semper sit, leuis tamē ac velut vinctuo-  
 so humore perfusa, neq; vllis fibrosis explanta-  
 tionibus aspera existit. & talis quoq; quod ad  
 leuitatē spectat, interna laryngis est superficies:  
 quāvis interim neq; orbicularis, teres ve, aut tu-

beribus minimè sit libera. In humillima enim parte, utcumq; aut arctetur, aut diducatur, orbicularis ad amussim patensq; eodem semper modo, ob perforatum quem secunda cartilago efformat circulum, euadit, in medio verò quum arctatur, penitus conuinet, non orbicularis quidem arctiq; orificij ritu, verum recte instar lineæ seu rimæ ab anterioribus in posteriora protensa. quæ si dirimatur aperiaturq;, ab anteriori parte sensim in posteriora tantisper latior efficietur, donec laryngis interior superficies tota quodammodo orbicularis teresq; intus spectetur. Quando hæc rima arctatur, & conuinet, ipsaq; inferior laryngis pars, quam secunda cartilago extruit, teres orbicularisq; necessario permanet, utrinq; ad rimæ illius latera rima cõspicitur foæa, altiùs quodammodo quàm rimæ superficies conscendens, vnde etiam hæc cornuta superficies sub rima confurgit. Superficies verò laryngis supra rimam consistens, prout hæc aut recluditur, aut comprimitur, etiam differt, nunquam tamè penitus est orbicularis, sed pro rimæ compressu ex posterioribus in priora magis minusq; arctatur. Inferior laryngis operculi superficies concava, superior autè conuexa cernitur. Ceterum velim hæc vitulina aut bovina laryngis (si modo humana non suppetat) assumpta examinari potius: quàm obscura difficultiq; enarratione dis

ne discere. Ita enim quæ hinc propter dictionis  
 obscuritatē præterimus, absq; omni negocio se-  
 dula inspectione non sine magna admiratione  
 occurrent. Sic quoq; singulorum substantiam &  
 conformationē vna atq; altera larynge utcūq;  
 etiam rudi fueris manu, dissecta adinuenies, po-  
 tissimum quod laryngis ac reliquæ asperæ arte-  
 riæ substantiā in primo libro & secundo, quan-  
 tum illic cōueniebat, persequutus fuerim. In pri-  
 mo enim præter laryngis operculum, trium la-  
 ryngis cartilaginum situm, formā, & quantum  
 ad musculos in secundo libro intelligendos sat  
 fuit, vniuersam illorū constructionem tradidi.  
 In secundo cum cæteris musculis omnes laryn-  
 gis musculos ac ligamēta, prout mihi eorum re-  
 quirebat tractatio, aggressus sum. Quapropter  
 etiam illorum, ut & laryngis & totius asperæ  
 arteriæ, neruorū & vasorū descriptioni hic mi-  
 nimè immorandum est. Non profecto quod scri-  
 bendi laborē subterfugiam, verūm ne à moro-  
 sare quopiam eadem inculcare dicar. Quamuis  
 etiam in re non minus pulchra quàm difficili,  
 vndecimo de Confectionibus administrandis  
 Galeni libro, cum alijs quinq; et libro etiam de  
 Voce, priuati simus. Præterea septimi de Par-  
 tium vsu fragmentum nobis dūtaxat asserua-  
 tum est, idq; vniuersum in eo libro deest, vnde  
 Galeni enarrationē peteremus. Quæ itaq; supe-  
 riori

rioribus libris necessario recensuimus, hic non  
 altius repetentes, id solum adiungemus, asperam  
 arteriam membrana cartilaginea; formatam  
 esse substantia. ac laryngem quidem tribus con-  
 stare cartilaginibus, ea nimirum quam scuto  
 Greci assimilarunt; secunda vero, qua quod vo-  
 mine destituatur, quasi sine nomine vocauerunt;  
 tertia autem, que gemina est, quamque vasorum  
 orificijs, quibus aquam manus lauaturis affun-  
 dimus, respondere arbitrati sunt. Deinde laryn-  
 gis operculum ipsius quoque conformationem in-  
 greditur, quod ex cartilaginea membrana; et  
 pingui substantia (quemadmodum et tertia  
 cartilaginis superior pars) constituitur. Reli-  
 quum asperae arteriae corpus innumeris confor-  
 matur cartilaginibus, una serie eademque forma  
 sese habentibus. Forma quidem circulo correspon-  
 dent, cui quarta pars sit exacta. propius enim  
 ad anuli circuli ve perfecti figuram quam qui-  
 dam arbitratur accedunt. Quod sane is ad anu-  
 lum perpendit, ex quo Celsus primum quarti li-  
 bri Caput vertit, in quo hanc cartilaginis ima-  
 ginem dorsi vertebrae comparat. Quamquam  
 enim Celsus illius auctoris mentem parum apte  
 explicauerit, ex cartilaginibus tamen vertebra-  
 rumque imagine leui negotio colligitur, illius au-  
 ctore cartilagineas non simpliciter vertebrae con-  
 tulisse, verum duntaxat circumferentia superi-  
 oris

ciezq; corporum thoracis & lumborum (nō au-  
 tem cervicis) vertebrarū. Horum nauq; corpo-  
 rum imago cartilaginum orbi ductuq; quā  
 simillima visitur. Cartilagines he in orbiculo  
 arterie figurā imitantur, corpus tamen ipsorū  
 teres non est, sed quodammodo quadrangulare,  
 multo interim latius quā crassius. Dein carti-  
 lagines he non eandē toto corpore seruant cras-  
 sitiem: in medio enim crassiores sunt quā in  
 extremis, quibus paulatim attenuantur, ac ve-  
 lut in membranā degenerant. Extremis his sto-  
 machū respiciunt, media autem parte & cras-  
 siori anteriore asperæ arterie sedem efficientes.  
 Neq; arbitretur quispiam (illorū sententia delu-  
 sus, qui à perfecti circuli figura cartilagines so-  
 lum desinere prodiderūt, ne arteria stomachum  
 plus equo cōprimeret, verū potius vt stoma-  
 cho deglutienti cederet) eas hanc formam spe-  
 ciemq; in caudice ipsius arterie dūtaxat serua-  
 re: in pulmonis verò substantia completos effici  
 circulos, quandoquidē in pulmonis substantia  
 perinde ac in caudice sese habent, & quod inibi  
 aliter construi nequiverunt, in arterie partium  
 vsus commemoratione ostendā. Cartilagines  
 he continua serie ac equaliter semper mutuo  
 distantes in arteria collocantur, & non tantum  
 inuicē disunguntur, quanta illarum à superio-  
 ri parte ad inferiore est latitudo, nisi quā arte-  
 ria

ria aëre turget: concidente enim arteria, cartilagine inuicem propinquius accedunt. Cartilaginum inter se connexus primùm propria cuiusq; cartilaginis membrane interuentu perficitur. Quemadmodum enim omnibus fere ossibus, & etiam laryngis cartilaginibus membrana quedam, eo quod ossum sit inuoluerum, ~~uagitate~~ & nuncupata obducitur, pari quoque ratione circulares asperæ arterie cartilagine simili membrana integuntur, quæ ex demissioribus elatioribusq; sui partibus processus exporrigenis, illarum interuentu cartilagine inuicem cōnectit, velut membranæ viniculum inter duas cartilagine sese respicientes affirmans. Neq; solùm inter cartilagine, ubi ab inuicem equaliter distant; eiusmodi conjungit viniculum, verùm etiam ab extremis cartilaginum partibus stomachum respicientibus similes membranæ processus exporriguntur, ex quibus continuū quoq; instar membranæ viniculum efficitur. His cartilaginibus membranisque; aliæ duæ accedunt membranæ, ab ipso vasa tunice non immeritò appellatæ. Atq; vna quidam externam arterie superficiem vndeunque amplexatur, membranæ illis cartilaginum vinculis pertinacissimè connata. Hæc tenuis est, illisq; tunicis par, quæ peritonæum & succingens costas membrana ipsis affirmatis vasis præbet.



Presentis tunica interuentu arteria conterminis  
 partibus colligatur, ipsaq; imprimis recurrentes  
 nervos securissime desert. Altera arteria tunica  
 hac longè dignior, internam vniuerse arterie  
 sedem succingit, atq; ad cartilaginum inter se  
 colligationis robur plurimum auxiliatur. Inte-  
 rior tunica exteriori multo crassior existit, quã-  
 nis etiam tenuis sit & valida. Adnascitur verò  
 robustissime cartilaginum proprijs membranis,  
 & interna sede pingui quodammodo humore  
 oblita visitur, non vndecunq; eandem seruans  
 crassitiem. Quum enim lingue, labrisq; & pa-  
 lato, & ipsi demum stomacho communis sit, in  
 laryngis cavit.ate crassior euasit, & pinguedine  
 inter cartilagineas & externam ipsius superfi-  
 ciem obducitur. Vbi verò rima lingulæ ve la-  
 ryngis coniuget, hæc tunica vtrinque ad latera  
 dara callosaq; efficitur, ac cum substantia colo-  
 rem quoq; immutat: vt enim hic durior, tan-  
 quam à frequenti dum spiritû retinemus com-  
 pressu euadit, ita quoq; magis ibidè callosa red-  
 dita, candicat, albescitq;. Ea parte qua tunica  
 arterie ramos in pulmonis substantia diffusos  
 succingit, sublimis ve, tenuior longè quàm in la-  
 ryngis visitur: in caudice verò arterie medio se  
 habet modo. Per vniuerse tamen arterie cavi-  
 tatem, hanc tunicam rectis fibris intertextam  
 esse, & sectione didicimus. Quæ etiam ostendit  
 gland

Glandes la-  
ryngis ra-  
dici adna-  
tae.

glandulas alterutra parte singulas ad laryngis  
radicem adnatas, quae magna sunt & fungose  
admodum, carnisq; propemodum coloris, sed ma-  
gis nigricantes, & venis satis conspicuis obdu-  
ctae, quarum in secundo etiam libro, quum la-  
ryngis prosequeremur musculos, meminimus.  
Aspera arteria omni prorsus sanguine vacans,  
primario animati ad aëris in respiratione trās-  
itum ductum ve confert, deinde & vocis orga-  
num facile est precipuum. Atq; his vsibus uni-  
uersa ipsius congruit fabrica. Ex faucibus enim  
aërem per nares, aut os attractū, rectū in pul-  
monē ducit, hunc per vniuersum pulmonis cor-  
pus ita numerosa ipsius serie distribuēs, vt pul-  
monis substantia hunc promptè alteret, atque  
cordis muneribus aptum reddat. Ceterum quod  
pulmonis proprium sit munus, suo dicemus lo-  
co, nunc enim sat est asperam arteriam ita ef-  
formatam innuere, quod aptissime aërem dum  
inspiramus pulmōni deferat, ac rursus omnem  
qui cordi inutilis est, vnā cum fuliginosis ipsius  
excrementis inter expirandum reddat. Ad hanc  
functionem, asperam arteriam instar mem-  
branei meatus, qui facile inanitus cōcidere, atq;  
rursus oppletus distendi posset, extrui conduce-  
bat. Quod enim nisi vacui fuga magnoperè re-  
plendum est, ac rursus compressionis duntaxat  
vi inaniendum venit, distendi comprimique

aptum

aptum esse oportet. Quapropter quum inspira-  
 tionem aëris ve attractionem dilatati pulmo-  
 nis gratia fieri omnibus concessum sit, pul-  
 monisq; dilatatio aliud nihil censeatur, quam  
 suorum vasorum dissentio, non quidem simpli-  
 citer omnium, sed in primis asperæ arteriæ pro-  
 paginum: expirationem vero rursus fieri con-  
 sset, quoties pulmo in se colligitur, concidit &  
 arctatur, eaq; ratione aërem in sua amplitudi-  
 ne (videlicet in asperæ arteriæ ramis) contentū  
 exprimit, propellitq; cuius ratiocinari prom-  
 ptum est, asperam arteriam, ut & distendi in  
 inspiratione & denuò cōprimi in expiratione  
 posset, debuisse sabrefieri. Verum ad has functio-  
 nes sat erat hanc ex membranea quapiā car-  
 neaq; substātia, ut ventriculū, stomachum, aut  
 arterias ipsas & venas construi, neq; illis qui-  
 bus abundat cartilaginibus donari, adeo sanè  
 ut nunc frustra, quod ad aëris ratione vacui  
 attractionem, & sui ipsius corporis ex illo di-  
 stentione, & rursus ad aëris propter ipsius com-  
 pressionem arctationemq; ac expiratione atti-  
 net, vel aliquā cartilaginē rerum Opifex ipsi  
 largitus videatur. tātum abest, quod illi opificis  
 industriā ostenderet, qui omnes asperæ arteriæ  
 ramos in pulmonis substātia distributos ex  
 cartilaginibus perfectos circulos constituenti-  
 bus fabricatos sinxerūt, & aliā hic asperæ ar-  
 teriæ

teriae, quàm quàm stomacho prætenditur construa-  
 tionem enarrarunt, haud perpendentes, si aspe-  
 ra arteria ita extrueretur, pulmonem neque  
 distendi, neque laxari ita opportunè posse, aut  
 saltem in longitudinem, aut breuitatem di-  
 taxat, non autem in amplitudinem aspera ar-  
 teriae ramos proficere posse. Neque minus illi  
 hallucinantur, qui asperam arteriam apertam  
 patentemq; & uò stomachi modo coincidentem  
 efformatam asserunt, quo aëris liberior esset  
 ingressus & egressus: quandoquidem hi præ-  
 terquam quòd laryngis arctatione dilatatio-  
 nemq; ignorant, eò uenire ruditatis, ut ipsi la-  
 teat, si aspera arteria cū omnibus suis propagi-  
 nibus semper aequè tensa apertaq; esset, pulmo-  
 nem neq; unquàm constringendum aut dilatan-  
 dum, nihilq; vacui fuga in asperam arteriam  
 (ut quæ prius cōcidisset) attrahendum. Nam hæc  
 uel ex follibus animaduertere debuerunt, qui-  
 bus longè aliud artificium ad eam partem que  
 aërem reddit, quàm reliquæ follium amplitudini  
 adhibetur. Hanc enim artifices distendi compri-  
 miq; promptè reddūt, ut oppleri inanimiq; pos-  
 sit: non autem ita canalem quem rigidam fa-  
 ciunt, & distendi cōprimiq; ineptum. cuius na-  
 turæ si totus follis esset, quis omnè ipsius usum  
 nos perdituros, ac inftar lagene vitreae follem  
 futurum ignorat? Atque huiusmodi membra-  
 nea

nee substantiæ arteriam constituentis est rati-  
 o, quæ hanc membranæ debuisse fieri com-  
 monstrat. At cartilaginibus abundavit quoq;  
 ut non modo respirationis, verum & vocis or-  
 ganum fieret. Quemadmodum enim asperam ar-  
 teriam leuium arteriarum modo, respirationis  
 nomine membranæ confici idoneum fuisset,  
 ita quoq; ad vocem amplam, rigidâ, duramq;  
 prorsus fistularum, tibiarum & cornuum ri-  
 tu effingi debuerat. Quandoquidem ut vox  
 fiat, symmetriâ quandam esse oportet, & ro-  
 tur aeris ipsius & substantiæ ab ipso percussæ.  
 Huiusmodi sanè substantia est cartilago, ex  
 qua vniuersam arteriâ tibiæ modo extrui siue  
 ligamenti & membranæ oportuisset. Verum  
 quæ absq; inspiratione ac expiratione vox fie-  
 ri nullo modo potuerit, illaq; cõpressionem ac di-  
 stensionem necessariò indigeat, merito laudabi-  
 mus summi rerû Opificis scientiâ, qui asperam  
 arteriam simul cõmodum respirationis & vo-  
 cis organum melitus est. Atq; tantum artificium  
 in laryngis cõstructione ostendit, ut illa nunc  
 magis, nunc minus claudi possit, & spiritum  
 ipsum ex nostro arbitratu ad magnos sepe v-  
 sus retinere valeamus, & vocem nunc grauem,  
 nunc leuem, prout rimâ illâ (quæ profectò vocis  
 primariû est instrumētum) arctamus vel laxa-  
 mus. Hæc namq; illa est, quâ tibiæ arteriæ cõiunctis

arundinum frustulis similem esse diximus: ac illi etiam rimæ respondet, quæ fistulis illis inest quas labris amplectimur. Congruit etiam vsu, quamuis non forma, cornuum & tubarû oris cuius, quæ ori illa instantes accommodamus. Deinde & organorum quoq; fistulis, & illarum etiam fistularum foramini, quas transversim inflamus, hæc rima comparatur. At larynx longe omnium fistularum artificium vincit: quæ ita efficta est, vt modo minus, modo magis eâ laxare possimus, ac varias voces, non autem viciniam duntaxat (vt artificium instrumenta) edere valeamus: & tanta denum thoraci vis inditur, vt ex nostro arbitratu nunc multum, nunc parum aëris ad solâ respirationem, aut vt etiam simul voci, quâ effingere lubet, aër inter expirandum sufficiat, emittere queamus. Quam fuerit necessum secundam laryngis cartilagineam perfectam efformare circulum, & arteriâ asperam hic ad laryngis radicem haud posse comprimi, animaduertes, si diligenter vocis generationem ex aëre ab ampla via in strictam, & hinc rursus in latâ impetu deducto, fieri distulceris, atq; simul gargareonem vocis plectrum & palatum instar rotundi ampliq; spatij constitutum, & cavitatem super id in narium foraminibus apparentem, & quarti maxillæ superioris in altero latere oris cavernas, ac dentes pariter

Vocis generationis  
aeratio.

riter & linguam, & labra rimatus fueris, ac  
 demum musica artificii instrumenta, illarumq;  
 partium usum his Nature operibus diligenter  
 contuleris. Neq; hic in nominu' disceptationem  
 incidere visum est, rixose certado de rime huius  
 & laryngis operculi nomine, quod falso vocis  
 proprium, precipuumq; organum pleriq; recen-  
 sent, quandoquidem hoc nihil voci, nisi fortas-  
 sis ad illius aliquam modulationem accommo-  
 dat, & duntaxat vt & in primo libro com-  
 memorauimus, cibi & potus inter deuorandū  
 in laryngem casum prohibet. Nam preter hoc  
 quod sensu id ad vocē nihil facere ex vera se-  
 ctione perspectum habemus, ratione id alijs co-  
 gnitum esse oportuerat. nam nullus vnquā quo  
 operculum id ageretur musculus, ab alijs ani-  
 maduersus fuit, neq; etiam vllis mouetur quā-  
 muis quos ab osse v referente in id inferi comme-  
 morauimus, quū interim laryngis reliqui mu-  
 sculi ad vnum omnes rime illi dilatade arctā  
 de ve subseruiāt. Insuper eius gratia omnē la-  
 ryngis cartilaginiū fabricam extructam esse co-  
 gnosces, si vel minima Nature operū cognoscen-  
 di scintilla arseris, neq; illorū scientiā, indignis-  
 simi qui à Natura creatus sit hominis modo,  
 respneris: nā vel bruti alicuius larynge in ma-  
 nibus assumpta, artificū in musicis instrumentis  
 parandis industriam Nature opera seclantem

maxima voluptate admiraberis. Quod verò  
 & reliquarum cartilaginum situs nō vulga-  
 ris sit, omnibus quoq; notum arbitror. crassior  
 enim ipsarū pars, quaq; orbem efformat, ante-  
 riori parti, & que iniurijs magis exponitur,  
 prælocata est. Vbi autē à perfecti circuli figura  
 in caudice arterie necessariò propter inspira-  
 tionem deficiunt, opportunè stomachum respi-  
 ciunt, quò minus illum comprimant, minusq;  
 ipsius in ciborū assumptione distentione præ-  
 pediant: quum interim arteria inibi suspicien-  
 dis noxis inepta sit. Pariter etiā asperæ arterie  
 tunicas Natura nō oscitanter extruxit, exter-  
 nam quidem, vt cartilagine instar inuolueri  
 munit, atq; ipsius interuentis arterie vicinis  
 partibus colligata firmataq; securius deorsum  
 prorepat. Interna verò non solum cartilagine  
 firmitus connexura, verū easdem succinctoria,  
 atq; à grauioribus iniurijs munitura, crassior  
 externa euasit, nō tamen talis, vt sua crassitie  
 magnā arterie amplitudinem oppleat, & ad  
 defendendas tamen cartilagine sua densitate  
 & robore sufficiat. Sæpe enim aliquid pituite  
 inutilis à capite per arteriā defluit, necnon po-  
 tus aliquid & cibi inter deglutiendū in illam  
 illabitur. Præterea acris quedā qualitas, vel sa-  
 mi, vel cineris, vel carbonū, vel alterius cuius-  
 dam facultatis medicamētoſa etiā inter respi-  
 randum



vandum attrahitur. Adde quòd pus tussi expe-  
 lorandū quandoq; sit malignum, erodens, aut  
 alius quis humor, utpote flava bilis, ac atra,  
 aut pituita salsa intus putredinē experta, per  
 asperā arteriā efferrī debent: à quibus omnibus  
 obdūctā cartilaginibus tunica, ne ille radātur,  
 & rosionē alterationemq; ab his nō sine gravi  
 ipsarū vitio sentiant, præcauet. Atq; ut larynx  
 eiusmodi noxijs (nimirū ori vicinior) subjūci-  
 tur, ita quoq; & tunicam hanc paulo crastio-  
 rem obtinet, quàm extremi arteriæ surculi, in  
 quibus tunica tenuior euasit, ne plus æquo pul-  
 monis substantia aërem cordi temperatis vim  
 obtunderet, & aëris in renalis arteriæ germi-  
 na assumptionē, et rursus cordis fuliginosorum  
 in asperæ ramos attractionē prohiberet. Ceterū  
 pinguedo inter tunicam hanc & cartilaginem  
 in larynge potissimum reposita, ipsaq; etiā tu-  
 nica pinguior simul cum viscido quo vndique  
 hæc oblitur humore, ad facilem aëris ductum  
 conferre videntur, atq; etiam ne in magnis cla-  
 moribus, multisq; motibus exiccetur, voxq; de-  
 ficiat, plurimum accommodare. Huc quoq; sit-  
 ciunt asperæ arteriæ ad laryngis radicē vtrin-  
 que appositæ glandes. humore siquidem meatū  
 imbuunt, non fluido quidem, sed viscido &  
 pingui, quemadmodum & ipsæ crastiores spif-  
 storeiq; ceterū humorem procreantibus glan-  
 dulis

dulis sunt. Quantus verò eiusce humoris ad r-  
 cem vsus sit, indies fistulas humectante oleo  
 inungi videntes docemur. Neque profecto eius-  
 modi humore procreando ille tantum quas di-  
 ximus glandes sufficiunt, verùm & alia la-  
 ryngi accumbunt, quarum nunc situm, vt &  
 gargareonis, opportunè subiiciemus: dein pulmo  
 nis, in quem aer assumitur, constructionem  
 pertractaturi.

De faucium glandulis. CAP. V.

Q Vonia nonnullarum glandium aspera  
 arteriam humectanti paulo ante men-  
 tio incidit, aliæq; eiusde functionis gratia crea-  
 te illis accumbunt, nò inopportunè eas quoq; si-  
 mul hic, de nominibus haudquaquam anxie  
 disceptaturi, prosequemur. Non enim modo mi-  
 nus quàm alibi, ingenti nominum pelago su-  
 amur: ex quo vt emergamus, fauces nobis  
 citra omnem contentionem vocari liceat ve-  
 lim, vniuersum spatium ab inferiori maxilla  
 intus circumscriptum, illud dico, quod in pro-  
 funditate ab interna mèti sede ad cernicis vs-  
 que vertebrae pertingit: in latitudine verò,  
 quicquid inter dextram inferioris maxilla par-  
 tem & sinistram habetur. Hoc enim φάρυγγα  
 veteribus Græcis vocatum arbitror, quo nomi-  
 ne & laryngem, quod hac sede continetur,  
 potissimum donarunt: Suidæ distinctionem  
 parum

Fauces.

parum obseruantes, quæ masculini generis vocem laryngi accommodat, fœminini verò faucibus. Eundem locum & ἰσθμὸν ab ἀνοσθμῶς. angustia nuncupasse videntur, quòd nulla in vniuerso corpore sit regio æquè angusta, & tot interim organis donata. Hac enim sede narium foramina in os descendunt, & hic reponuntur larynx vniuersa, stomachi initium, lingue radix cū ossē v imaginē exprimēte, ac numerosis illarum partiū musculis, præterea & muscoli maxillā mouētes, tum qui ab ossis cuneum imitantis processibus instar alarū efformatis originē sumunt, tum qui huius angustie imprimis nomine duobus donati ventribus inferiorem maxillam deorsum vellunt. Adde præter tertij, sexti, septimi parium cerebri nervorū propagines, venas iugulares, & arterias soporales, & quas nunc lubens enarrarem glandulas hic cōtineri. Est autē harum genus triplex, ac vnum quidem, quod ad laryngis radicem asperæ arteriæ lateribus adnatum, in præcedenti Capite recensuimus. Secundum verò elatius laryngi apponitur: quippe in spatio quod nobis hiantibus medium inter narium foramina & laryngem apparet, vtrinq; in lateribus vna reponitur glandula vtrinq; insignis, & glandis forma perquam similis. Oblonga enim est hæc glandula, ac secundum longitudinem sursum

O S      ac deor

ac deorsum exporrigitur, communi oris tunica,  
 sed ea hic quàm alibi tenuiori fungosioriq; ve-  
 stita. Substantia cōstat alijs glandibus simili-  
 impensius fungosa, in hocq; propria, vt saluam  
 procreet, ac asperam arteriam & stomachum  
 quoq; cum tota oris amplitudine humectet. Has  
 waxiōd- glandulas Greci waxiōdμια vocarunt, fortas-  
 μια. sis non tam quòd his angustijs contineantur, ac  
 quòd gargareonis latera respiciant. Si enim  
 hiantis oris cavitatem intuearis, atque forami-  
 na narium & gargareonem obserues, quid ali-  
 aliud hic foramina quàm duo velut maria,  
 ipse autem gargareo instar anguste terra in-  
 ter illa deducte apparebūt, adeo vt nihil obstiti-  
 terit, gargareonē iōδμυ aliquando à veteri-  
 bus, qui pueros in cadauerū sectionibus exerce-  
 bant, nuncupatū fuisse arbitrari. Aliàs eum si  
 ad angustia loci, instrumentorumq; hac in se-  
 de frequentia, animum duntaxat adhibueri-  
 mus, glandes asperæ arterie adnatae, quum in  
 maioribus angustijs, quàm secundum hoc glan-  
 dium genus reponantur, waxiōdμια vocatū de-  
 forent. verum quū illas ab Anatomes professo-  
 ribus hactenus non descriptas obserauerim,  
 magis secundum genus (quod etiā nimis quàm  
 oscitanter alij enarrarunt) ita appellandū du-  
 xerim. Ceterum secundum hoc glandula-  
 rum genus amygdalis assimilatum, Greci  
 quoq;

quoq; *artiadala* nuncupauerunt, quam vocem *artiadala*  
 interpretes tonsillas & amygdalas & Faux  
 vertunt. Quamuis hec posteriora nomina ter-  
 tio glandoso huius sedis generi quidam attri-  
 buisse videantur, ignorantibus interim cum pri-  
 mo genere secundum. Non tamē in his nominis  
 fluctibus & rerum interim inscitia pretereun-  
 dum est. Grecos quō tumores præter naturam  
 enarrant, glandularum quæ in faucium initio  
 sibi opponuntur, ac secundum glandularum ge-  
 nus constituunt, inflammationes *artiadala*  
 nuncupauisse, & *wegioduæ* inflammationem  
 corporum, quæ in faucibus sunt: non adyccien-  
 tes, quæ nam illæ censeantur. Porro tertium ge-  
 nus, inguinum & axillarum glandibus respon-  
 det. numerosum enim sub aurium radicibus &  
 uniuerso spatio interiori maxilla conscripto  
 continetur, ac cavitates omnes exacte implet,  
 vasorumq; ductibus distributionibus ve præ-  
 ficitur, has partes quoq; sua humectandi vi im-  
 buēs. Hoc nullo peculiari donatum est nomine:  
 vulgus tamen hic in porcis ac ceteris quibus  
 vescimur animalibus, ut & reliquas glandu-  
 las, in delicis ipsas quoq; habet, ac Animellas  
 seu Lacticinia nūcupat. Num verò & has Gre-  
 ci quoq; *wegioduæ* appellauerint, sciremus sa-  
 ne, nisi temporum iniuria Marini viginti de  
 Confectionibus libri cum Grecorum omnium  
 qui

qui quicquam in Anatome dignum præfiterentur operibus, maxima ex parte intercidisset. Quæritus enim Marini liber inter cætera glandulas tractabat. utcumque verò sit, hoc tertium in faucibus glandularum genus non minus quam cætera duo ob varios quibus implicatur affertus, & scrophulas præcipue, perpendendum venit: hocq; imprimis tempore, quando non idolum genus, verum & alia duo Gallicus morbus simul cum palato & gargareone misere exercet.

## De gargareone.

CAP. VI

Ista quoq; corporis pars pluribus donatur nominibus. gargar enim, gurgulio, & gargareon, sibilus ac tintinnabulum à voce uocantur. Quia verò in istar vnae superius angustata, inferius verò sphaera in istar rotunda aliquando dum inflammatione corripitur, propendet, vna seu γαρῦλλῆ appellatur. Deinde quòd in istar caude muris, aut columna extensa interdum ex humorum affluxu gargareon producitur, ut & affectus ille, λείψῶν ac columella dicitur. Porro quoniam secundum naturam se habens, superius latior, inferius autem strictior visitur, fundibulum aliqui eum vocauerunt. at nomina sonitus occasione ipsi indita à multis toti laryngi, ab aliquibus verò laryngis operculo tantum accommodantur. Ceterum garga-

reoni

reonis, qui soli inter cetera animantia homini obtigit. situs, forma, color, ac omnia fere huc pertinetia non minus ac externa vnguium superficies euadent cōspicua, si alicuius hiantis os inspicere non piguerit. Vnde etiā horum enarrationi prolixius quoq; haud immorādū est. Oblonga enim tūc spectatibus occurrit particula fungosa & carnea à palati sine, vbi narium foramina ad os descendunt, in oris amplitudinem propendula, superius vbi palato continuatur latior, inferius pyramidis instar acutior. Venulas quasdam ex vasis palati tunica adeuntibus in ipsius medio assumit: neruis autem nō admodū participat. Porro ipsius primarium vsus vocis modulationem esse, ac illum ad sermonem homini plurimum opitulari, argumento sunt, qui hūc præfectum habent: dein quod soli homines, auimq; quaedam genera hoc donari videntur, adeo sane vt non immeritō velut quoddā vocis plectrum, ita ad cauum palatum pendens, censetur. Secundariō autem ad aeris attractionem, ne scilicet nimium frigidus in pulmonem feratur, aliquid & homini accommodare creditur, quum his quibus gargareo præfectus est, frigidus aer impensius quam ceteris noxius esse colligatur. Sit quoq; & ad aeris expurgationem nonnihil conducit. nam puluerem sibi applicat, qui alioquin in laryngem simul cum aëre

aëre erat assumendus. At hic vsus quum cetera animalia ad terram magis quam homo spirantia gargareone destituantur, parui pendendus videtur. Quamobrem verò alij gargareonem excrementorum à cerebro in os descendentium quoddam receptaculum esse tradiderint, non satis assequor, & commentum illorum esse opinor: quum gargareon nullam, qua apte aliquid suscipiat, cavitatem nanciscatur: imò quicquid humore imbuitur, laxatus muris caudæ formæ propendet, aut alio quopiam gravissimo vitio dum fluxionem suscipit, conflictatur. At mox tempestivum erit, pulmonis in quem aër per asperam arteriã ducitur, cõstructione aggregat.

## De pulmone.

CAP. VII.

Situm pulmonis duæ thoracis cavitates indiscant. in utraq; enim thoracis amplitudine, inter costas & alteram intersepientium membranarum conspicua, pulmo locatur perinde ac cavitates ipse geminus. Ipsius enim pars dextram cavitatem occupans, illi quæ in sinistra locatur, substantiæ interuentu neq; continuæ, neq; etiam contigua est. Ambe enim intersepientium membranarum medio inuicem dirimuntur, & vasorum duntaxat interuentu, quæ ex una radice in dextram ac sinistram pulmonis partes digeruntur, illæ inuicem committuntur. Ac dextra quidem pulmonis pars dextram tho-

vacu



racis cavitatem, sinistra autem leuam ita im-  
 plement, ut nihil prorsus in thoracis amplitudine  
 pulmonis substantia non oppletū sit, prater vni-  
 uersam regionem quam interdiuidentes mem-  
 branis in se complecti constituereq; retulimus.  
 Verū in hac cavitare, quam intersepientes  
 membrane in suo medio super uersam septi  
 trāsuersi partem, ac sub cordis inuolucris micro-  
 ne efformant, pulmonis quoque portiuncula ca-  
 nibus & simis continetur: uti & in reliquis  
 animalibus, quibus pectus longius quā ho-  
 mini obigit. Verū hec pulmonis portiuncu-  
 la uniuersam cavitatem minimè infarcit, ne-  
 que etiam eius cavitatis formam exprimit,  
 atque ita dextra & sinistra pulmonis partes,  
 suas quibus continentur sedes examussim refe-  
 runt. Pulmo nāq; priuatim nulla indigebat for-  
 ma, sed pro accumbentium corporum effigie, ut  
 & iecur ipsum, efformatur, prorsus suarum ca-  
 uitatū effigiem assumēs, haud secus sanè quā  
 si aliquis gleba his cavitatibus impressa, pulmo-  
 nem construxisset. Vbiunq; enim cavitatū se-  
 des concave sunt, inibi pulmo gibbosus euasit:  
 ubi autem gibbe extuberantesq; visuntur, pul-  
 mo etiam casus redditur. Quapropter etiā sit  
 dextrā pulmonis partē sinistra iunctā ad amussim  
 bubuli, aut ceruini, aut alterius bisulci  
 animalis calcibus, unguibus' ve simul cōmissis,  
 rara

rara quadam similitudine respondere, aut altera pulmonis partem vnius vnguis imaginem referre. Tota enim posterior pulmonis sedes, latera quoque anteriori vnguium regioni, ac lateribus respondent. Quemadmodum enim vngues anteriori parte linea impressioneque inuicem dirimuntur, ita quoque posterior pulmonis sedes huic lineae similem omnino impressionem, prominentium in thoracis amplitudinem vertebrarum corporum occasione, obtinet. Et ut impressio haec secundum vnguium longitudinem gibbiumque modice obliquatur, ita quoque pulmonis haec sede impressio secundum dorsum in exteriora incuruationem ducitur. Rursus ut vngues anteriori parte magis quam posteriori, contigui videntur: ita et pulmo ipse, eo quod intersepentes membrane ab inuicem multo minus vbi dorso committuntur distant, quam vbi pectoris ossi proxima sunt. Deinde determinans vngues linea superius ac inferius magis patet quam in medio, et inferior rursus pars magis dehiscit quam elatior: quod et pulmonis quoque, quia ipsius partes inuicem dirimuntur, impressio ostendit. atque id intersepentium membranarum gratia magis que iuxta iugula et septum inuicem distant, quam in reliquo ad dorsum progressu: dein membranarum distantia septo proxima, latior illa est que iugulum respicit.

Reliqua

Reliqua autem pulmonis posterior pars & latera, propter costarum inflexus, ut & ungues ipsi, gibba visuntur. Deinde etiam pari ratione inferior pulmonis regio, ut & unguium ipsorum, latior superiori existit. Porro unguium parti quae terre innititur pulmonis regio exactissime conuenit, septum transversum spectans. Haec enim pulmonis regio, ut & unguium, caua visitur, propter septi gibbosam imaginem. Ad haec, pariter quoque amplo interstitio, ut & ungues etiam, propter amplam intersepientium membranarum hic distantiam dextra pulmonis pars impense à sinistra disiungitur. Porro pulmonis regio pectoris os respiciens, ipsorum uel anterior pars adamsim refert posteriorem unguium sedē uniuersam, quae terram non contingit. Ut enim illa utrinque orbicularis est, & amplo interstitio disita, sic & haec pulmonis regio interdiuiditur: quae tanto posteriori etiam sede breuior est, quanto posterior unguium regio terram non contingens, longitudine ab anteriori vincitur. Caeterum alia adhuc impressio haecenus non commemorata pulmonis illic accidit, quae is lateribus intersepientium membranarum accumbit. Harum namque latera quum hic cor contineatur, utrinque extuberant, gibbumque efficiunt, cui proportionatum sinum pulmo (ut uniuersas quibus continetur

cavitates accuratè oppleat) merito obinet: quò  
 sanè & in vnguibz illi sinui correspondet: quò  
 inter vngues quò inuicem accumbunt cerni-  
 tur; illic nimirum, vbi duriores quidam pili in-  
 ter ipsos obseruari solent. Atq; ita pulmonis fir-  
 ma vnguium imagini congruit. Ceterum hec  
 de humano pulmone dicta velim, eoq; non stac-  
 cido, sed vt secundum naturam thoracem im-  
 plet, dissento. Alias enim quum concidit, atq; in  
 lobos seu fibras insigniter distinctus visitur, ele-  
 gans hec propriaq; pulmonis forma deperditur.  
 Distinguntur enim vtræq; pulmonis partes  
 in duos lobos, membranèis fibris in hominibus  
 inuicem herentes, neq; ita inter ressecandum di-  
 stinctu, vt in cane, promptos. Hoc loborum in-  
 terstitiū obliqua perficitur linea, è regione pro-  
 pèmodum quartæ thoracis vertebræ incipiente,  
 & obliquè deorsum in priora, quasi ad pectoris  
 ossis mucronem, protensa. Hec linea equalem  
 pulmonis partium diuisionè quodammodo effi-  
 cit, quanquam humilior lobus superiori longior  
 existat. Neq; sanè perpetuò in duos solum lobos  
 pulmonis partes secantur, verum aliquando in  
 tres, interdum in nullos, aut duos, ita tamè in-  
 uicem nexos, vt sectionis potius nota, quàm re-  
 vera distinctio in homine videatur. Lobum au-  
 tem qui in canibus simisq; caua vena caudali-  
 cem suffulcit, vti iam antea dixi, nunquam in  
 homi

homine obseruavi, & hunc illo destitui certo  
 certius scio. Quamuis interim Galeni locus in  
 septimo de Administrandis dissectionibus non-  
 dum mihi memoria exciderit, quo inquit, quin-  
 tum hunc pulmonis lobum illos non latere, qui  
 recte sectionem administrant: inuenus Hero-  
 philo & Marino eiusmodi lobum fuisse inco-  
 gnitum, uti sanè fuit, quod illi hominum cadauera,  
 non autè cum Galeno simiarum ac canum aggregerentur.  
 in quibus presenti lobo nihil est manife-  
 stius, uti sanè hominè secuti liquidissime etiam  
 constat illi deesse, tum quod id sensus indicet, tum  
 quod vena septum permeas cordis penetret inuolucrum,  
 neque aliquod prorsus est interuallum ductus  
 caue inter septum & inuolucrum, quale in cani-  
 bus maximè visitur, vnde etià in illo interual-  
 lo vena caua hoc quinto lobo tanquam à manu  
 quapiam suffulciri debuit. Pulmo externa superfi-  
 cie leuis vndique est, & veluti humore lento ma-  
 didus. attamen in plerisque hominibus non infre-  
 quenter hæc superficies aspera earum membrana-  
 rum modo conspicitur, que inuicem connascuntur,  
 quandoquidem in illis iam dextra pulmonis pars,  
 iam sinistra, iam utraq; etiam pertinacissime  
 thoracis lateribus fibrosarum nexuum interuen-  
 ta colligatur, adeo ut id hominibus quodammodo  
 peculiare esse videatur, ut & fuscus quidam,  
 non autè candente rubore rubeus color, & que

dam instar nubium oblineatio, ac in colore inaequalitas, in hominum pulmonibus conspiciuntur: non quidem in laqueo suffocatis solum, aut aliquandiu mortuis, verum & in illis quibus adhuc viuentibus cor execatur: quamuis tamen sensim mortuis pulmones intensius nigrescent, concidantq;. In alijs autem animalibus nisi per quam raro, pulmo nulli thoracis parti vel minima fibra heret, neque thoraci aliter quam vasorum interuentu committitur. Aspera enim arteria dorso colligata, & in pulmonem profecta, eum dorso alligat: vena autem arterialis, & arteria venalis similiter illum cordi conectunt, illaq; duntaxat pulmonis vincula, nexus'ue censenda veniunt. Nisi etiam tenues pulmonis nervos, & tunicam vasa inuoluentem, quae à membranis thoracem intersepiuntibus, aut illa quae costas succingit exortitur, ac nexum quoq; ad colligationem conducere arbitreris. Vti in hominibus pulmo validissimè thoracis lateribus subinde, veluti diximus, alligatur, quod etiam in vulneribus egregie expendendum venit. Thorax enim saepe perforatur, & interim in leso latere pulmo non concidit: quòd pulmo à vulneris lateribus non liberatus, aërem qui thoracis cavitatem oppleret, atque occasio esset quo minus pulmo vacui beneficio cum thorace dilataretur, haudquaquam

ingredi sinit. Vt taceam, eiusmodi conexus opera pulmonem thoracis motibus quodammo-  
do sequaciorem effici. Caterum vniuersa pul-  
monis substantia nihil aliud est, quam caro  
mollis, fungosa, rara, leuis, aerea, ac velut ex  
spumoso sanguine spuma' ve sanguinea concre-  
ta, multisq; vasorum germinibus oppleta. Vasa  
sunt tria. ac primum quidem est aspera arteria,  
quam iuxta quartae thoracis vertebrae corpus  
in duos trūcos diduci diximus, quorum dexter  
in dextram pulmonis partem, vt sinister in si-  
nistram exporrigitur, & primum in duos ramos  
sectus, ac his rursus in plures, hisq; rursus in  
alios diuisis, multiplici sobole pulmonem inter-  
textit. Secundum vas venalis est arteria, tertium  
autem vena arterialis, quarum in tertio libro  
cum reliquis venis ac arterijs necessariò me-  
minimus. Adeò vt de illis hic nihil planè am-  
plius donec ad cordis constructionem deueneri-  
mus, repetendū sit. Hæc vasa similiter ac aspe-  
ra arteria in pulmonem digeruntur ea serie, vt  
arterialis venae rami, asperae arteriae propagi-  
num posteriori sedi attendantur, venalis verò  
arteriae soboles anteriori. Atque hæc vasorum  
digestio vndecunq; ad externam vsq; pulmo-  
num superficiem adamussim seruetur, non sita  
modo semper sibi similis, verum & magni-  
tudine etiam. Vt enim multo maior est ar-  
terie

terie asperæ trūcus pulmōni insertus, vena ar-  
 terialis et venalis arterie primis in pulmōnem  
 implantationibus, ita quoq; vniuerso per pul-  
 monem progressu ramorumq; serie, soboles aspe-  
 re arterie ampliores, patētiōresq; venarum  
 & arteriarum furculis existunt. Hæc in-  
 numero vasorum implexui, ea quā diximus pul-  
 monis caro intertextitur, atq; omnes vasorum  
 amplectēs furculos pulmōnem efformat, quem-  
 admodum iecoris substantia iecur ipsum cum  
 frequenti venarum sobole iecur constituit. Vni-  
 uersum verò pulmōnis corpus non aliter ac ie-  
 coris, tenui quadam membranaeq; obducitur  
 tunica, principium ab illis vasorum inuoluerū  
 ducens, quæ asperæ arterie ac alijs duobus pul-  
 monis vasis ab interfepiētibus thoracem mem-  
 branis, seu ea quæ costas succingit, offeruntur.  
 Quum primum enim hæc vasa in pulmōnis du-  
 cuntur substantiam, ea tunicula à proprijs va-  
 sorum tunicis abscedens, in pulmōnis tegmētum  
 degenerat: cui neruuli à sexti paris neruis re-  
 currentes neruos constituentibus, & postmo-  
 dum in vetriculi superius orificiū diffusis com-  
 municantur. Nulla autem, aut perquam gracil-  
 es in pulmōnis substantiam sensu non admo-  
 dum indigentem disseminantur. Pulmo enim in  
 hoc potissimum factus est, vt aërem cordi (quo  
 potissimum ad naturalis caloris non qualita-  
 tem



tem solum, sed sanè & substantiam indiguit) prepararet, ac demum cor viscus aliquod sibi appositum haberet, ex quo aerem suis functionibus aptum semper allicere posset: & ne quèuis statim nos ambientem aerem, eundemq; aliter non immutatum assumere cogeret, præcipuè quum natura non solum cordis occasione quam plurima animalia respirare voluerit, verum et vocis ad commodam animalis vitam necessarie gratia. Quod enim à pulmone inter expirandum redditur, vocis optima evadit materia. Atque ita uniuersa respirationis organa summus rerum Opifex machinatus est, ut ex nostro arbitrato aerem attrahamus, eumq; rursus reddamus, aliter quàm cor ex nostra voluntate neuiquam pendens, agitur. At quum hæc quoq; latius dum thoracis musculos traderemus complexi fuerimus, ad pulmonem redeundum est, qui instar promptuarij cuiusdam in duos asperæ arterie ramos aerem assumit, cordi illum ingenta suæ carni facultate preparans, ut deinde cor per arterie venalis ramos ex asperæ propaginibus sibi illum allicere queat, ac dein rursus à pulmone quod cordi inutile est, per expirationem reddatur. Quis itaq; asperæ arterie sit usus, neminem latet: quemadmodum neque venalis arterie usus nulli incognitus est, quum præcipuus sit, ut aerem cordi aptum, ac à pul-

monis substantia in aspera arterie ramis confectum, in se pelliciat, ipsiusq; interuentu eorundem in sinistrum ipsius vetriculum attrahat. Arterialis vena in hoc potissimum facta censetur, vt pulmoni aptum sue substantie alimentu ex dextro cordis ventriculo exporrigat, quod leue, aereum, spumosumq; esse oportuit, si modo ulla mutantis aërem substantie, ad aërem emutandū debebat esse proportio, atq; ipse etiam pulmo comprimi colligiq; & rursus distendi sequaxq; esse posset. Ad quam functionē etiam venalis arteria pulmoni vtilis est. nam & hac illi sanguinem suo nutrimento aptissimum deriuat, quo pulmo tum propter ipsius mollitiem, tum propter continuum motum, tum propter caloris copiam, quam ex cordis vicinio indefessumq; cordis motum adipiscitur, plurima praeter ceteris corporis partibus indiget. Quod autem pulmonis tunica ipsius substantie qua aëris alterandi vim possidet, atq; ramorum implexus firmat, impletq; inuolucris vice sit, omnibus perspectum reor. Sic quoq; hanc instissimē tenuem mollemq; vt cum pulmone promptē concideret, & facile dilataretur, factam esse, neminem ambigere decet.

De cordis inuolucro. CAP. VIII.

**M**embranam vniuersum cor cum suis articulis ac vasorum initijs instar arculae cingit

cuiusdam aut thecae inuoluentem, in medio tho-  
 racem intersepiētium membranarum collocari  
 antea diximus. Verū in presentia huius in-  
 uolucris sitū paulo altius repetituri, eius effigiem  
 primum nucis pinee formae quam simillimā esse  
 dicemus. Quemadmodū enim ex orbiculari neq;  
 penitus depressa basi pinea nux in obtusum, neq;  
 impense prominētem conum mucronem ve de-  
 sinit, omniq; ex parte orbicularis quodammodo  
 visitur, sic quoq; & cordis inuolucrum orbicu-  
 larem basim & mucronem obtusum exigit, pi-  
 neamq; nucem proximē refert. Ceterū inuo-  
 lucris basis minimē cōtinua est, sed vt minimum  
 quinque foraminibus peruia: duobus quidē, qui-  
 bus caue venae iter praebet. vno nimirum, quā  
 haec septum perforat: atq; id foramen in homi-  
 nibus perficitur, vbi dextrum latus eius ampli-  
 tudinis habetur, quā inuolucrum pertinacissimē  
 septi neruose parti, secus atq; in ceteris animā-  
 tibus, conasci docebimus. secundum autem fo-  
 ramen illud est, quo eadem vena sursum à cor-  
 dis basi iugulum petit. tertium porro foramen  
 arteriam venalem transmittit. quartum verò  
 arteriae magne paratur, & quintum arteriali  
 venae viam praebet. Atq; id quodāmodo duplex  
 est, quod arterialis vena priusquā ex inuolucro  
 labitur, in duos truncos disscinditur, bina in in-  
 uolucro foramina perpetuò ferè adeptos: quan-

quam & venali arterie duobus quodammodo locis iter prebeatur. His vasis notatu digno intervallo à cordis superficie abscedētibus, præsens inuolucrum validissimè obnascitur, quodammodo ab ipsis principium ducens. videntur namq; arterie magne & arterialis vene tertie tunicæ (quas ab intersepētibus thoracem membranis, ac ab illa que costas succingit, exigunt) deinde & secunda vene caue & venalis arteria tunica ab iisdem membranis profecta, cordis inuolucrum principium statuere. Vasa etenim media inter cor & vbi inuolucrum ipsis committitur spatio, eiusmodi tunicis penitus desituntur, ac notatu dignum intervallum inter cordis basim & inuolucrum ad illa vasa coalitum existit, neq; magis inuolucrum cordis basim, quàm micro-nem aut latera illius cōtingit, quod sanè à Galeno expendendum erat, quum inuolucrum originem à cordis basi pendere scriberet. Atq; hæc foramina inuolucrum potissimùm basis necessariò obtinuit, sese hic quàm maximè licuit rotundam efformans. Ceterùm reliquum inuolucrum corpus nihil prorsus transmittens continuum est, & sibi vndeunque, præterquam in forma, que ex basi, vti diximus, in obtusum micro-nem tendit, respondens. Basis hæc summo apice paulo altius quintæ thoracis vertebra corpore locatur, huic non penitus, sed duntaxat è regio-

Libro 6. de  
vfu partiu.

ne incumbens. Basis enim media est inter pectoris os & quartam quintamq; thoracis vertebrae, equaliter ab utrisq; pectoris dico osse & vertebrae, distans. Item basis quoque à dextris sinistrisq; costis pariter remota pendet. In progressu verò descensuq; involucri situs variatur, ac alijs quidem animalibus longiori pectoris osse quam homines donatis, involucrium id à dextris ac sinistris pariter seiunctum deorsum tendit, sensim in anteriora porrectum, adeò ut iam basis posterior, aut si animal resupinum intellexeris, humilior ipso mucrone conspiciatur. In homine autem cui anteriorem thoracis partem rerum Opifex breviorē largitur, involucrium declivè ac antrorsum sinistrorsumq; adeò protenditur, ut mucro magis deorsum quodammodo pertingat, quam pectoris ossis pars, cui superior maxime que antiqua septi transversa pars adnascitur: dein in sinistrum adeò pertinet, ut dextrum mucronis latus vix thoracis medium attingat. In anteriora quoq; adeò mucro procedit, ut sinistrum pectoris ossis latus, queq; huic coarticulantur cartilagineae contingat. Atq; hoc involucrium in se intersepiens membrane amplexantur, secundum ipsius formam in latera extuberantes. Porro hoc involucrium substantia constat membranacea, atq; in simularium partium numerum cum reliq

reliquis membranis reponēda. nullis enim fibris  
 intertexta, sed simplex est membrana, utcumq;  
 crassa, & admodum dura, cauitatemq; consti-  
 tuēs, qua cor facile dilatari cōstringiq; queat.  
 In se enim cor continet nulla prorsus portiu-  
 cula illi connatum, sed equaliter ab illo undiq;  
 vti superius commemorabatur, distās. Cuius  
 hæc læuis omnino est, tenui quodam humore ob-  
 lita, ac adipe penitus omni deſtituta. Exterior  
 quoq; inuolucri superficies omni adipe vacat.  
 Quamquã secus arbitratus sit Aristoteles, cor-  
 dis inuolucrum pingue esse asserens: interſepien-  
 tibus membranis fortè deluſus, quæ huic inuolu-  
 cro obnatæ præpingues, ac potiffimum in homi-  
 nibus, viſuntur. Cæterum exterior hæc inuolu-  
 cri superficies propter fibrosos nexos, vt mem-  
 brane inuicem connatæ, aspera cernitur. Inuo-  
 lucri enim lateribus interſepientes membranae  
 quodammodo orbiculatim obnaſcuntur. Ante-  
 riori parti, cui illæ membranæ non obnaſcuntur,  
 fibræ membranæ earum membranarū cauita-  
 tem implentium cordis inuolucro adnaſcuntur.  
 Poſterior pars vniuerſa interſepiētes quoq; me-  
 branas habet cōnatas. Cæterum vniuerſus mu-  
 cro, & dextri lateris inuolucri egregia portio  
 ſepti tranſuerſi nerueo circulo ad latus ſiniſtri  
 validiſſimè, amploq; admodum ſpatio cōnaſci-  
 tur, quod hominibus eſt peculiare. Simijs quippe  
 & canis

& canibus & porcis à septo multum distat:  
 tantum abest, vt ipsi magna sui portione inuo-  
 lucrum conuecteretur. adeo sanè vt & hinc lu-  
 ce clarius constet, Galenum hominis viscera aut  
 oscitanter, aut neutiquam spectasse. simiasq; &  
 canes nobis descripsisse. Verum et homini adhuc  
 priuatim anterior mucronis pars tunica costas  
 succingenti fibrosis nexibus heret, ea parte qua  
 sinistri lateris sextæ & septimæ costarum car-  
 tilagines pectoris osi coarctantur. sed & is in-  
 uolucris nexus inter thoracem interdiuidentes  
 membranas perficitur: nullibi enim ex illarum  
 medio inuolucrum cordis excedit, neq; pulmo-  
 nem vlla ex parte nisi illarum interuentu con-  
 tingit. Hoc nullas arterias in se dispersas exi-  
 git, neq; etiam venas, nisi perquam tenuissimas  
 ab illis ferè exortus, que intersipientibus mem-  
 branis tanquam in omentum deriuantur. quum  
 enim causam transmittit, ab illa vix aliquid  
 mutuatur: quæ autem septo in hominibus con-  
 nascitur, cõmunia cū septo vasa sibi vendicat.  
 Nervos quoq; adipiscitur nimis quàm obscuros,  
 ac ab illis pronatos, à quibus recurrentes nerni  
 iam pullularunt. Quod verò membraneum hoc  
 cordis inuolucrum cordi id sit quod dicitur, o-  
 mibus conspicuum esse arbitror: quum instar  
 domus & arcule cuiusdam ac thecæ cor lucu-  
 lentissimè amplecti, ac intersipientium mem-  
 bran

brarum beneficio sustinere videatur. Præterea ut leuis esset, & durius, ex valida extrinseca membrana, nemine quoque ambigere putauerim. Cæterum an hominibus secundum naturam se habentibus inuolucrum id aquam continat, quam serosi humoris modo in ipsius cavitatem inter disseccandum repositam obseruamus, mihi non admodum perspectum est. Quamuis nullam sanè humani cordis sectionemquam aggressus sum, in qua non multam eiusmodi aque quantitatem repererim: quorumque etiam mortis genere siue paulo siue multo antè homo interisset, etiam si admodum maiorem copiam in mulieribus quam in uiris admauererim: nisi illi natura admodum suffissent humida. Quinetiam ferè minus in uisper mortuis adinueni, quam in his à quorum sectione diutius temperassem. Is cui Bononia cor uisuo eximi spectauimus, aquam etiam in inuolucro continere uidebatur: uerùm id non admodum commode, utcumque etiam nos tragedie adiuugeremus, expendere licuit. Patamj huius aque intuenide cupidus, pulsans adhuc cor cum pulmone reliquisque uisceribus ilico atque exemptam erat, in proximam pharmacopolie officinam deferri curauimus, ac in inuolucro aquam nonnullam reperimus. Canes uini cavitatem inuolueri & cordis superficiem humectas habent, at in his nulla aqua obseruatur quantitas,



ut sanè in mortuis quantumvis etiam exiguis  
 semper, perinde ac in porcis occurrat, quibus ta-  
 men in viua sectione aqua asseruata videtur.  
 Adeò ut de vinorum aqua nihil asserere velim,  
 verùm nullam penitus in illis contineri (ut ho-  
 die omnes ex spiritu in aquam post mortè con-  
 uerso, hanc in mortuis reperiri contententes as-  
 firmant) falsum esse noui. Quandoquidem (ut  
 sepe antea monuimus) membranæ nullis parti-  
 bus connatæ; neq; inuicem herentes perpetuò  
 madide apparent, ut oculi palpebrarumq; in-  
 terior superficies. Ad hūc quoq; modū ubi mem-  
 branæ cerebrū inuestientes mutuò in sternun-  
 tur, & interna costus succingentis membranæ,  
 & peritonei superficies, ac iecoris quoq; & in-  
 testinorum, reliquarumq; partiū inuicem tan-  
 tum accumbentium, non verò connatarum su-  
 perfacies madorem semper commonstrant. Nunc  
 autem cor in continuo versans motu, neq; dum  
 viuunt animal vnquam vel momento quiescens,  
 calidissimum viscus meritò censetur, cur minus  
 non madorem duntaxat, ut reliqua omnia, sed  
 & aquam à Natura ipsi priuatim eiusdè vsus  
 gratia largitā nanciscetur? Præcipuè quum in  
 humidioris tēperiei viris ac mulieribus copio-  
 sorem aquā, quàm in siccis calidisq; quibus plu-  
 res adesse spiritus cōstat, reperiamus: atq; à phre-  
 nitide mortuo cerebri ventriculos seroso humo-

re nonnihil salso acrisq; plenos obseruauerimus. Neq; hic me mouet, quod quis vnde hæc aqua calidissimo visceri affundatur, interrogare possit: quum præter adipem, quo humani cor imprimis scatet, madore in reliquis nuper commemoratis sedibus animaduertamus, & in aqua subter cutem specie, ab vtre æuânus dicta, tantam aque vim in peritonei amplitudine, & etiam in aquoso ramice, & interdum vinentibus in thoracis amplitudine asseruari indies discamus. Præterea æstiuo tẽpore suspensæ, ac in cruce, vt Gallis & nostratibus moris est, non procul à suburbij ad publicas vias relictæ, paucis post suspendium diebus, ac si vesice aqua distente essent, in mirã molem intumescunt. Nemini etiã in diebus canicularibus vna die occisos canes, quibus cutem detraxeram, & musculi alicuius motum examinaueram, negligentia non abiectos fuisse, & casu in sole relictas, maximã serose aque vim in peritonei cauitate, et in thoracis amplitudine collegisse. Ceterum nugaci hac disceptatione relicta, ad cor properemus, ne tandem in theologorum questionem, qua de mysterijs plena Saluatoris nostri IESU CHRISTI aqua sanctissime pertractant, incidamus: ac diui Ioannis verissimum Euangelium, his nostris de solis calore in suspensis rationibus, & carnificinis minime misceamus.

## De cordis fitu &amp; forma.

## CAP. IX.

**C**ordis situm formamq; ipsius enarratum modo involucrium comonstrat. Cor namque pyramidalis figuræ visitur, & nuci pineæ non admodum est absimile: ex basi nimirum latiori in mucronem paulo quàm nucis pineæ acutiorem sensim desinens: estq; multo longius quàm crassius. quanquam in homine, quod ad externam superficiem attinet, non equè crassum secundum orbem, ut cæteris ferè animalibus, sit. Ipsius etenim latitudo profunditatem non secus excedit, quàm si quis cor in anteriori posterioriq; sede nonnihil depressum affirmaret. Atq; id potissimum in dextra sede illi accidisse, disseccantibus obseruatur. Tota exterior superficies à basi ad mucronis usq; extremum impensè leuis cernitur, nulli prorsus parti comata. Coronalis tamen venæ propagines à cordis basi ad mucronem usq; cum coniugis suæ arterijs excurrentes, sanguineq; turgentes, paulo magis reliqua cordis superficie extuberant, inequalitatemq; minimam efformat: quippe maxima sui corporis portione in cordis substantiâ imprimuntur, deinde & adeps etiâ quo humanum cor plerumq; abundat, aliquid inequalitatis inducit. Basis propter vasorū egressus inequalis vterq; visitur. dextræ enim ipsius sedi dextra auricu-

Q la

la simul cū vena cava, & arteriali vena committitur, in sinistra autem sede leuam habet auriculam, & preter arteriam venalem, magne quoque arterie initium. Porrò cordis auriculas, vasa, vt & ipsorū orificia & membranas, cordisq; ventriculos seorsim ordine persequemur, iā cordis situm subnexuri, de quo prolixè admodum dissectionis professores contendunt: his quidem id in sinistrum thoracis latus collocatum inuentibus, illis autem in medio, quod ad dextrum ac sinistrum attinet: alijs verò nō ad hanc tantum positionis differentiam cor in medio esse placuit, verum & secundum thoracis anteriora & posteriora, deinde superiora & inferiora. alijs rursus hæc omnia quidem toti cordis moli, alijs autem duntaxat basi asseribentibus. Quòd autem in presentia thoracem omnes appellent quicquid costis & pectoris esse, & duodecim thoracis vertebri intercluditur, manifestum esse arbitror: quum aliqui si vniuersus corporis truncus cum Aristotele ipsi thorax appellaretur, plurimum in situ cordis enarrando aberrarent, quāuis aliqui ad verū situs descriptionem non admodū accedat. Quòd quidem brutis animalibus quibus pectoris et homine longius obtingit, non basis solum, sed & cordis propemodum mucro in medio, quod ad dextrum & sinistrum spectat, continetur. De-

*inceps secundum dorsi longitudinem basis ri-*  
*cinior longe est primae thoracis vertebrae, quam*  
*mucro ipsi duodecime. Insuper magis ab elatio-*  
*ri pectoris ossis sede cordis basis remouetur,*  
*quam mucro à pectoris ossis cartilagine gladij*  
*modo in aciem cessante. adeo ut hac dimensio-*  
*ne, quam in longitudine metimur, vniuersum*  
*cor mediam sedem nullis animalibus exactè*  
*occupet. Quod ad anteriora posterioraq; atti-*  
*net, omnibus animantibus cordis basis in me-*  
*dio eius thoracis sedis quae sibi vendicat, collo-*  
*catur. Mucro autem in anteriora magis expor-*  
*rigitur, non tamen pariter omnibus. Caterum*  
*hominis cor sua basi, quae ipsius dignissima no-*  
*bilissimaq; pars, quum vasorum origo sit, cense-*  
*tur: exactè, ut in reliquis animantibus, dextre*  
*sinistræq; sedis mediū obtinet: atq; quod ad an-*  
*teriora posterioraq; spectat, pariter sese habet.*  
*tantum enim à pectoris distat osse, quantum à*  
*vertebrarum corporibus abscedit. In thoracis*  
*autem longitudine, quae posteriori sede duode-*  
*cim constituitur vertebrae, quintae vertebrae*  
*corpus respicit, quae ex tribus totius thoracis*  
*dorsi longitudinis partibus primae humilior se-*  
*des & secundae elatior existit. In anteriori verò*  
*thoracis sede, quae pectoris ossis longitudine ter-*  
*minatur, ad amussim mediam sedem exigit, tan-*  
*tundem à iugulo remota, quantum ab ea ossis*  
*pectoris*

pectoris sede, cui septum inseritur. Atq; hic tenuissimus, & plurimum ab ijs quæ foris incidere queunt, remotus, basis locus est: à quo reliquum cordis corpus sensim in anteriora, & in sinistrum latus eousq; exporrigitur, vt mucronis posterior pars magis ad pectus atq; anteriorum quàm ipsum basis centrū vergat, & dextra quoq; mucronis pars in sinistrū magis ipso basis centro protensa, mediū pectoris ossis in sinistrum excedat, ipsumq; mucronis centrū sexta & septimæ costarū sinistri lateris cartilagine respiciat, quæ pectoris ossi coarctatur. Presentibus terminis quibus cordis situs cōprehenditur, illius quoq; magnitudo immotescit: quæ sanè homini, vt & cerebrum ac iecur, quàm cæteris animantibus est grandior. Neq; id solum homini priuatim euenit, verum & illi quoque cor septi transversæ nervosæ parti in leuo latere, cui cordis involucrium magno spatio adnascitur, quàm proximè accedit: secus locū quam canibus & simijs, quibus cor magno intervallo à septo remouetur.

De cordis substantia. CAP. X.

**P**Ræcipua cordis substantia carne consistit musculorū carne paulo minus rubra, verum duritia, spissitudine, & fibrarum quo intertextitur genere, plurimum ab illa variante. Cordis enim caro longè durior existit, & spissior,

fior. inuisisq; ferendis pertinacior, & demum  
 rario robustissimarum fibrarum genere dona-  
 ta. quum interim vnus musculorum sedis ca-  
 ro vnicam serè speciè, eamq; sparsim satis dis-  
 seminatam duntaxat sortiatur. Porro species  
 fibrarum, que cordis carne continentur (non  
 enim de membranarum vene cause & vena-  
 lis arterie orificioru fibris agimus) haud equè  
 ac musculoru conspicua est: quandoquidem nul-  
 lum prorsus inuenias musculum, qui vel citra  
 dissectionem ilico atque detectus est, fibrarum  
 suarum differentiam non accuratè ostendat:  
 & adhuc multo accuratius, si vel crudus vel  
 coctus vnguibus, aut cultro discernatur. at cor-  
 dis quidem caro fibris compactissimis, & in-  
 ter se plurimum differentibus oppleta visitur:  
 que verò earundem situs differentiarumq; sit-  
 ratio, cõiectura potius quàm sectione assequi-  
 mur. Quouis enim modo cordis carnem aut eli-  
 xam aut crudam rectis vel obliquis vel trãs-  
 uersis sectionibus aggrediaris, vel vtcunq; lu-  
 bet eandem vnguibus dilaceres, vix vnquam  
 cordis notatu dignã portionem secundum vnu  
 fibraru genus diuelli posse obseruabis, ac omniè  
 carnis partem diuersis multiplicibusq; (sed po-  
 tissimum transuersis) fibris abundare astrues:  
 non enim in corde, vt sanè in stomacho, vètri-  
 culo, intestinis, & ipso etiã vtero, & ambabus

vesicis sectionis beneficio fibrarum situm adiu-  
 uenire integrum est. Quanquam interim triplex  
 fibrarum genus à Natura ipsi largitum esse, non pos-  
 simus ire insicias, quum ob variam & raram  
 quem in illo videmus fibrarum implexum, &  
 nullum simplicem earundem ductum: tum etiam  
 propter manifestam ac vehementem cordis fun-  
 ctionem, quae fibrarum potissimum, ut statim di-  
 cturi sumus, auxilio perficiuntur. Ceterum &  
 si ratio fortassis suaderet rectas fibras quibus  
 attrahendi facultas tribuitur intimas, & dein-  
 de his obliquas, quae in alijs organis naturali  
 motu agentibus retentioni praesse creduntur, po-  
 sitas esse, & extimam sedem transuersas ac orbicu-  
 lares, quae expellunt, obtinere, non tamen cordis  
 fibris eum situm ascribemus, quum sectio ipsa  
 triplex hoc fibrarum genus inuicem commisceri  
 ostendat, & nunc rectas, nunc obliquas, nunc  
 transuersas, & rursus rectas & obliquas &  
 transuersas quodammodo comonstret, quasi tri-  
 priores differentiae singulis ventriculis peculia-  
 res essent, posteriores verò toti cordi ambobus  
 ventriculis simul dedicarentur. Appello autem  
 in corde rectas fibras, quas in eo perquam dis-  
 ceato ex ipsius basi ad mucronis usque ipsius  
 centrum deduci, tam per cordis ventriculorum  
 septum, quam reliquam sedem conspiciuntur  
 transuersas autem, quae orbiculatim cor ven-  
 tri-



triculosq; ambiunt: obliquas verò, quæ quidem orbiculatim cor ventriculosq; ambiunt, at oblique secundum cordis longitudinem procedunt. Suntq; hæ in duplici differentia. Aliquæ etenim in dextro cordis latere basi sunt viciniores, in sinistro ipsi mucroni: aliæ autem in dextro latere mucronem magis respiciunt, in leuo basim. Atq; his sanè fibris pro cordis mole, si eam scilicet ad musculum conferas, perquam numerosis, & carne has continente amplexanteq;: potissimam cordis substantia constituitur, cui eadem cum musculorū ventriū substantia accidit cōpositio. Ut enim in musculis fibræ ne rumpantur, carnem vndiq; habent circumpositā: sic & cordis fibræ peculiari ipsis carne continentur, sulciunturq;. Quæ porro per vniuersum cor fibrarum & carnis simul sit crassities, tūc demum opportunè explicabitur, ubi cordis ventriculos oratione complexi fuerimus. In presentia autem suffecerit, carnis fibrarumq; cordis vsum, quæq; adhuc ad cordis substantiam spectant, adijcere: ac innuere, cordis carnem in mucrone quàm in basi spissiore solidiorēq; apparere. Non ob hoc profectò (vt Galenus arbitratur) ne hic cor in suis contractionibus pectoris os accedens facilius laderetur: verū quòd ea cordis pars tenuis sit, & quòd ad eam fibrarum rectarū concursus perficitur, qui

carnem mucronis, & si ab alia non differat, compactiore commōstrat, ad eū prorsus modum quo solidiore carnē in muscoli capite, aut tendinis principio videmus, quā in muscoli ventris medio, vbi fibræ nō adeo atq; in illis locis cōpactæ, ab inuicē magis dirimuntur. Carnis itaq; cordis non postremus vsus cū musculorum carnis vsu in fibrarū firmatione correspondet. Quod verò propria peculiariq; ipsius secundum iustitiā temperie ad præcipuas cordis functiones, quæ in sanguinis gratia pulmonis emutatione, & vitali spiritu cōficiendo, etissimum consistunt, opituletur, imò primarius harum functionū autor sit, ex aliorū viscerum substantia ratiocinamur. Ceterum cordis fibrae alteri functioni subseruiunt, quā cor tantisper dum viuunt animal, & dilatatur & contrahitur, & aliquandiu inter contractionē dilatationemq; quiescit. Dein quemadmodum cordis fibræ cum musculorum fibris nōnulla cōsequuntur cōmunia, sic etiā vt et illæ motus famulantur, sed prorsus diuerso. Musculorū enim motus arbitrarius est, cordis verò naturalis, ac absque lassitudine inscrutabili rerū Opificis industria indefessus, arbitrioq; nostro minimè subditus, neq; ex cerebri nervis, vt musculorum motus, vlla ex parte dependens. Porro cordis dilatationem, quæ mucronis ipsius ad basis centrum est

est attractio, & omnium laterum cordis disten-  
 tio, recte efficiunt fibre, mucronem versus ba-  
 sim contrahentes. Quod sane ita perficitur, ac  
 si vimineo circulo orbiculatim eademq; serie  
 complurimas iuncorum scirporum' ve radices  
 connecteres, & capitibus illorum simul colle-  
 ctis, velut pyramidem quandam efformares, ac  
 demum funiculum ex mucronis medio per cir-  
 culi centrum dimitteres, quo deorsum tracto,  
 pyramis brevior, intusq; multo capacior red-  
 deretur. Hinc siquidem cordis dilatationem  
 condiscere quam optime liceret: quippe vimen  
 quodammodo cordis basi responderet, iuncorum  
 autem collectio cordis mucroni: deinde iunci  
 ipsi & funiculus ille rectis fibris congruerent.  
 iunci quidem illis responderet fibris, qui in cor-  
 dis lateribus & anteriùs & posteriùs consi-  
 stunt: funiculus autem illis conferretur fibris,  
 que in cordis carneo septo inter duos sinus po-  
 sito frequentissima habentur. quanquam quod  
 omnimodam cum rectarum fibrarum motu si-  
 militudinem obtineret, nihil confingere possi-  
 mus. Transuersarum autem seu circularium  
 fibrarum actione ad aliquid referre, est quam  
 facillimum. he enim cordis contractioni impris-  
 mis presunt, que mucronis cordis à basi est dis-  
 cessus, & quedam cordis productio, quam il-  
 le molliuntur fibre, quoties laxatis rectis im-

Q 5 pensius

pensius arctantur colligunturq; , haud secus  
 quam si prius contractum in pyramide illa su-  
 niculum iam laxes , ac manibus aut alio cir-  
 culo in medio pyramidis iuncos introrsum co-  
 primas, itaq; illius cavitatē minuas , & inte-  
 rim tamen proceriorem reddas. Nunc verò quò  
 obliqua fibra quieti praesint, hoc est aliquantif-  
 per, prout cordis functionibus ex vsu censetur,  
 simul cum alijs fibris ad contentas materias  
 undiquaque se contrahant , imaginari non est  
 arduum: praecipue si diuersos cordis pulsus in vi-  
 uo animali examinaueris. Quod sane facturnus  
 es iucundissime ea administratione, qua septi-  
 mi libri calci (vel huius tantū rei gratia) subij-  
 ciam: in qua non haec modo, verum alia plera-  
 que spectanda proponentur. Nunc autem ad  
 fibras reuersi, eas non motuū cordis duntaxat  
 epifices esse arbitrabimur, verum reclus ad at-  
 tractionem, ad expulsiōē orbiculares, ad rete-  
 tionem verò obliquas conducere etiam nobis  
 persuasum erit. Ceterum praeter cordis carnē  
 & fibras propriae ipsius vene illius substan-  
 tiam enutrientes , & arteriae innatū suae sub-  
 stantiae calorem fontes, huc etiam enumeran-  
 de veniunt: ipsa videlicet coronalis vena, &  
 duae coronales arteriae per cordis substantiam  
 quasi musculorum vasa distributae. Quis verò  
 vene arteriarumq; coronalium sit ortus se-  
 rietiq;

rietq; , in tertio libro abundè complexi sumus.  
 Quare cordis neruulo sermoni quoq; addito, ad  
 cordis tunicam est accedendum: ac eum quidem  
 neruulum in quarto libro à sinistro sexti pa-  
 ris cerebri neruo depromi retulimus, quando  
 ab illo, vbi sinistri lateris recurrètem neruum  
 constituit, sobolem deriuari diximus, quæ cor-  
 dis inuolucris basim penetrans, & sinistro ve-  
 ne arterialis lateri posterioriq; sedi ex porrecta,  
 in cordis basim (oppido quàm obscure) pertinet.  
 Verùm cordis tunica illi mēbrane prorsus cor-  
 respondet, quæ musculorum ventribus pertina-  
 citer obnascitur, tenuissima nimirum membra-  
 nula quæ à musculorum substantia diuelli ne-  
 quit. Eiusmodi nanq; cordis extimæ superficiē  
 obducitur, cui in hominibus præcipuè ad basim  
 durioris adipis copia obnascitur: aliquando &  
 per reliquam cordis superficiem ad mucronem  
 vsq; , ac id semper imprimis secundum venarum  
 & artiarum per cordis corpus digressum. illi  
 enim copiosior adipis portio ( vt in omento &  
 membranæ thoracem intersepientibus accidere  
 conspiciamus ) attenditur. Integrum esset & ad  
 cordis substantiam referre tres membranas  
 vene caue, & duas arterie venalis orificio  
 præfectas, deinde & auriculas, & quatuor ip-  
 sius præter id circumuoluētēs venas arteriasq;  
 vasa, nisi nunc tempestiniùs foret, singula seor-  
 umf

sum priuatis Capitibus recensere. Pari quoque ratione & cordis os huc spectare videret, nisi et id in primo libro prolixius essemus persequuti.

De cordis sinibus, seu ventriculis.

CAP. XI.

**Q**uoniam pacto cordis vetriculi hominibus, ac proinde & reliquis animalibus pulmonē habentibus conformentur, quoque constant numero, nunc subiungam, sermonem à Galeni cum Aristotele in illorum numero disceptatione omnino cohibiturus. Humanū itaq; cor intus duas insigniter amplā obtinet cavitates, secundum cordis latera sitas: vnde etiam vnam ventriculū sinum & dextrum, alteram sinistram merito nūcupamus. Horum dexter sinistri amplitudinem vincit, amboq; inuicē forma plurimum variant. Dexter nāq; magis deorsum ad cordis mucronem ipso sinistro descendens, cavitatē inſtar crescentis lune paratā adipiscitur: quandoquidem dextro ipsius latere, anterioriq; & posteriori sede inſtar interioris semicirculi, aut ita extructe cameratæ sedis cōcaua est, exteriori cordis in his regionibus superficiei, quæ gibba est, respōdens: in sinistro autē latere externe fornicis aut semicirculi sedis ritu ( vt sic dicam ) gibba cernitur, propter cordis ventriculorū septū semi orbis modo dextra ipsius superficiei in

dext

dextri vetriculi amplitudinē protuberāns. Atq;  
 hāc formam dexter cordis vetriculus à basi ad  
 mucronē vsq; seruat, simul cū cordis effigie ex  
 latiori basi angustior redditus. Sinister vetricu  
 lus ampla etiā basi incipit, sensimq; in arcum  
 versus cordis mucronem desinit, cavitatem in-  
 star conī, quod ad totam superficiem spectat, or  
 bicular ē obtinens. Cordis nanq; ventriculorum  
 septum sinistro ipseus latere, quo sinistri ventri  
 culi dextrum latus efformat, concauum, nō ve  
 rò vt dextro latere gibbum extuberansq; visi  
 tur, & parem crassitiem naturamq; cum cor  
 dis substantia sinistram latus & anteriorem po  
 sterioremq; sinistri ventriculi sedes constituen  
 te exigit: itaq; prorsus se habet, quasi sinistri  
 ventriculi potissimum gratia cor cōstitueretur,  
 ac vt dexter vetriculus fieret tenuis quedam  
 cordis substantia dextro septi lateri adnascere  
 tur. Vniuersa nanq; cordis substantia, præter ven  
 triculorum septum, dextri ventriculi amplitu  
 dinem constituens, tenuis admodum est: quæ  
 autē sinistram vetriculum orbiculatim am  
 bit efformatq; , dextri ventriculi substantiam  
 multis numeris crassitie superat, & vndique  
 æquè crassa visitur, præterquā in ipsa basi, vbi  
 vasorum illinc prodeuntium dehiscētiumq; gra  
 tia, cordis carnea substantia tāta amplitudine  
 deficit, quāta orificiorū est amplitudo. Vtriusq;  
 ventri e

ventriculi superficies perquam inequalis est,  
 & multis quasi foveis in carneam substantiam  
 penitus impressis obfita. Neque istae ad latera  
 tantum, & si secus ceteris omnibus dissec-  
 tionum proceribus visum sit, consistunt, ubi de-  
 xter ventriculus sinistrum respicit: verum per  
 universam prorsus ventriculorum superficiem,  
 non solum in nuper occisis animalibus, sed per  
 petuo, tantisper dum cor ipsum servare volue-  
 ris, apparentes, neque unquam vel in exiccato cor-  
 de coniuventes. Deinde praeter hanc inequalita-  
 tem, quae in sinistro ventriculo non nihil insignior  
 est, ambo carneas quasdam explantationes pro-  
 cessusve intus exigunt, qui teretes sunt, & gra-  
 ciles, & in fibris membranaceas cessant, humilio-  
 ri sedi membranarum in ipsis sinibus postarum  
 continuas. Cernuntur autem carnei hi proces-  
 sus potissimum ad ventriculorum mucronem,  
 humilioremve sedem, quos ad fibrarum quas con-  
 tinent robur facere ostendam: quum secundo  
 ab hoc Capite membranarum cordis naturam per-  
 sequar. Ventriculorum igitur septum crassissi-  
 ma, ut dixi, cordis substantia efformatum, utrius-  
 que foveis ipsi impressis scatur, hac imprimis oc-  
 casione inaequali superficie qua ventriculos re-  
 spicit donatum. Ex his foveis nulla (quod sensu su-  
 tem comprehendere licet) ex dextro ventriculo in  
 sinistrum penetrat, adeo sane ut verum Opificis in-  
 dustr



dūstriā mirari cogamur, qua per meatus vi-  
 sum fugientes ex dextro vētriculo in sinistrum  
 sanguis resudat. Præter hæc hactenus cōmemorata,  
 in utrisq; duo habentur orificia, & totidē vasa  
 in eminentiori ventriculorū sede, in cordis ni-  
 mirum basi consistentia: & substantia, quum  
 unum quidem venosum, alterū autem arterio-  
 sum sit, differentia. Deinde amobus ventricu-  
 lis membrane quedā insunt, quas vasorum ori-  
 ficij paulo post præfici commemorabimus: ac in  
 dextro quidē ventriculo tres habētur, vena ca-  
 nae os spectantes: in sinistro autem due, venalis  
 arterie origini connata, adeo ut & hinc ven-  
 triculis quedam exurgat differentia, quemad-  
 modum etiam & ipso vsu, & quam continent  
 materia inter se differunt. Porro vsum illorum  
 unā cum cordis vasorū & orificiorū & mem-  
 branarū & aurium vsu priuato Capite meritò  
 pertractabimus, quòd hæc simul omnia cordis  
 functionibus famulentur: quas, nisi enarrata-  
 rum iam partium constructione prius descri-  
 pta, recensere absurdum foret.

De cordis vasis, & eorundem ori-  
 ficij.

CAP. XII.

Superiori Capite, quo duos cordis ventricu-  
 los complectebamur, quatuor cordis vasa et  
 totidē orificia esse, obiter innuebamus. Ac in va-  
 sorum quidem numero sunt vena caua, vena  
 arter

arterialis, arteria venalis, & magna arteria, que omnia singulis ad cordis ventriculos spectantibus donantur foraminibus. Vena caua ad dextrum cordis latus dextrumque ventriculum refertur: num verò ab illo in hominibus originem ducat, non admodum contentiose scriuolis quibusdam autorum suffragiis imitens, aggrediendum duxi, quum sectione (vt rationes subiceam) in natis hominibus nihil aliud quam caue ortum à corde pendere (non secus ac reliquorum trium vasorum) queam colligere. Atque idem de foetibus, quoad hactenus illorum sectioni incubui, sateri cogor: non interim Galemi sententia passim mihi reclamantis ignarus. Que enim is de vene caue principio in sexto de Hippocratis & Platonis dogmatibus contra Aristotelis placitum adducit, omnia in illum (si modo id quis proposuisset) retorquere esse quam facillimum. Nisi forte cum Galeno illi conueniret, quod iecur sanguificationis officina esse haud falso enunciauerit, quanquam etiam Achille illum arteria venenose principium deturbaret. Ex dextro itaque latere basis dextri ventriculi ad humiliorem eiusdem basis sedem, vena caua amplo patentiq; admodum orificio exoritur, ac ilico ab exortu (qui totius vene capacitatem amplitudine multum superat, ac exult extuberans ad cordis substantia terminatur)

circulus visitur) sursum ad iugulum, & deorsum versus septum contendit: neq; ut quispiam fortè arbitraretur, vena caua vnico ad hunc modum enata principio, in duos trūcos magne arterie modo dirimitur, sed dextro basis cordis lateri instar recti pali attenditur, ac suo veluti sinistro dūtaxat latere vena ex dextro ventriculo enascitur, ac facillè citra aliam diuisionem (quod interim arterie magne ex cordis basis centro quodammodo prodeunt negatum est) cordis inuolucrum permeans, sursum deorsumq; prorepat. Neq; profecto alia caue exortus, aut si mauius cum Galeno dicere, insertio nis est species, quàm originis trium reliquorum ratorum cordis ventriculos spectantium. Ceterum quoniam pacto toti anteriori caue exortus sedi secundum illius longitudinem dextra cordis auris adnascatur, in eo quod statim de cordis auribus subnexuri sumus Capite, audies. Vena igitur caua primum cordis vas censendum, & ipsius ortus similiter primi orificij loco opportunè habebitur. Vena arterialis etiam dextro cordis ventriculo asseribitur. estq; ea vena, quam quidem quòd sanguinem in pulmonem deferat, veneq; prorsus vicem gerat, Venam: quòd verò arterie corpus nanciscatur, Arteriam appellari antea diximus. Hec multo minori quàm caua orificio ex dextri ventriculi

li basis elatissima parte iuxta dextrum latus  
 ventriculorum septi enascitur, & magne in-  
 tens arterie, sinistrorsumq; nonnihil suo caudi-  
 ce inclinans, ac cordis inuolucrum permeans,  
 tandem in duos truncos disscinditur, quorum  
 dexter ad sinistrum latus caudicis magne ar-  
 terie, posterioremq; eius caudicis sedem refe-  
 xus, in dextros pulmonis lobos digeritur, sin-  
 ster verò in sinistros. Porro venalis arteria,  
 quam in tertio libro pariter cum arteriali ve-  
 na persequuti fuimus, atq; etiam ab usu quod  
 aërem continet deducit, ve, Arteriam: à substan-  
 tia autem, quòd venarum corpori responderet,  
 Venosam nuncupari retulimus: inter sinistra  
 cordis ventriculi vasa communeratur, ac vt ve-  
 narum corpus adipiscitur, ita quoq; ex molli-  
 ori sinistra ventriculi sede ( vt caua ex dextri )  
 principii ducit. Ex sinistro enim sinistra ven-  
 triculi latere ad eiusdè ventriculi demissorem  
 partem pari penitus modo vt caua, venalis ar-  
 teria patenti admodum orbiculariq; orificio  
 enascitur, ac statim ab ortu, aut in ipso potius  
 ortu, in duos truncos deriuatur, quorum dexter  
 sub cordis basi productus, ac cordis inuolucrum  
 penetrans, in dextram pulmonis sedem disse-  
 gitur, sinistro interim in sinistram pulmonis  
 partem exporrecto. Ceterum hæc venalis arte-  
 rie in primos truncos distributio, adeò illius  
 orig

Venalis ar-  
 teria.

origini vicina est, ut hoc nomine nonnulli dis-  
 sectionis professores eius in corde orificium mul-  
 tiplicauerint, ac id geminantes quinque qua-  
 tuor cordis vasorum orificia enumerauerint.  
 Et rursus fortassis pari ratione vena caue at-  
 tendentes, ipsius quoq; orificium geminarunt:  
 quum in ipsa etiam origine haec sursum deor-  
 sumq; properat. Huiusmodi enim quid Hero-  
 philus contra Galeni Erasistratiq; sententiam  
 ex septimo de Administrandis sectionibus libro  
 inuuisse colligitur. Porro nos quatuor cordis va-  
 sorum, quatuor tantum orificia, ut re vera sunt,  
 enumerabimus. Quo autem pacto venalis arte-  
 rie exortui in anteriori quoq; ipsius regione le-  
 ua cordis auricula adnascatur, secundo ab hoc  
 Capite explicabimus. Quartum vas, quod ad-  
 huc enarrationi deest, quartumq; cordis consti-  
 tuit orificium, magna censetur arteria, pari ra-  
 tione ex sinistro ventriculo, qua arterialis ve-  
 na ex dextro, principium ducens. Ex dextro  
 enim elatissime sinistri ventriculi sedi late-  
 re, & ex cordis basis veluti centro arteria ma-  
 gna enascitur, aliquosq; recta sursum sub ve-  
 ne arterialis caudice tantisper prorepens, do-  
 nec cordis involucrium permeans, in duos trun-  
 cos discindatur, quorum vnus corporis superiora,  
 alter inferiora petit. Atq; ita profecto duorum  
 vasorumq; vasorum, ipsius nimirum arterialis

Magna ar-  
teria.

vene, ac arteriæ magne principia ad eò respon-  
dent, vt sinistrum arterialis vene latus dextro  
arteriæ magne lateri in ipsa origine adnatum  
sit, amboq; vasa hic ex eminentissima cordis  
ventriculorum septi sede commune principium  
radicemq; possideant, quod eousq; quibusdã ani-  
malibus indurescit, vt id Galenus reuera es-  
se affirmet. Ceterum hic in sinistro cordis ven-  
triculo ad septi eminentissimam sedem ascensus  
post dextram orificij venalis arteriæ membra-  
nam inter diffecandum latens conscendensq;

Libro 3. de

Parti. ani.

cap. 4.

Aristoteli imposuit, vt inibi tertium cordis ven-  
triculi constituerit, illum arteriæ magne prin-  
cipium esse recensens. quod sanè multo minus  
incusandum venit, quam quod ventriculorum  
cordis numerum pro animalium mole varia-  
re scripserit. At quemadmodum Galenus in hu-  
iusmodi leuibus & obiter tantum traditis ab  
Aristotele descriptionibus prolixè resutandis  
occupatur, ita sanè Aristotelis sectatores horta-  
rer, vt in Aristotelem affecti, sedulo humani  
corporis fabricam ipsi reserarent, eam Galeni  
placitis accuratè conferentes, vt tandem Ga-  
leno Anatomicorum principi id obicerent, cuius  
dissectionis professores crebrò insinulat, quos  
vtcunq; leuiter Aristotelis vt in confectionibus  
parum exercitati errorem illum citra partium  
inventionem committentis fert: at eos grauiter

inensat, qui totam vitam huic speculationi dedicarunt, & tamen in plerisque falsi sunt. Si enim quis Galeni dogmatibus non addictus, ea diligenter examinaret, complurima profecto occurrent, quae alius refelli possent, quam quae Galenus alijs imponit Anatomicis. Non enim admodum leue censeretur, quod in sexto de Partium usu arteriae magne orificium amplius venosae arteriae orificio esse asserit: quum interim hoc, illo longè amplius cernatur. Neque simpliciter Galenus magne arteriae orificium venosae contulit, imò ceteris cordis orificijs id amplius esse contendit, adeò in Aristotelis dogmata incitatus, ut non animaduerterit venosae orificium vel triplo maius arteriae magne orificio cerni, ac re vera esse, uti & venalis arteriae orificium grandius magne arteriae orificio esse dicebamus. Porro quod & ego in Galeni medicinae parentis verba iuraverim, ac philosophis nos insectandi ansam praebere nequam instituerim, non lubet haec, & eius generis permulta diffusius persequi: unde etiam ad cordis membranas sermo iam venit reflectendus.

De undecim membranulis quatuor orificiorum cordis. CAP. XIII.

**E**A corpora cordis membranas nuncupamus, quae cordis vasorum radicibus, ipso-

rum' ve exortibus adnata, calore, substantia, crassitie, prorsus membrane existunt, materiarum regurgitationibus preefecte. Sunt porro he omnes ex precipuorum Anatomicorum sententia undecim numero, ac tres quidem singulis trium vasorum orificijs, due autem duntaxat vno quarto ve adnascuntur. Vena caua, quam primum dextri vetriculi vas esse recensimus, suas membranas, vti modo subiungam, locatas exigit. Cauae exortui, qui velut exuberans in cordis substantia, ex qua prodit, circulus est, alius membranens circulus humiliori vene exortus parti proxime adnascitur, qui prorsus pari modo ac vene initium ex cordis substantia principium ducit: & quemadmodum vena ab ortu extrorsum e cordis ventriculo fertur, ita quoq; membranens hic circulus introrsum, inq; dextri ventriculi amplitudinem procedit. Insuper vt vena caua ilico a cordis substantia, ex cuius termino (vt ita dica) enascitur, abscedit, solo exortu, qui breuissimus est, cordis substantie adnata: sic etiam membranens circulus minima amplitudine cordis substantie hic adnascitur, ilico ab illa abscedens ac exalta, & solida, citraq; insignem crassitiam valida membrana apparens. Hec in ventriculi cordis amplitudinem deorsum ducta, non procul a principio in tres veluti membranas

scind



scinditur, ex ampla basi in obtusum mucronem  
 desinentes, ac vix à semicirculi conuexo diffe-  
 rentes. Mucro autem harum membranarum  
 paulo supra mediam ventriculi dextri longitu-  
 dinem cessat, neq; aliqua ex parte, quam circu-  
 lari exortu mēbrana hec tribus ipsius processi-  
 bus cordis substantiæ adnascitur. Verùm ex tota  
 inferiori sede trium membranularum seu pro-  
 cessuum, quæ reliquo ipsarum corpore non nihil  
 crassior validiorq; efficitur, fibræ quædam fre-  
 quenti serie enascuntur, quæ deorsum per ven-  
 triculi amplitudinem ductæ, ventriculi lateri-  
 bus iuxta ipsius mucronem adnascuntur, non  
 quidem duntaxat, vt Galenus innuit, ad ven-  
 triculorum cordis septum, at etiã ad reliquam  
 ventriculi mucronis amplitudinē. Omnis nanq;  
 inferior membranularum pars fibras illi ven-  
 triculi mucronis sedi exporrigit, quæ ipsi è di-  
 recto constituitur. Presentes fibræ quæ mem-  
 branulis committuntur, ex carnes sunt, & cor-  
 dis substantiæ haud adnascuntur. Vnde etiam  
 Aristoteles illas nervos esse arbitratus, hinc cor-  
 nervorum principium esse iudicavit. Verùm ubi  
 fibræ ad ventriculi mucronem implantantur,  
 aliquosq; carnosâ substantiâ adangitur sufful-  
 cunturq; non aliter profecto apparentes, quam  
 si carnea in cordis ventriculo virgule essent.  
 Ceterum membrana hec propter tres membra-

neos ab ipsa deductos processus, trium vena ca-  
 uae orificij membranularum loco enumeratur,  
 atq; quod processus illi quum clauduntur, atq;  
 inuicem comminent, spiculorum sulcis structura  
 similiter existant, Graeci τρυλῶνας, quasi trif-  
 sulcas diceres, eos appellauere. Quum enim mē-  
 braneo circulo adhuc patente et orbiculari ser-  
 uato, tres ipsius processus inuicem è regione il-  
 lius centri cœunt, formam effingunt triangu-  
 lari cuspidi non absimilem, idq; potissimum illi  
 cuspidi, quo in telis Turcæ penetrandis lorice  
 hodie vtuntur, qui triangularem quidem effor-  
 mant cuspidem: sed quo minus oblongum illud  
 ferrum grauaret, anguliq; acutiores redderen-  
 tur, illi inter duos angulos sulcum elinam, adeo  
 vt cuspis ex basi in mucronem desinens, simul  
 tres angulos & totidem sulcos ostendat: vi  
 etiam hic in corde fieri animaduertes, dum in-  
 ter dissecandum tres membraneos processus in-  
 uicem committes. Cæterum si totius membra-  
 nei corporis cum ipsius processibus & fibræ ad-  
 aperti similitudinem petis, eam ex coronæ for-  
 ma opportunè sumes, quæ regum capitibus an-  
 tiquitatē insculpsisse, in illis quæ Roma effodi-  
 tur imaginibus videmus. Porro quæ admodum  
 venalis arteria vena caue tum corpore, tum  
 intro mittendis ad cor materijs, & ortu prope-  
 modum accedit, ita quoq; venalis arterie mem-  
 bran

brane cum caue orificij membranis pleraque exigunt communia. Ad radicem enim orbis venalis arteriæ, membraneus circulus ex cordis substantia enascitur, qui in sinistri cordis ventriculi amplitudinem introrsum ( vt venalis arteria extrorsum ) ducitur, statimq; ab exortu à cordis substantia abscedit, vene caue orificij membraneo corpore huc vsq; quàm simillima. Verùm quum aliquantisper in ventriculi amplitudinem descendit, in duos tantum membraneos processus partitur: forma quidem illis qui ad vene caue orificium pertinent respondent, sed mole & robore superiores. Ex ampla enim basi in obtusum mucronem finiunt, longius in sinistri ventriculi cavitatem, quàm caue orificij membranule in dextri contingentes. Horum processuum vnus dextrum ventriculi sinistri latus, alter sinistrum respicit. Anteriùs enim & posteriùs inuicem dehiscunt. Secundũ vnũ vnũ eorundem humiliorem sedem ( qua etiam vt caue orificij membranularum, crassior duriorq; existit ) fibra seriatim ex illis enascuntur, qua deorsum porrecte, tandem cordis substantiæ ad mucronis sinistri ventriculi amplitudinem passim adnascuntur: & quemadmodum in dextro ventriculo fieri diximus, carnea cordis substantia adaugentur stabiliuntq;. Ceterùm quia membraneus venalis arteriæ cir-

R 5 culas

culus in duos tantum processus dirimitur, dis-  
 sectionis proceres duas tantum membranulas  
 ipsius orificio præfici asserunt: quas mitre epi-  
 scopali non admodum inepte contuleris, si modo  
 partem caput amplectentem ipsi membranas  
 circulo, & huius processus anteriori postero-  
 riq; mitre cacumini assimilaeris. quum enim  
 duo tantum hic cernantur processus, utriq; eos  
 inuicem conuiuere singas, & γυρωχνας cum Ga-  
 leno ipsas appellare non poteris, quod scilicet  
 triangularis cuspidis imaginem nunquam re-  
 ferant. Venæ arterialis membrane dictorum  
 modo orificiorum membranæ neq; situ, neq; for-  
 ma, neq; etiam robore respondent. A venæ enim  
 arterialis exortu hæc introrsum in cordis dextrâ  
 ventriculum hæc pertingunt, sed totæ in eius  
 vasis caudice consistunt, ita ab orificio extror-  
 sum ductæ, ut commemoratæ prius membra-  
 nule ab orificio introrsum pertinebant. Neque  
 etiam his vnus communisq; est circulus, verum  
 tres distinctæ, & non admodum valide sunt  
 membrane, singulæ semicirculi modo princi-  
 pium ducentes. Venæ enim arterialis orificium  
 introrsum, atque in suam ipsius amplitudinem  
 nonnihil in origine extuberans, suæ amplitudi-  
 nis superficiem in tres semicirculos extrorsum  
 à corde latefcentes distinctam obtinet: qui  
 crassiores redditi, in ipsam vasis amplitudinem  
 præter

protuberant, ac suis tuberibus veluti tres triangulos ita efformant, ut in puncto se contingentes circuli extra suam superficiem, supra infraque; contactus terminum angulos constituunt. Ab his semicircularibus tuberibus membranosa ipsarum amplitudine, quasi semiplena tunice imaginem referentes pronascuntur, nisi quam vasi ipsi, præterquam ad hæc tubera, adnate. Harum membranarum latissima sedes, que extrorsum à corde magis reliquis membranarum partibus remouetur, & sola membranarum latus est, vasi ipsi non connatum, haud ita rectè cernitur, ac si singula membranæ dimidiatum circulum ad amussim exprimerent: verùm modicè id latus introrsum obliquatur, & non adedè altè extrorsum ve in medio conscendit, absq; terminis quibus vtrinque vasi continuatur. Quum itaq; hæc superior latissimaque membranularum pars latus ve instar dimidiatæ parenthesis ad hunc modum (insetatur, & ipsarum membranularum exortus, & ad vasa connexus semicirculum ad amussim exprimat, Græci has membranulas στυροειδεις nuncuparunt, ab illorum C imagine. His tribus venæ arterialis membranulis, tres in arteria magne ostiolo à Natura create respondent, in nullo prorsus ab illis quàm in magnitudine & robore differentes. Magne enim arteriæ memb

membranule tanto grandiores validioresq; vene arteriose membranulis visuntur, quanto vene arteriose corpus ab arterie corpore duritia amplitudineq; vincitur.

De cordis auriculis. CAP. XIII.

**A**uriculae cordis dissectionum professoribus vocantur, appendices quidam basi ipsius adnati. à similitudine enim, quam illi in situ, non autè in usu, cum propriè dictis auribus obtinent, aurium nomine donantur. Emicat namq; ad utrumq; cordis basis seu capitis latus appendix unus, ex ampliori basi in mucronem desinens, quem ex latere quo reponitur, aut dextrum, aut sinistrum nuncupamus. Dexter itaq; appendix seu auris, dextro cordis basis lateri atrenditur, toti anteriori exortus vene cauae regioni secundum illius longitudinem obducta, & etià suo mucrone à vene corpore abscedens, elatius nonnihil quàm cordis basis sursum ascendit. Voco autem exortus vene cauae longitudinem, totam eam sedem quae à vene cauae parte qua propinquius cordis mucroni venae cordis substantiae adnascitur, usq; ad eam quae basis cordis centro, aut ipsi arteriali vene vicinior est. atque huic exortus longitudini dextrae cordis auriculae basis longitudo respondet. Huius enim auriculae effigies pyramide refert, exq; oblong

oblonga basi in mucronem, qui non admodum  
 acutus protensusq; est, desinit. Auricula etenim  
 basis longitudo, quam venae cauae ex corde prin-  
 cipij longitudine metiri diximus, ipsius auricu-  
 le etiam admodum distentae amplitudinem fe-  
 re triplo excedit: deinde & longior multo est,  
 quam progressus à basi auriculae ad ipsius mu-  
 cronem pertinens. Porrigitur autem auricula à  
 basi sursum antrorsumq;, adeo ut nulli auriculæ  
 forma, quod ad basim mucronemq;, & deinde ad  
 cavitatem ac compressionem distentionemq; at-  
 tintet, exquisitiùs contuleris, quam coriaceis tu-  
 beribus utrinque Turcarum sellis assutis, quæ  
 equis fluuiù transnataturi vesicarum ritu ma-  
 gno vsu instant. Exterior namq; auriculae super-  
 ficies pro ipsius repletionem variat: quum enim  
 auricula in cordis constrictione turget, opple-  
 taq; est, gibba vndiq; & equalis & aqueo ve-  
 luti humore oblita cernitur. At inanita conci-  
 denteq; auricula, superficies hæc rugosa ac velu-  
 tificis obsita spectantibus occurrit: interim ta-  
 men auricula exterius aqueo humore, ut &  
 cordis superficies, obducitur. Verum quandoque,  
 licet id rariùs, exterior distentæ etiam auriculæ  
 superficies inæqualis, propter adipem illi tunc ob-  
 natum visitur. Interior autem superficies auri-  
 culæ cavitatem circumscribens, ventriculorum  
 cordis superficiei omnino respondet. Ut enim hæc  
 ubi

ubi vasa educit lenis, tota aut reliqua sede aspe-  
 ra & foueis plena cernitur, ita quoque illa ubi  
 vene caue exortui adnascitur, lenis quidem est,  
 reliqua autē amplitudine foueis ac fibrosis im-  
 plexibus adeo scatet, vt cordis superficie in qua  
 litate vincat. Atque hec cauitas in amplitudine  
 prout auricule corpus aut concidit aut distendi-  
 tur, variat, foueae autem nunquam penitus ex-  
 plicantur. Porro auricule substantia triplici fi-  
 brarū genere, & modica, eaque admodum dura,  
 & quasi cuticulari carne eas fibras amplectente  
 constat, adeo vt auricula fibris cum cordis sub-  
 stantia respondeat, ac carne (que, vt diximus,  
 neruea magis cuticularisq; & subnigricans est)  
 à corde differat. Neque ab hac fibrarum cum ea  
 carnis cōmixtione vix cutis erasitū superante,  
 aliud peculiare auricula in sui constitutionem  
 ascescit. non enim venas arteriasq; & neruas  
 peculiariter ipsi insertas cōprehendimus. Caterū  
 auricule cōnexus propemodum ita se habet, si-  
 nistrū sui basis latus extremo cordis substantia,  
 ubi anterior vene caue in dextro cordis sinu ori-  
 ficij regio consistit, adnascitur, aut verius ab il-  
 lo extremo auricula prodit. Dextrum autē basis  
 latus vene caue corpori secundū ipsius exor-  
 tus à corde longitudinem, & in anteriori illius  
 sede commasitur, ac veluti cum vena commune  
 corpus efficitur. tota reliqua parte auricula ab



omni prorsus conuexu libera est, & perinde ac  
 cordis corpus in cordis quoque inuolucro contine-  
 tur, nullis fibrosis nexibus illi commissis. Sini-  
 stra cordis auricula pleraque cum dextra possidet  
 communia, hæc namque in anteriori sede exortus  
 venalis arterie secundum ipsius longitudinem  
 consistit. Deinde ex basi in mucronem quoque  
 cessat, verum in mucro qui acutior dextræ au-  
 riculæ mucrone habetur, non adeo sursum, sed in  
 sinistrum magis atque in latus exporrigitur. In-  
 super sinistra in proejectioribus ætate homini-  
 bus dextræ auriculæ dimidiatæ magnitudini  
 cedit, ut & ipsum quoque venalis arterie ostiolum  
 longe minus venæ cavae orificio visitur. Quod ad  
 externam internamque attinet superficies, auriculæ  
 utrunque respondent, quanquam exterior sinistrae  
 superficies rugosior magis, multoque inaequalior  
 semper occurrat. Interior autem superficies simi-  
 liter atque in dextra auriculæ inaequalis, et foveis  
 obsita cernitur. Substantia etiam similes sunt:  
 verum sinistra multo durior, ac minus in constri-  
 ctione distentionemque sequax visitur. Quinetiana  
 si illam dextræ conferes, velut marcida exicca-  
 taque spectabitur, adipe semper magis quam dex-  
 tra exterius abundans. In conuexu prorsus con-  
 ueniunt, nam uti dextræ venæ cavae & dextro  
 cordis lateri secundum cavæ ortum adnascitur, ita  
 quoque sinistra dextro sui basis lateri cordis sub-  
 stantia

stantia, vbi venalis prodit arteria, conuascitur: sinistro autē latere ipsi venalis arterie corpori. Vsu, vt suo ordine paulo post dicturi sumus, partium admodum inter se differunt. Nunc enim omnium cordis particularum, quarum iam numerum, situm, formam, connexum, substantiāq; complexi fuimus, vsum & functionem seriatim subijcere enitemur: id non pretereuntes, in fœtibus & nuper natis animalibus auricularum molem longe maiorem ex proportione occurrere, quam in etate prouectioribus.

Cordis, ipsiusq; hæctenus cōmemoratarum partium functio & vsus, ipsarumq; constructionis ratio.

C A P. XV.

**C**Or irascibilis, seu vindictæ honorisq; concupiscibilis animæ sedem esse, Hippocrati Platoni, Galeno, et Stoicis ac Peripateticis pariter omnibus concessum fuit. Verum ad hæc Zenon, ipsiusq; dogmata corroboraturus Chrysippus, Posidonius, cæteraq; Stoicorum familia, & Aristoteles cum Theophrasto, reliquisq; ipsius affectis, cor principium fontemq; esse voluerunt, non nunc dictæ tantum irascibilis facultatis, et etiam eius quæ ciborum, potuum, & venereorum est appetitrix, quam altricem Aristoteles, alij verò naturalem, alij autem simpliciter concupiscibilem appellare consueuerunt. Deinde etiam

Stoici

Stoici unā cum Peripateticis rationis vim, & ut semel dicā, animæ principatū in corde collocarunt, omnium id in animali functionū atq; officiorū initium esse arbitrati. Quāquā interim idem inter se decretis pugnēt. Aristoteles enim, Theophrastus, ac reliquis Peripateticorū chorus, & ex Stoicis Posidonius, irascibilem vim, ac concupiscibilem rationalemq; unius substantiæ è corde proficiscentis facultates esse asserunt, animæ autē species partes vè esse insiciantur, neq; eas distinguunt. Chrysippus verò Stoicorum non postremus, sicut in unā substantiam, ita quoq; in unam facultatē & iram & cupiditatem cū ratione coëgit. At his omnibus refragatur, ex divini atq; inter medicos faciliè primarij Hippocratis, & inter philosophos eminentissimi Platonis sententia, Galenus, quū in alijs plerisq; locis, tum potissimū in novē libris quos de Hippocratis & Platonis dogmatibus inscripsit. Illis nanque libris tres animæ species partes vè Natura admodū inter se discrepantes docens, firmissimis atque scientiam prorsus suo ipsius suffragio facientibus demonstrationibus comprobat, iecur ciborū potuumq; & venereorum concupiscibilis animæ, cerebrū autem rationalis ac principis locū esse, cor duntaxat irascibilis animæ erga stulū esse concedens. Porro ne hinc forsitan in aliquem *ματαιώδους*, ac nescio in quem

in quem heresis censorem impingam, ab hac de  
 anime speciebus eorundemq; scilicet discepta-  
 tione prorsus abstinerebo. quum tot hodie, ac potis-  
 simum apud nostrates sanctissima verissimamq;  
 nostre religionis censors reperias: qui si aliquis  
 aut de Platonis, aut Aristotelis, suorum ve in-  
 terpretum, aut Galeni de anima sententias, vel  
 etiam inter celebrandam Anatomem (vbi hac  
 potissimum examinanda veniunt) musitare  
 audierint, ilico illum de fide ambigere, ac ne-  
 scio quid de Animarum immortalitate hesita-  
 re asserunt, non perpendentes necesse esse medi-  
 cis (si modo non temere ad artem accedere, neq;  
 inopportune egrotanti membro remedia appli-  
 care voluerint) de ijs que nos gubernant facul-  
 tatibus considerare, & quot numero sint gene-  
 ratim, & qualis queque sigillatim habeatur,  
 quo ve in animalis membro singule constituta  
 sint, & preter hec maxime (si modo id ad  
 ipsi mente possemus) que anime substantia  
 essentia ve sit. Quasi vero non citra impia-  
 tem nullamq; prorsus fidei labem quis de gra-  
 nium illorum autorum decretis nihil propone-  
 re, aut etiam illorum rationes alijs nouis corre-  
 borare, aut friuola aliorum argumenta reselleret  
 posset: ac quasi non aliter de sanctissima, quibusq;  
 accedentibus pijs operibus fide saluamur, felici-  
 temq; aternitatem hominum anime adipiscimur.

tur, quàm de his autorum dogmatibus, ac quas  
 imbecillis & humana ratio suppetit hoc in ne-  
 gotio opinionibus, loquendū interrogandumq;  
 foret. Nihilominus interim de animæ faculta-  
 tibus, functionibus, substantia, natura, speciebus,  
 & earum sedibus inuestigatione remissa, libe-  
 re asseremus cor facultatis, atque adeo spiritus  
 vitalis fontē, & caloris natiui sedē somitemq;  
 existere, ac pulsū autorem esse, singulasq; cor-  
 dis partes illi ad calorem spiritumq; spectanti  
 vsū subservire cōmonstrabimus. Quis itaq; cor-  
 dis involucri (vt singula ea serie quæ earundē  
 prius constructionem enarrauimus, persequa-  
 mur) situs, peculiare de involucri Caput vt-  
 cunq; pertractauit. Deinde & cordis situs, an-  
 tea cōmemoratus, in ipso thorace est tutissimus,  
 & ab omnibus quæ thoraci extrinsecus noxā  
 inferre possunt remotissimus. Præterea cor in  
 pulmonis id suis lobis veluti digitis quibusdam  
 complexantis medio ita cōstitit, vt equalē pror-  
 sus ex omnibus pulmonis partibus aeris per ve-  
 nosam arteriam moliatur attractionē, & rur-  
 sus fuliginosorum recrementorū egestionem in  
 pulmonem tentet, & iusta etiam portione per  
 venalem arteriā & venam arteriale pulmo-  
 ni sanguinem porrigat. Ad hæc, cor non admo-  
 dum procul ab ore, per quod inspirationē perfic-  
 ti necessum erat, locatum, eam corporis sedem

nihilominus obtinet, ex qua commodè per arte  
 riae magnae ramos toti corpori natiuū calorē,  
 spiritumq; vitalem offerre queat. Quamuis  
 etiam, quòd ad totum corpus attinet, à medijs  
 partibus tantū superiùs recedat, quantū à pu-  
 bis ossium coalitu distat. is enim erecti adulto-  
 rum corporis exquisitissimū habetur mediū, nō  
 autem vmbilicus, quem Galenus cordis situm  
 enarrās, medium adamusim esse censebat. In-  
 super nō omnes corporis partes sedē aequē tuā  
 nanciscuntur, quandoquidem basis ipso mucro-  
 ne impensius occultatur, thoracisq; median se-  
 dem magis occupat. Nō enim omnes cordis par-  
 tes, quum idem vsus singulis haud delegetur,  
 pari tutela indigebunt. Partes enim in basi con-  
 stitute, vasorū explantationi & exortui desti-  
 nantur. Quae verò ab hac ad mucronis vsque  
 cacumen vtrinq; in lateribus, & anteriori po-  
 steriusq; habentur, cordis ventriculorum parie-  
 tes censentur, atq; ad ventriculos conficiendos  
 subserviunt. Mucro autem quodammodo proces-  
 sus est validus, ac propter cordis fibrarum huius  
 collectionem copiamq; & carnis eas sufficiens  
 amplectentisq; duritiem, solidus admodum,  
 & velut cordis ventriculorum operculum re-  
 censetur, instar propugnaculi vniuerso cordi  
 praefectum, adeò vt mucro securius, quam basis  
 ipsa pectoris os anterioraq; corporis accedere  
 queat

Libro 2. de  
 Decretis  
 Hippoc. &  
 Plaronis.

qu  
 C  
 va  
 ma  
 cum  
 gur  
 min  
 has s  
 tra e  
 te ve  
 pter b  
 quatu  
 oportu  
 etiams  
 conyic  
 rice fig  
 pertima  
 adeò ac  
 dilatati  
 quemad  
 longum,  
 mtur. N  
 dicimus,  
 productu  
 mortuis i  
 modum i  
 tur breui  
 tunc meri

queat. Mucro itaq; cordis portio ignobilissima  
 & abiectissima creditur: basis vero, quoniam  
 vasorum exortibus præficitur, omnium est pri-  
 maria: quæcumq; autem inter has sunt mediæ,  
 cum vicinarum dignitate proportionem exi-  
 gunt. Quæ enim basi vicinius accedunt, paulo  
 minus habende sunt potissimæ. At quæ inter  
 has sunt mediæ, quantum abscedunt ab alteru-  
 tra extremitatum, tantum ab earum dignita-  
 te vel deficiunt, vel accedunt. Quod porro pro-  
 pter basim quoque quam latam amplamq; ob  
 quatuor illorum grandium vasorum initia esse  
 oportuit, cor nõ exacte rotundum effectum sit,  
 etiamsi non dicatur, omnibus manifestum esse  
 coniugio. Quanquam Natura interim cor sphæ-  
 rice figure iniurijs innoxie ferendis omnium  
 pertinacissime, & ceteris omnibus capaci-  
 ore, adeo accedere voluit, ut cor in maximis ipsius  
 dilatationibus prorsus sphericum appareat,  
 quemadmodum in ipsius contractionibus ob-  
 longum, & pineæ nucis modo productum cer-  
 nitur. Neque etiam ob aliud oblongum cor esse  
 dicimus, quam quod id in mortuis concidens,  
 productumq; semper offenditur. Si enim id in  
 mortuis ita distentum observaretur, quemad-  
 modum in vivis sectionibus id quoties dilata-  
 tur brevius quidem, sed latius fieri spectamus,  
 tunc merito non oblongum, sed rotundum, ac-  
 queat.

paulo minus toto sphericum esse censeremus. Quis autem cordis substantia sit vsus, in decimo Capite, quando cordis cum musculo communitatem, & rursus differentiam prosequeremur, necessario complexi sumus, precipue tum explicantes, cui potissimum muneris triplex fibrarum genus cordis substantiam intertexens, dein & caro hanc amplectens & suffulcens, praefereatur. Ceterum vena cordis basim corona inftar cingens, & ramos per externam cordis superficiem deorsum à basi exporrigenens, cordis substantiae nutrimentum suppeditat, argumetumque est, cordis substantiam potius sanguine crassiore haerere deducto, quam tenuiori & leuiori & expurgatori quem cordis ventriculi continent, enutrir. Neque etiam hanc mihi sententiam quis disturberet, etiamsi vene coronalis ramos non penitus, sed veluti superficietenus in cordis substantiam disparti contenderet, quum tot innumeris musculis etiam vniuerso cordis corpore crassioribus venis dumtaxat ad extimam superficiem adnasci sciamus, paucique admodum in vniuerso corpore sint, qui in ipsorum veteres venas penitus disseminari permittunt. Deinde non ositantur perpendendi veniunt precipue vene coronalis rami, ex basi deorsum versus mueronem, descendentes, quorum vnus anterior, alter posterior exporrigitur, vterque secundum



dum cordis ventriculum septi ductum protensus, quasi cordis substantia his sedibus septi gratia plus alimenti requireret. Quod etiã testatur ramuli sinistro cordis lateri insigniores, quàm dextro exporrecti, nam quanto substantia cordis ad sinistram sinum crassior est, tanto etiam eius sedis ramuli tumidiores, frequentioresq; cernuntur. Atq; hæc eò diligentius sunt examinanda, quo magis scholastici disputatores suis nugis dissectionem interturbare assueti, sese excruciant, num ventriculus intestinaq; suo quem totius corporis gratia conficiunt succo, an verò sanguine enutriantur: non expedientes, alia prorsus functione organũ aliquod, puta ventriculum, intestina, vesicas utrasq; urinarios bilisq; meatus, uterum, venas, arterias, & eius generis organa, sui ipsius corporis substantiæ nutritioni prouidere, & eã actionẽ cuius potissimum nomine condita sunt, obire. Parum quoq; animaduertit, publicis illis atrahendi, retinendi, propellendiq; facultatibus fibras subseruire, privatarum autem eorundem functionum (quas in ossibus, membranis, cute, & eius generis partibus fibris carẽtibus expendere licet) insitam duntaxat vim citra fibrarũ subsidium, autorem esse. Quinetiã huc accedunt cordis substantiã implicantes arteriæ, quas per cordis substantiam venarum propagimilias

concomitat. us deferri retulimus. He enim, etiã  
 si cor instar communis officinæ caloris innatĩ  
 fons sit, eumq; imprimis contineat, cordis sub-  
 stantiæ offeruntur, eius insitum calorem tempe-  
 raturæ. Porro quĩ hec adamusim inquiret, Ga-  
 leni placito in septimo de Administrandis con-  
 sectionibus libro neutiquam acquiescendũ ve-  
 nit, quo coronales venas ex cordis dextro sinu  
 pronasci docuit. ille etenim extra sinum à ca-  
 uia enascuntur, supra trium vene cavae orificij  
 membranularum principium, adẽd vt corona-  
 les venas adiens sanguis à causa assumatur,  
 priusquam hec in cordis sinum sanguinem de-  
 promat. Ceterum neruulus cordis basi oblatas,  
 tristantium duntaxat sensus gratia, nõ autem  
 motus cordi largitur. Cordis cartilagineã, aut  
 si voles dicere ossẽam substantiã, vene arteria-  
 lis & magne arterie origini additam, aut ex  
 qua potius illa vasa originẽ ducunt, ad cordis  
 fulcimentum facere, dissectionis professores ar-  
 bitrantur: & quãuis etiam ea ipsa substantia,  
 nullum prorsus cui insistat firmamentum ha-  
 beat, nisi forsitan quatuor cordis vasa cordis  
 involucrem penetrantia, verũ illa nõ magis  
 huic cartilagineæ substãtiæ, quã reliquæ cor-  
 dis basi (si quid modò ad stabilitatem conduce-  
 rent) firmamẽto essent. Porro cordis ventriculo  
 rum officium eiusmodi ferẽ est. dexter eo quod  
 .sang

sanguinem præcipuè cõtinet, sanguinisq; elabo-  
 rationi potissimum dedicatur, sanguineus Lati-  
 nis iuxta ac Grecis nuncupatur. is namq; pul-  
 monis duntaxat gratia, à summo rerũ Opifice  
 insẽgni iustitia cordi insculptus est. Pulmo enim  
 qui instar promptuarij cordi circumponitur, vt  
 id ab illo aërem perpetuò allicere queat, rarus,  
 fungosus, leuis, ac ad thoracis motus sequacissi-  
 mus fieri debuit. neq; eiusmodi profectò suis fun-  
 ctionibus idoneo nutrimento ali potuit, nisi pri-  
 uatim illi sanguis ex eo quem caua cõtinet le-  
 uis, aërius, spumofus, expurgatus, nihilq; minus  
 quàm sæculētus, ab alio organo prepararetur,  
 atq; ita ipsi pulmone ad opportunam nutritio-  
 nem deduceretur. At nullum organũ corde ipso  
 calidissimo, & pulmone proximo viscere, ad id  
 munus erat aptius: neque etiam aliud omnino  
 instius pulmone hac in re famulari poterat:  
 quandoquidem nimis quàm ingratum cor ha-  
 bendum foret, si pulmone tam amice aëre, quo  
 nisi ilico concidere emoriq; velit, perpetuò inda-  
 get, ipsius nomine attrahenti, ac obsequentissi-  
 mi famuli ritu preparati, et illius potissimum  
 gratia fabricato, nullas vices referendas puta-  
 ret, ac non modis omnibus cor, vt gratiã repo-  
 neret, pulmone opportunũ alimentũ (quum id  
 citra incommodum possit) conficere, prepara-  
 ret; studeret. Pulmonis igitur occasione dexter

cordis ventriculus creatus est, quod etiam li-  
 quidissimo animalia confirmant pulmone ca-  
 rentia, ac ob id dextro cordis ventriculo desti-  
 tuta. Hic namq; vetriculus in animalibus que  
 illo donantur, à caua vena quoties cor dilata-  
 tur, ac distenditur magnâ sanguinis vim attra-  
 hit, quæ adiuantibus ad hoc ventriculi foueis  
 excoquit, ac suo calore attenuans, leuioremq;  
 & qui aptius impetu postmodum per arterias  
 ferri possit, reddens, maxima portione per ven-  
 triculorum cordis septi poros in sinistrū ventri-  
 culum desudare sinit: reliquâ autem eius san-  
 guinis partem dum cor cōtrahitur arētaturq;  
 per venam arteriālē in pulmonem derinat, ac  
 proinde cor in dextrum ventriculū sanguinem  
 ex caua vena quoties dilatatur, pulmōi &  
 sinistro cordis ventriculo attrahit: atq; is quē  
 in presentia nouimus, vena caua in cordis ven-  
 triculum orificij est vsus. Vena autē arterialis  
 sanguine in pulmōē deferendo potissimum au-  
 xiliatur. Cur verò hæc inter reliquas corporis  
 venas arterie tunicas adipiscatur, in pulmō-  
 nis sermone obiter expressimus, quū eam cras-  
 sam validamq; factâ esse diceremus, tum pro-  
 pter continuos pulmōnis & cordis motus, tum  
 etiam ne pulmo tenuis illius quē continet san-  
 guinis plus quàm ad nutritionē sufficere possit  
 (etiam si quàm plurimo indigent) sibi allice-  
 ret:

ret: dein ut pulmo, continuo ipsius motu & calore sanguinem in arteriali vena deductū sibi magis excoqueret, spumiosiorēq; redderet. qualis is iam profecto est, qui per arteriā venalem ex sinistro cordis sinu pulmōni offertur, quū is iam in utroq; cordis sinu elaboratus fuerit. Accedit hinc, arterialem venam organum soli nutritio ni opportunissimè subserviens, quodq; secundūm pulmōnis compressionē & dilatationē quiescere, atq; quā minimum moveri oportuit, magna Naturæ providentiā alijs corporis venis impensius rigidū, crassūmq; & compressu dilatūq; difficilius factū esse. Hac siquidē ratione vena arterialis propagines, arterie venalis & asperæ distentionē & dilatationē haud impediunt: quum interim si illa propagines sequaces essent, atq; leui occasione distenderentur, magnam pulmōnis amplitudinem illo dilatato implerent, & rursus compresso pulmōne subsiderent, magnamq; vim in asperæ arterie propaginibus ex pulmōnis compressu fieri prohiberent. Et sanè hinc dum de vasorum robore loquimur, dextræ cordis auriculæ usum petere poterimus. Quum enim cor valido impetu disilentum sanguinem in dextrum ipsius sinum ex cava allicit, & quodammodo rapiens eum absorbit, quūmq; ipsa vena cava ut ex illa in alias corporis partes sanguis

sanguis non ita, ac ille pulmonis tenuis gratia  
 nutritionis resudaret, non adeo crasso validoq;  
 ac arteria constat corpore, periclitaretur profe  
 Eto vena in valida illa cordis attractione, ne  
 rumperetur, nisi sagax Natura dextram cordis  
 auriculā creasset, quæ ad cordis motus sequax,  
 & sanguine plena, quum cor dilatatur, sangui  
 nem eum quem continet, in dextrum ventricu  
 lum diffundere posset, ipsaq; quodammodo in ven  
 triculum attractionis impetum solutura con  
 uolueretur, cordiq; instar præptuarij esset. Atq;  
 huic vsui auriculæ correspondet cuticularis con  
 structio, quæ leuis & iniurijs interim perferen  
 dis contumax, & ad cordis motus sequax est.  
 caua autem visitur, vt continere materiam  
 possit: & fibris constituitur, vt attractioni, re  
 tentioni & expulsionì subseruiat. Neq; etiã car  
 ne, quæ fibras illas amplectitur, destituta est.  
 Verum quod cordis substantiæ ipsius auriculæ  
 substantia adeo conuenit, videtur ostēdere, &  
 innata sibi facultate ad sanguinis leuem quan  
 dam cordis ventriculo præparationem conduce  
 re. Neq; mehercule oscitanter, si quis indefessus  
 Nature operum indagator fuerit, auricularum  
 vsus venit expendendus. nam modo commemo  
 rati vsus nequaquam præcipui videntur, quod  
 vel ex illarum motu corde penitus cadentes,  
 & in viuis sectionibus transversim dissecto  
 queat

queas animaduertere, quoties in viuo animãte  
 cordis motu iam cessante, neq; dilatatis cordis  
 ventriculis, auriculis tamen adhuc palpitare,  
 distendiq; ac contrahi obseruas. Ceterum ne ir-  
 rita cordis dum dilatatur in dextrum sinũ san-  
 guinis ex caua vena fiat attractio, eodem scilicet  
 rursus dum cor comprimeretur per idem ori-  
 ficium Euripi ritu, propulso, tres membranulas  
 caue orificio Natura preposuit, que quidem san-  
 guinem dilatato corde in sinum ex caua influe-  
 re sinunt. at compresso corde, ne idem in cauam  
 resuat, prohibent. Quum enim dexter cordis si-  
 nus distenditur, quod fit quoties breuior reddi-  
 tus in latitudinẽ insigniter proficit, tunc mem-  
 brane ille laxiores facte, ad ventriculi dextri  
 latera concidunt, ac sanguini recluso caue ve-  
 ne orificio aditum præbent. At ventriculo rur-  
 sus cõstricto, seu, vt in constrictione fit, longio-  
 re facto, & interim arctato, membranarum fi-  
 bre, ipsaq; mēbrane propter cordis mucronem  
 ab ipsius basi magis abscedentem tenduntur. et  
 quum ventriculi mucro in eum modum angus-  
 tior efficitur, membranularum quoq; fibre mu-  
 cronis ventriculi potissimum adnate, inuicem  
 colliguntur, ac proinde etiam è regione centri  
 vene caue orificij, suis extremis inuicem acce-  
 dentes, orificium id occludunt, ac quo minus san-  
 guis rursus in cauam profluat, obstaculo sunt.

Verum

Verum & ad hanc actionē, sanguis ipse à ven-  
 triculi lateribus compressus auxiliatur. is namq;  
 quum vene caue orificium petit, ad posteri-  
 orem membranularum sedem impetu ruit, & se  
 versus orificij centrum comprimens, vt ille ma-  
 gis inuicem conuineant, autor est, sibiq; ipsi  
 hac illi aditus detur, obstat, vene tunc arteria-  
 lis orificium accedens, quod quidem in cordis  
 contractionibus patens sanguinem versus pul-  
 monem transmittit. at quo minus idem rursus  
 dilatato corde in dextrum sinu regurgitet, tres  
 membrane arterialis vene orificio prescēle ca-  
 uent. Ille etenim quia principium cum vene ar-  
 terialis origine ducunt, ac sursum tensae, in ve-  
 nae cavitatem cessant, atq; ad vene latera con-  
 cidunt, sanguinem in cordis contractionibus  
 promptē in venam fluere sinūt. at quum is rur-  
 sus ob cordis dilatationem ad ventriculum ra-  
 cui fuga retractus, aut etiam in pulmonis com-  
 pressionē versus vene arterialis caudicem pro-  
 trusus ad cor impetu vergit, per vene latera  
 descendens, inter vene corpus & posteriorem  
 membranularum sedem concidit, spatium quod  
 inter corpus vene ac membranas est, implet.  
 Vnde etiā necessario membranas deorsum pro-  
 trudens ipsis, vt ad orificij vene arterialis cen-  
 trum inuicem conuineant, orificiumq; claudat,  
 occasio est. adeo vt quanto vehementius cor sua  
 dilat



dilatatione sanguinem retrahit, ipseque pulmo inter expirandum comprimitur, tanto exactius membrane vene orificium obturantes, sanguinem in cor resfluere prohibent: verum non ita accurate id præstant, ut nihil prorsus sanguinis in primo retractionis impetu in cor rursus defluat. Nam obstaculum, ne quid penitus regurgitaret, effingere, fuit impossibile. Ceterum qui arterialis vene membranule nullum nisi à sanguine resfluente impetum sustineant, que autem vene caue orificio præficiuntur etiam secundum cordis motus fibrarum suarum quibus dextræ cordis ventriculi mucrone cõnascuntur interuentu, tensionem experiuntur, haud mirum est, has illis longe validiores à Natura procreatas esse, atque huic caue orificio auriculam propter vehementem cordis attractionem præfici, siue hanc fabrorum follium aërem attrahentiis modo cor molliatur, id enim cordi magis quam cuius alijs inest: siue lucernarum flammæ oleum attrahentis ritu, quippe hac virtute cor quum innati caloris fomes existat, haud destituitur: siue rursus ut magnes familiaritate qualitatis ferrum trahit: quid namque familiarius est cordi ipso aëre, ad infrigationem et caloris nativæ enutritionem? deinde etiã sanguine vtilius et benignius nihil, ad enutritionem ac spiritum vitalem restaurandum censetur. Sinister cordis venterculus, quod

quòd spiritũ vitale præcipue contineat, & conficiat, aëremq; amplectatur, dissectionis profectibus spirituosus aëreus ve nuncupatus est. Sic tanto crassioribus ex cordis substantia lateribus quàm dexter ventriculus, constituitur, quanto materia quam ipse inclusam feruit, tenuior, rariorq; & euaporatu promptior, velociorq; illa est, quam dextrum in se habere diximus. Eadem enim est laterum horum ventriculorum in crassitie ob contentam in ipsis materiam ratio, quam in vene arterieq; tunici esse aliquando commemorauimus. quanquã etiam fortassis humane machine architectus, sinistro cordis ventriculũ crassioribus lateribus etiam constituerit, vt ille laterum grauitate sanguinis in dextro ventriculo contenti copiam pensaret. Minus enim sanguinis in sinistro ventriculo asseruatur, estq; vt plerũq; tenuior & flauior, quanquam interim quandoq; è contrario crassior rigidiorq; appareat, calidior vero semper. Porro reliqua que ad huius ventriculi partium vsus enarrationẽ requiri possint, ex dextri ventriculi enarratione non importune petentur. Quemadmodum enim dexter ex causa sanguinem trahit, ita quoq; sinister aërem ex pulmone in arteriam venalem attractum, ad se dilatatato corde allicit, illoq; ad caloris innati refrigerationem & substantie ipsius enutritionem,

spiritumq; vitalem utitur, hunc aërem exco-  
 quēs & preparans, ut is vnā cū sanguine qui  
 ex dextro ventriculo in sinistrum per ventricu-  
 lorum septū copiosius resudauit, in magnā arte-  
 riā, totumq; adeo corpus delegari possit. Quod  
 autem eiusmodi alterationibus, cordis caro insti-  
 gni artificio à rerum conditore ad institiā tem-  
 perata proficiatur, quoad diuinā hominis fabri-  
 cam cognoscere possimus, fatemur. Ceterum si  
 que fuliginosa recrementa ex hac aëris in sini-  
 strum ventriculum dilatato corde contracti  
 emutatione, ipsoq; innato calore producantur,  
 ea rursus per arteriam venalem constricto cor-  
 de in pulmonem excerni arbitramur. Atq; ea  
 potissimum arterie venalis corporis est ratio.  
 nam cōtinuò indefesseq; aërē ex aspere arterie  
 ramis, ipsoq; adeo pulmone in se assumere debe-  
 bat, et rursus suis motibus cordis rhyllimis cor-  
 respondentibus, fuliginosus eiusmodi reliquias-  
 in aspere arterie ramos propellere: quod sanè  
 difficulter admodū fecisset, nisi corpus tenuius  
 rariusq; alijs arterijs nacta fuisset. Nam etsi hæc  
 eundē cū reliquis partibus corporis usum præ-  
 stēt, in quo hæc cordi accommoda censetur, non  
 tamen arterie pro ipsarum mole tantū aërem  
 qui illis non per occultos meatus, sed per paten-  
 tes in ipsis cavitates à corde vnā cum sangui-  
 ne offeruntur, assumere, rursusq; propellere, ac

T

arter

arteria venalis debebant, adeo sanè vt hec necessario tenui & venarum corpore confirmata sit. Quanquam natura interim adeo sue securitati atq; possibile fuit, prouidit: quippe longum ex sinistro ventriculo ad pulmonem ductum (qui ipsi nocuus fuisset) præcauens, statim in ipso ortu eam diuisit, atq; breuissimo prorsus ductu illam in pulmonem digessit, vt hec illico pulmonis substantia vndiq; suffulta, implicitaq; a ruptionis periculo securior euaderet. Deinde & ex ipsius corporis tenuitate, quam Natura nisi illa maxime indignisset, sicile vitasset, alius vsus accedit, pulmonis nutritioni accommodus. nam hec arteria, vt reliquæ totius corporis (preter asperam) omnes, sanguine tenui ac spirituofo oppleta, etiam pulmoni idoneum sup-  
 pediat sanguinem, id pulmoni suppleans, quod nimium seuera rigidaq; arterialis vena ob corporis sui crassitiem, & sanguinem quoq; minus quam arteriæ venalis sanguis, leuem acreumq; pulmoni denegabat. Porro sinistra cordis auricula venosæ arteriæ adnata, idem prorsus officium huic & sinistro cordis sinui præstat, quo venæ & dextro cordis ventriculo dextram auriculam vsui esse diximus. & sinistra auricula tanto minori cavitare donatur, quæ etiam arteriæ venalis orificium, eaus orificio angustius visitur. Deinde aër etiam ipso sanguine se  
 quac

gnacior est, ad eò ut & hac quoq; occasione si-  
 nistra auricula iure minor dextra creetur. Nā  
 quum aër ita pròptè attrahatur, nō tātum peri-  
 culum erat ex attractionis impetu (qui potissi-  
 mum vacui sūga aërē trahit) venosæ arteriæ  
 corpus, ita atq; causæ cōuelli. Quòd autē sinistra  
 auricula pro ipsius mole paulo carnosior ac per-  
 inde etiā crassior & pinguior, & ad motū mi-  
 nus sequax quàm dextra auricula cernatur,  
 argumētò quoq; est, ad quādā materièrū præpa-  
 rationē auriculas cordi famulari, et auriculas  
 ipsas proportionē quandā cū cordis sinibus for-  
 tiri. Porro ut auricularū par vsus est, ita etiā  
 sinistri ventriculi mēbranulæ vsu penitus cū  
 dextri ventriculi membranulis cōueniunt. Dūc  
 enim venalis arteriæ orificiò commissæ, ac in-  
 trorsum in cordis vètriculū deductæ, corde qui-  
 dem dilatato aërem ex venali arteria in ven-  
 triculū ferri admittunt, ipsarum fibræ propter  
 cordis mucronem versus basim in dilatatione  
 magis adductū laxatæ, ipsiq; membranulis ad  
 ventriculi latera concidētibus. Quū autem cor  
 constringitur, obstaculo sunt, ne aër rursus in  
 venalē arteriā ruat, irritusq; cordis labor effi-  
 ciatur. quanquā interim credamus has mēbra-  
 nulas quū dūc dūtaxat sint, suum orificiū cui  
 præscribitur, nō ita adamussim obturare, ut sul-  
 gnosus excrementis per venalē arteriā exitum

in cordis constrictione praepediant. Quinetiam magna arteria orificium occupantes membranae, us omnino functione respondent, quas in rene arterialis orificio haberi retulimus. Haesquidem in cordis contractione spiritum vitalem una cum sanguine, quem impetu ruere Plato dicebat, in magnam arteriam profuere sinunt. at corde rursus dilatato, spiritus; ac sanguine denuo ad ventriculum tracto, illius regurgitationem in ventriculum prohibent, sanguine nimirum eas versus magnae arteriae orificij centrum (vt in arteriali vena fieri nouimus) comprimente. Praesens itaque liber constructionem partium, quae Natura aerea substantiae reficiende fabrefecit, utcumque completus est, quae quum sui spiritus magnam portionem ad animalis spiritus in cerebro generationem mittunt, opportunè quum iam eo usque humani corporis harmoniam deduximus, sequenti libro cerebrum sensus ac motus arbitrij principium & rationis sedem, omniumq; viscerum in altissimo corporis locatum regem, aggrederemur. Priusquam tamen huic libro colophonem adijciam, operae precium fuerit hoc sectionis ratarum partium administrande sectionis rationem eo ordine complecti, qua proximè praecedente libro, cibi potioniq; ac generationis organorum sectionem docuimus.

Cordis, Pulmonum, reliquorum quæ respirationi seruientium organorum administrandi ratio.

CAP. XVI.

**A** Natomicam hanc administrationem in eo cadauere, quo superiori libro descripta organa aggressus es, persequi conuenit. ita enim presens illi administrationi, & ei quæ in septimo tradetur libro accommodabitur, ut in eodem corpore uniuersam humanarum partium fabricam in cadauerum penuria, alijs ostendere queas. Ut enim simul omnia in vno primum tua solius opera ad amissim discas, impossibile arbitror. Precedentis itaque libri continuata administratione, sustentaculum cervici subiecto, cuius opera exporrigatur, caputque in posteriora reclinatum pendeat. in quem usum quadrangularibus illis fictilibusque lapidibus uti consueui, eos secundum longitudinem tenuioribus suis lateribus mensurantes cernici supponens, ac caput deprimens. Deinde ut in secundo libro docui, faciem & uniuersam colli anteriorem sedem cute nudo, ac primum faciei musculos, qui frontis cutem & palpebras, deinde qui genas, labra, et narium alas mouent aggredior, non præteriens in altero latere venarum, arteriarum, & nervorum ramos. Quum itaque ad eum quem precipimus modum, faciei musculos demonstraueris, eos qui ossi uel imaginem referenti proprii sunt, ac qui a pectoris

osse in primam laryngis cartilaginem scuti as-  
 similatam feruntur, aggredieris. Deinde à pecto-  
 ris osse & claviculis musculū liberabis brachiū  
 pectori adducentem, insuper illum qui à clavi-  
 cula primæ costæ inseritur. Ad hos, musculum  
 quoq; scapulam pectori adducentem à costis se-  
 parabis, venis, uti iam diximus, cum arteriis  
 nervisq; observatis. aut musculos in vno latere  
 dūtaxat, in altero vero venis, arterias & ner-  
 vos expendes: quorum series si memoria excide-  
 rit, à tertio libro & quarto venit petēda, præ-  
 sens enim locus in immensum excresceret si il-  
 lam hīc quoq; ordine recenserem. Post hos à pe-  
 ctoris osse & claviculis rescabuntur, qui hinc  
 ad mamillares capitis processus ascendunt, hæc  
 in omnibus observata ratione, ut singuli sunt  
 quibus inseruntur ossibus integri adhuc appen-  
 si feruntur, postmodumq; in ostendendo reli-  
 quorum sui articuli musculorū numero accom-  
 modari possunt. Quo nam autem artificio singu-  
 li sint sciendū, quidq; in cuiusq; sectione pri-  
 matim veniat observandum, in secundo libro  
 suis locis abunde sum persecutus. In præsentia à  
 pectoris osse claviculis acutiori cultello liberare  
 cōtendes, robusta quibus ille pectoris ossi colligē-  
 tur ligamēta dividēs, ac interim accuratissime  
 canes, ne cultello altius iniecto, quæ huic artici-  
 lo subsunt vasa vulneres. Atq; hic cartilaginis  
 exant



examinandis, quæ claviculam pectorisq; ossis si-  
 num, præter alias articulorum cartilagineas in-  
 tercedit, & aliquò reponenda est, ut illa postmo-  
 dum in sceleti connexu ( si visum fuerit ) uti  
 queas. Liberatas autem claviculas nitèris vi à  
 pectoris osse attollere, ac ab illo primaq; costa in  
 exteriora reflectere. ita enim primæ thoracis  
 costæ cartilago, quæ costæ ossi continuatur, in  
 conspectu veniet: quæ cultro non admodum crasso  
 ab osse est liberanda, hic quoq; mente adhibita,  
 ne culter profundius mergens, quicquam in in-  
 gulo vitiet. Vbi primæ costæ dissectueris cartila-  
 ginem, deinceps ordine reliquas omnes à costis  
 cultro, aut si voles nouacula dirimes, continuatq;  
 lineæ intercostales musculos ad thoracis usque  
 capacitatem divides. Liberatum nunc cum car-  
 tilaginibus à costarum ossibus pectoris os, non-  
 nihil eleuatum modo in dextrum, modo in si-  
 nistrum latus reflectendum est, & thoracem  
 interserpentes membrane quæ pectoris ossi pro-  
 xime sunt, veniunt viâ cum cordis situ inspi-  
 ciende. Deinceps transuersa sectione septum trans-  
 uersum à pectoris osse ipsiq; adhuc commissis  
 cartilaginibus adimi debet, & pectoris os sua  
 mucronata cartilagine sursum attolli, sensimq;  
 ab illo thoracem interserpentes membrane di-  
 uelli, quod quum feceris, versus cadaveris caput  
 pectoris os reflectes, moxq; iuxta glandium, ve-

nam & arteriam vtrinq; sub ipso prorepentes  
 retusiori cultello inter membranulas inquirens.  
 quas quum singulas vinculis interceperis, os  
 pectoris cum ipsius simul vasis à thoraçe auferes,  
 tunica costas succingentis speciem & intercostalium  
 musculorum, qui inter cartilagineas habentur, naturam  
 perpendes. Aut musculis illis non aliter examinatis,  
 os pectoris aliquantisper repones, dum thoraçem mouentes  
 musculos simul omnes post cordis administrationem  
 ostendere visum erit. Quò autem ea quae in thoraçe  
 aggredienda supersunt commodius demonstrarentur,  
 consueui primùm hamulo hinc inde costas succingentem  
 membranam relere, & manibus si alicubi pulmo illi  
 fibris cohereret, ab ipsa dirimere. Insuper pertuso  
 costarum quoque intervallo cui pulmo adnexus est,  
 demonstrare soleo, quo nam pacto hominis thoraçis  
 subinde pertundatur, non abolita interim respiratione,  
 neque pulmonis motu quiescente. Mox diuisis  
 intercostalibus musculis, costas ad mediam serè  
 ipsarum longitudinem frangere solitus sum:  
 quod paruo sit negotio, si singula seorsum manu  
 fortiter apprehensa, si enertantur, inflectantur  
 ve. Verum posteaquam facilem illam parandi  
 scalet rationem adinueni, ut ossa cadaueris  
 illi compingendo subseruiant, costas integras  
 reseruari malim, & manibus simul

simul omnes costas quantum licet extrorsum  
 retorquere, & dein aliquousq; diuisis interco-  
 stalibus musculis, inuicem costas sensim diri-  
 mere. ita enim satis patens thoracis amplitudo  
 efficitur, potissimum si secundum dorsi longitu-  
 dinem, ac ad thoracis ferè medium, lapidem,  
 aut globum aliquem subieceris, cuius vi dorsi  
 gibbus extra thoracis amplitudinem promi-  
 nens, intrò in thoracis amplitudinem ducatur,  
 grandiusq; inter dextri sinistriq; lateris costas  
 fiat interstitium. Hoc itaq; modo costas didu-  
 ctis, aut illo modo disruptis, pari semper ratione  
 thoracis organa sunt aggredienda. ac primum  
 à glandio ad septi transversa nerueam sedem,  
 dextrum ipsius neruum à dextra thoracem in-  
 tersepiente membrana cultello liberabis: deinde  
 si voles, sinistrum quoq; quem vbi simul cum  
 vena à iugulo pronata exporrigi videris, illum  
 iuxta septum rumpes, versus ceruicem, vt post-  
 ea ipsius videas originem, illum reijciens. Mox  
 membranas intersepientes cultello secundum  
 thoracis longitudinem inuicem seiungens, atq;  
 à cordis inuolucro liberatas, ipsarumq; ad se-  
 ptum transversum connexu, & venarum ar-  
 teriarumq; in ipsis serie perpensis, illas è thora-  
 ce auferes. Id duntaxat præcauens, ne vas ali-  
 quod insignius ledatur. rami enim membranas  
 interreptantes, & cordis inuolucro intertexti,

etiam si diuidantur, vix notatu dignum ali-  
quod sanguinis profluum concitant. iam tem-  
pestiuum est solis manibus cor cum suo inuolu-  
cro hinc inde mouere, quisq; ipsius situs formaq;  
inuolucris sint examinare: quanquam & ad id  
summopere conducit inspectio, quam modice  
elevatoro pectoris ossis, cordeq; adhuc immoto me-  
branarum interspicientium causa fieri volui.  
Pulmonis quoq; lobi manibus iam sunt contre-  
ctandi, vt & ipsorum numerus, situs, formaq;  
indagentur. ac tandem cognoscas, nullam pul-  
monis partem vene caue qua inter septu trans-  
uersum & cor consistit, in hominibus subster-  
ni: imò veuam simul citraq; interuallum, &  
septum & cordis inuolucrum penetrare: & qua  
vena hac ducitur inuolucrum magna ampli-  
tudine hominum septo priuatim commisci. Atq;  
hæc, quæ Galeni placitis penitus remittuntur, &  
verè paradoxa ex hominis haud mendaci li-  
bro deprompta sunt, neutiquam prætermittere  
conuenit, quin rabulas illos susurroneq; appel-  
les, qui quum à sectione absunt, apud alios tam  
acriter se Galeni decreta tueri arbitrantur: inter  
secandum verò & presenti corpore profusus, ac  
si quis linguam illis præscidisset, silent. Ceterum  
dum pulmonem obiter contemplatus fueris, in-  
uolucrum cordis longa sectione diuidetur, ac  
liquor ipsi innatans spongia extergebitur, ac  
dem

demum à cordis vasis inuolucrum refecabitur, adhibito studio ne sinistri recurrentis neruis principium vitietur. Vt verò caue vene per septum transuersum transitum, ac ipsius per thoracem ductum examines, sectionem septo ad vene vsq; caudicem induces, præcauens ne duorum caue vene propaginum in illud excurrentium radices simul vulneres: dein sursum paulatim conscendens, quæ caua dextre cordis auricule committatur, citra ullam sectionem obseruabis. Sic quoque supra cordis basim, à caue dextro latere venam sine coniuge enasci inuenies: cuius ramos ductumq; melius disces, si primum dextram pulmonis partem versus sinistrum latus eleuaueris, & postmodum sinistram in dextrum latus reuolueris. hæc namq; citra sectionem sunt obuia: quanquam exempto corde et pulmonibus, illa adhuc licebit exactius intueri. Neq; sanè hæc obiter sunt spectanda, at grauiter nature artificium in vene coniuge cauentis ductu, principioq; indagandum est, diligenterq; obseruandum, num vt in agnis et porcis aliquando occurrit vena quæpiam, in sinistrum latus porrigatur, iuxta caue ad cor conexum pronata. Porro caue in iugulo distributio, retusiori cultello, quo incumbens illi glandium admetur inquirenda est. neq; sanè alio tibi vtdum est artificio, quam vt nostras ad manum habeas

habeas venarum delineationes, mentemq; sum-  
 ma cura accommodes, ne venam aliquam per-  
 tundas. Vbi verò caue seriè adiuueneris, vnaq;  
 iugularis & humeraria, prius tamen quan-  
 tum poteris sanguinis in illis compresso, & de-  
 inde caua vena, vbi sine pari promit venam,  
 vinculis intercipientur, ac quicquid venarum  
 inter vincula consistet, è corpore adimetur, &  
 deinceps abluto sanguine ilico ad arteria ma-  
 gnæ propagines nervosq; recurrètes adiuuèn-  
 dos sectio conuertetur. Corde itaq; in manu as-  
 sumpto, venæ arterialis, & arteriæ venalis,  
 ipsiusq; magnæ arteriæ radices, quæ cordis basi  
 proximæ sunt, intueris: quod factu est facillimè,  
 si cum ipsarum coloribus, tum situi mentem ad-  
 hibueris. dextræ enim auriculæ vicina est arte-  
 riæ venalis, & albicans, ac quodammodo in fini-  
 stra proficiscès visitur, ac inter cordis vasa ela-  
 tior est. Arteria autem venalis venæ modo ni-  
 gricat, & cæteris vasis demissior, propter sini-  
 stram auriculam latitat, neq; adeo longè ipsius  
 progressus se offert. Magna autè arteria in cor-  
 dis basi medio sub arteriali venæ quodammo-  
 do occultata conspicitur. Hanc vbi primum in-  
 tuitus fueris, nostræ nervorum recurrentium  
 cū arterijs effigie sectioni adhibita, omnes ma-  
 gnæ arteriæ ramos inquirito, quorum superiores  
 ac iugulo proximi citra aliud opus iam erunt  
 consp

conspicui, nisi fortassis glandij aliquot reliquie  
 adhuc supersint. Truncus autem qui ad dorsum  
 retorquetur, non nisi sinistra pulmonis parte  
 in dextrum latus eleuata intuebitur. Ceterum  
 vt recurrentes videas nervos, postquam com-  
 munes laryngis musculos, qui à pectoris ossis ela-  
 tiori sede procedentes, infimæ scutum imitantis  
 cartilaginis sedi implantantur, administraueris  
 (si modo illos priusquam pectoris os adimeres,  
 cum ossis v referentis musculis, non reseueris)  
 sexti paris neruum in latere primum dextro  
 secundum soporarie arteriæ longitudinē ab illa  
 cultello sensim liberabis, ipsius ramulum qui co-  
 starum radicibus exporrigitur, quum iuxta  
 thoracem accesseris, & quos hic musculus ex pe-  
 ctoris ossis summo enatis surculos deriuabat,  
 perpedens. Simulatq; verò neruum ad arteriam  
 dextræ axillæ porrigendā deduxeris, tres quos  
 ad illam reflectit surculos (nisi duo aut vnus  
 tantum sit) quàm poteris studiose vicinis mem-  
 branulis acutiori cultello liberabis: ne fortè re-  
 tusiori, membranulas inter scindendum trahens  
 surculos violes. quâquam denuo acutus fortas-  
 sis surculos simul cum membranis incautè rese-  
 cabit. Inuentis surculorum principijs neruum  
 asperæ arteriæ lateri exporrectum à sua cui ne-  
 clitur mēbrana, ipsaq; aspera arteria liberabis,  
 longa sectione inter neruum & asperam arte-  
 riam

riam acuto quoq; cultello facta. Liberatum hoc pacto neruum summis sinistrae manus digitis apprehensum modicè ab aspera arteria attolles: sexti vero paris truncum quà soporariae arteriae exporrigitur, dextra manu eleuabis, ac deinde mutuo nunc sursum nunc deorsum ductis manibus, nerui recurrentis reflexum naturamq; perquires. Ad eundem sanè modum sinistrum, sexti paris truncum à soporaria sinistra lateris dirimere conuenit, & ipsius surculos quos musculis à pectoris ossis elatiori sede enatis, & costarum radicibus exporrigit indagare, & postmodum obseruatis quas pulmonis tunica deriuat propagimibus, & eo surculo quem secundum uenae arterialis trunci sinistrum latus cordis basi offert etiam accuratè perquisito, ad magnae usq; arteriae truncum, qui ad dorsum reflectitur, sexti paris huius lateris neruus est deducendus, & acuto similiter cultello soboles recurrentem neruum hic efformantes sunt adinueniende. Hos ubi uideris, obtustorem stylam sub eo arteriae tronco versus sinistrum asperae arteriae latus protrudes, & leuato nonnihil stylo, truncum arteriae à dorso cui firmissimè committitur, modicè dirimes. Deinde ab aspera arteria, neruum ad arteriae magnae usque truncum liberabis, & utraq; manu ipsius reflexum, ut in dextro latere, ostendes. Reliqua uero

sexti



sexti paris neruorum ad stomachum series, non  
 nisi exempto pulmone conspicietur. nunc autem  
 si visum fuerit, foramine inter aspera arterie  
 cartilagine facto, illiq; fistula quapiam indi-  
 ta, & aspera arteria super foramen compressa,  
 pulmonem inflari curabis: inflatus siquidem  
 suam formam manifestius commoustrat, corq;  
 ex toto amplexatur. Demisso dein pulmone, cor-  
 di à dextre auricule radice ad ipsius vsq; mu-  
 cronem, nouacula sectionē induces, in dextrum  
 ipsius ventriculum vsq; penetrantem. Mox ven-  
 triculo digitis distento, spongia sanguinem se-  
 mel atq; iterum elues. Vena enim caua & ar-  
 terialis vena, vt sanguis in ventriculum fluat,  
 vsq; postmodum spongia exurgatur, comprimē-  
 de sunt. Exterso sanguine dextri ventriculi  
 amplitudo est indaganda: deinde stylo tres men-  
 brane ori vene caue presecte obiter veniunt  
 spectande. Vt verò prorsus in conspectum ve-  
 niant, cultello ex dextro sinu in cauam venam  
 intruso, sectionem à ventriculo per auris cor-  
 pus in venam vsq; duces: qua distenta, mem-  
 brane omnino videbuntur, & auris cavitatis, na-  
 turāq; si ipsam inuenteris, facile hac administra-  
 tione cognoscentur. Deinde quum vene caue in-  
 tueris orificium, coronalis vene origo etiā ap-  
 parebit: cui si stylum ex molli plumbo indideris,  
 quamnam pacto cordis basim cingat, ramosq; in  
 ipsius

ipsius corporis superficiem deriuet, obseruabit.  
 Hic velim quoque ex vene caue amplitudine  
 stylum in venam coniuge destitutam indere,  
 ipsius à caua originem, ridiculamq; nostrorum  
 Aesculapiorum rationem consideraturus, qui in  
 octo vtriusq; lateris inferiorum costarum in-  
 flammatione, Hippocratem non mittendum esse  
 sanguinem asseruisse affirmât, quod cor ex ve-  
 na sine pari sanguinem adeo rapiat, vt nihil  
 sanguinis missione ex vena hac educi possit.  
 Quasi verò nunc tibi secanti non longè esset cla-  
 rissimum, cor in sanguinis missione, inflamma-  
 tis octo inferioribus costarum internallis nihil  
 obstare, ac proinde sanguinem tunc quoq; mit-  
 tendum: & Hippocratem non adeo fuisse stu-  
 pidum, vt octo humiliores costas sub septo trās-  
 uerso esse arbitratus fuerit, & inflamma-  
 tionem huius sedis ad clauiculam vsq; etiam ten-  
 sionem producere ignorauerit. Verum hic sermo  
 ne præter institutum ad meum de vena in late-  
 rali morbo secunda placitum longius expatie-  
 tur, refrenandus venit: quanquam mehercule  
 nunquam magis hac de re sententiam quam  
 presentibus venis indagandâ arbitrer, non au-  
 tem citra venarum cognitionem solis autorum  
 distortis suffragijs eruendam. Porro simul atq;  
 coniuge carenti vene stylum immiseris, oblon-  
 gus crassusq; baculus caue vene est imponen-  
 dus.

dur: quem quum absque negotio rectâ per ca-  
 nam ad imum vsq; ventrem protruseris, quàm  
 bellè Galenus & ceteri dissectionis professores  
 huc vsq; hallucinati sint, disces, qui caua iec-  
 oris gibbo vno caudice enatâ similiter ac ma-  
 gnâ arteriâ in duos truncos, quorum hic infe-  
 riora, ille verò superiora petit, diuidi cœsuerūt.  
 Verum hæc quum iecur aggredieris, visurus es  
 explicatius. quanquam nihil prohibet, modo  
 septum, transuersum è corpore quantum pote-  
 ris rescare, iecurq; in sinistrum latus adeò re-  
 flectere, vt posterior ipsius sedes in conspectum  
 veniat: ac vbi baculum à venæ caue sede quâ  
 cor spectat ad eam vsq; regionem qua reuibus  
 venæ offeruntur, detrusum aliquandiu in ve-  
 nas seruaueris, animaduertesq; iecoris substan-  
 tiam toti caue posteriori sede non obduci, cultel-  
 lo secūdum baculi longitudinem ducto cauam  
 diuides, ac venarum à caua iecori exporrecta-  
 rum ora inuestigabis. Dein ijs qui nimium  
 pertinaciter in Galeni Anatomes professorum  
 primarij verba iurauerunt appellatis, singula  
 ipsius argumenta de venarū ortu resumes, atq;  
 studiosos ne ex commentarijs nauigare discant,  
 hortaberis, vnicam veritatem, non verò auto-  
 ritatem, illosq; in cathedra gestus cōmendans.  
 Porro sectione rursus ad cor cōuersa, digito aut  
 stylo in elatiori dextri sinus sede arterialis ve-  
 næ orific

ne orificium inquires, & illi intruso cultello,  
 ex dextro ventriculo aliquousq; in arterialem  
 venam sectionem duces. Qua facta, sanguinesq;  
 si quis erit, eluto, visui sese arterialis vene orifi-  
 cium simul cum suis membranis offert: quas, ut  
 exactius contempleris, stylo attolles, eodemq; ar-  
 terialis vene ductū in pulmones examinabis.  
 Tunice etiam ipsius ex quibus arterie inſtar  
 conformatur, facile videntur, modo quis ducte  
 iam sectionis lateribus labris ve animum ad-  
 hibuerit. Sinistrum cordis sinum similiter lon-  
 ga sectione à sinistræ auris radice ad cordis vs-  
 que mucronem facta aperies, & sanguine per-  
 inde ac in dextro exterges. In hoc ipsius pri-  
 mū intubere amplitudinē, deinde cordis sub-  
 stantie in hac sede crassitiē, postmodū stylo duas  
 arterie venalis orificio præpositas membranas  
 facile adiuuenies, ac qui inuicem in cordis con-  
 strictione conuincant, obseruabis. Ut verò ex-  
 actius se offerāt, cultello venalis arterie ori in-  
 misso, sectionē in ipsius vsq; cavitatē molieris,  
 ac ad aperto distentoq; ore membranas deuotū  
 contēplabere, plumbeo stylo venalis arterie in  
 pulmones primas distributiones inquirens. Na-  
 gnæ autem arterie orificium, & membranas  
 ipsi præfecte inuenientur, si post alteram arte-  
 riæ venæ membranā, quæ cordis sinum se-  
 cto vicinior est, digitum in elatissimam sinistri  
 sinus

sinus regionem protruseris. is nanque magnam  
 subibit arteriam, & dein cultello secundum  
 digitum in arterie orificiū intruso, ex cordis si-  
 mi sectionem in arterie amplitudinem duces.  
 Quando enim hanc tentaueris, & arterie ma-  
 gne membranas in ipsarū sede, quā vasis cor-  
 pori incumbunt, inspexeris: coronaliū arteria-  
 rum ortus tibi occurret: adeo ut nunc nihil in  
 corde spectandum tibi sit reliqui, nisi forte illo  
 varie dissecto, ipsius substantiā & arterie ma-  
 gne arterialisq; venae dissectis radicibus, os in-  
 quirere statueris, quod cordi priuatim ab Ana-  
 tomes professoribus asseribitur. Si igitur nullū  
 os præter cartilagineis dictorū modo vasorum  
 radices adinueneris, illis à reliqua cordis sub-  
 stantia resecabis, ut simul cū cartilaginibus cla-  
 uicularum articulationibus peculiare ad ossiū  
 compositionem reservari recondiq; valeat. Cor-  
 de in hunc modū abiecto, asperā arteriam (ser-  
 uata interim larynge) examinabis, primum  
 quidem ipsius cartilagineas & membranas, qui-  
 bus ille inuicem colligantur: & dein ipsius pri-  
 mam in pulmones seriem, quā inuenta, aliquā  
 pulmonum fibrā integrè à reliquis pulmonibus  
 abscabis, ac in vene arterialis ramū, & arte-  
 rie venalis & asperae ramos stylum intrudes,  
 & diuisa pulmonis membrana horum ramo-  
 rum propagines, distributioneq; naturam

inuestigabis. ad quod mirificè conduxerit m-  
 decemq; rupta lobi illius membrana, ipsum in-  
 ter duos asseres adeò comprimere, vt pulmonà  
 substantia à suis quibus obna scitur vâsi abste-  
 dat. Licebit modo aspera arteria ab ipsius ca-  
 pite diuisa, eaq; deorsum à stomacho tracta, pul-  
 mones omnino è thorace auferre, & stomachi  
 progressum adinuenire, qui citra aliâ sectionem  
 pulmone reiecto, vnâ cù nervis sexti paris illi  
 amplexatibus, conspectui sese offeret. Tamen vt  
 nervorum in ventriculi orificiû seriè intuear-  
 ris, septum transversum à stomacho liberandû  
 est, ipsaq; insertio, si ventriculus adhuc in cor-  
 pore asseruatus sit, indaganda. Insuper forami-  
 ne alicubi in stomacho quâ collum perrepat sa-  
 èto, fistulâq; illi indita, ventriculum quàm  
 poterit maximè inflari curabis, & demû sto-  
 macho iuxta laryngis radicè diuiso, illum cum  
 ventriculo, aut solum, si prius ventriculum  
 ademeris, è corpore trahes. glandulis illis qui in  
 medio ipsius ferè ductu plurimum consistunt,  
 similiter examinatis. Tam quoque tempestivum  
 esset (nisi id prius præstitisses) iecur à septo trisq;  
 uerso secernere, ac tandem ex corpore auferre,  
 quod vbi feceris, ipsiusq; formâ diligenter con-  
 templatus fueris, cultello venæ caue iam flac-  
 cide indito, hanc longa sectione aperies, vt ex-  
 acte pateat ipsius per iecoris substantiâ transi-  
 tut

tus, deinde ramorum à caua in iecur ingressus.  
 Vbi itaq; duo precipua illorum videris orificia,  
 alteri stylum quàm poteris penitissime indes,  
 & ablato vene portæ quo iam antea eam in-  
 tercepisti vinculo, illius quoq; ramo secundum  
 vene caue styli ductum in iecur procedenti al-  
 terum stylum immittes, & postmodum obtuso  
 cultro iecoris substantiam ab illis ramis, qui  
 stylos continent, niteris abradere, vt venarum  
 per iecoris corpus seriem, ipsiusq; substantiam  
 discas, ac demum inter duos qui stylis disten-  
 dentur ramos bilis vesiculae meatulos obserues,  
 & bilis vesiculam à iecoris corpore erasam in-  
 uertas, solamq; sedulo contempleris. Postremo  
 vene ab umbilico in iecur deducte ingressum,  
 insertionemq; expendes, mente thoracis verte-  
 brarum corporibus adhibita, vt cultello gran-  
 dem arteriam secundum longitudinem aperias,  
 ramorum quos utriusq; in costas spargit visu-  
 rus orificia. Deinde ramis illis dissectis, arteriam  
 ex corpore adimito, & vene coniuge carentis  
 propagines expendito, vt & hanc quoq; à ver-  
 tebrarum corporibus liberes. Modò tibi in pro-  
 patulo est sexti paris neruorum cerebri ramus,  
 qui radicibus costarum exporrectus sub tuni-  
 ca costas succingente ad organa à peritoneo  
 circumplexa contendit. Vt verò neruulos cer-  
 nat, quibus ramus ille adaugetur, à thoracis

vertebris tunicam costis succingentē detrahet,  
 ut costis pariter hac nudatis, quæ modo recen-  
 suimus conspiciantur. Ceterum ubi à costis  
 tunicam thoracis cavitatē succingentē ita di-  
 uulseris, cultelli mucrone ad costæ os proximè  
 adacto tunicā observabis, quæ priuatim singu-  
 lis costis obuoluitur. eā dico, quam secunda co-  
 stis succingentem tunicā nonnulli dissectioni  
 periti nuncuparunt. Absolutis adhuc modum  
 omnibus quæ peritoneo & tunica costas suc-  
 cingente inuoluntur, si visum fuerit, quàm po-  
 teris aptissimè costas in suas sedes reponere co-  
 naberis, & osse pectoris quoq; cum cartilagini-  
 bus ipsi coarctatis assumpto, & claviculis etiā  
 in suam sedem repositis, quàm licebit studiosissi-  
 mè musculos eos quos iam antea ab insertione  
 pendere sinebas, suis locis situabis, primum dico  
 thoracem mouentium, primum brachij motuū  
 opificem, scapule motorum primum, eum qui à  
 pectoris osse & clavicula in mamillarem capi-  
 tis processum fertur. Quod ubi præsteris, ea  
 prorsus serie quàm in secundo libro docuimus,  
 omnes brachium & scapulam mouentes mu-  
 sculos ex altero latere aggredieris; mox omnes  
 qui thoracis motibus præsent, & qui capiti  
 ac dein dorsi motibus famulantur, postremo  
 temporalem & masseterem. cubiti enim &  
 brachialis, digitorumq; motibus subministra-



tes musculos licebit post cerebri anatomen dissecare. Neque est quod hic prolixè commemoratos musculos seriatim ac sigillatim recenseam, quum id ita diffuse in secundo libro factum esse minimè ignores. Caterum in altero cadaueris latere vasorum neruorumq; seriem licebit sedulo exquirere, quum id factu sit facilimum, si illorum descriptio te non lateat, in musculorumq; sectione probè versatus sis, quàm & ego manus vasorum neruorumq; administrationem, ut puta paulò difficiliorem, etiam postea persequar. In presenti autem os adendum est: & quandoquidem iam faciei omnia extrinsecus persecutus es, ut id aperias necessum est. quod nulla ratione facturum es melius, quàm robusto cultro infime maxilla inferioris sedi sensim apposito, & postmodum huius, malleiq; opera maxilla inferioris osse diuiso. Verùm ad eum modum ossi quæ sceletopreparando alioquin apta essent, propter fractam inferiorem maxillam vitias. & si illa maxilla illam in altero latere in suo ad temporis os articulo dissoluerè conatus fueris, atq; ita illa in alterum latus reflexa, quæ in ore sunt administrare proposueris, sectionis claritati ut conq; oberis. Quapropter diuiso, ad eum quem dixi modum, osse, primùm fortioris cultri dorso diuisiõni imposito, illoq; postmodum obli-

quato, ossa inuicem modicè dirimes: ac deinde  
 utroq; singulis manibus apprehenso, extrorsum  
 deorsumq; vi torquebis, usq; aperies. Deinde è  
 narium foraminibus obliquatum instar stybo  
 nis stylum in oris vsq; amplitudinem protra  
 des, gargareonis naturam examinans. Mox cul  
 tello a gargareonis radice ad incisorios vsque  
 dentes in oris tunica sectionem duces, eam en  
 tis alicuius modo nonnihil ab incumbentibus  
 organis liberans. In hoc opere tertium nervorū  
 cerebri par sese offeret, quā lingue & inferiori  
 maxille deriuatur. deim septimum cerebri ner  
 uorum par sexto commissum, vnā cum sopora  
 li arteria, interioriq; iugulari vena. & si ali  
 quantulum ascenderis, quartum quoq; nervorū  
 cerebri par, & ramos quosdam tertij paris &  
 quinti paris temporali exporrectos musculo vi  
 debis, si modo vnum organū ab alio sensum se  
 parare nō piguerit. Ad hec lingue musculi, vs  
 in secundo docuimus libro, adiuuentur, in  
 quorum administratione nervorum in lingua  
 excurrentium propagines, ac vene simul &  
 arterie sese offerent. Musculi etiā inferioris ma  
 xille reconditi, hic paruo negotio occurrunt, ut  
 videlicet qui in ore delitescens cum temporali  
 & massetere maxillam sursum ducit, & si  
 qui à processu stylum referenti enatus, ad simu  
 lum mentum inferiori maxille implantatur.

Præterea

Præterea tonsillæ, aliæq; glandes vasorum distributionibus in faucibus præfectæ, tibi hanc administrationem molienti pulchrè occurrent. Laryngis autem muscoli ita prorsus atq; in secundo monuimus libro, sunt aggrediendi, ipsorumq; nervi dum dissecantur, non persunctoriè veniunt animaduertendi. Ablato itaque nunc unà cum lingua osse v imaginem referente, laryngæq; ac stomachi initio, inferiorem maxillam à superiori prorsus liberabis, non neglectis interim peculiaribus hic repositis cartilaginibus, quas perinde ac cartilagine claviculæræ cum pectoris osse articulos intercedentes, ad sceleri constructionem asseruare nihil prohibet. Atque ita etiam pari ratione os v imaginem referens, & laryngis nasiq; alarum cartilagine ad eundem usum aliquò repones. Nunc palati tunicam, & eam quæ nares succingit, ab osse sedulo in hoc abrades, vt mutuuum earum tunicarum discas nexum. Si verò quum caput dorsumq; mouentes musculos aggrediebaris, primum dorsum agentium par ex sententia non spectaueris, id modo ablatis his quæ fauces occupabant factu est facillimum, adeò vt & capitis dorsiq; motibus præfectos musculos tanisper integros asseruare nihil prohibeat, quousque inferiorem maxillam, eaq; quæ faucibus continentur, sectionis seriè ademeris. Quam

quam hec omnia ex secundo libro cuius omnia  
 esse debeant, quemadmodum quoque ex primi  
 libri calce discitur, qui costæ à vertebra ad  
 sceleti preparationem sint auferende, pecto-  
 risq; os & cartilagine ipsi commissæ, serua-  
 de. Ad eò vt nihil prapediat, in proposito cada-  
 uere à prima vertebra caluariam caput vt  
 ipsum liberare, in illoq; que sequens liber ena-  
 rabit condiscere. ad cuius finem omnia  
 que in nobis proposito cadauere  
 adhuc videnda sunt reli-  
 qua, commemo-  
 rabo.

LIBRI SEXTI FINIS





# ANDREAE VE-

## SALII BRUXELLEN-

*sis, de Humani corporis fabrica,*

LIBER VII.

Cerebrū gratia principis animæ, quem  
admodum sensus quoque ac motus  
ex nostro arbitratu pendentis, extru-  
ctum esse.

CAP. I.



INSTRUMENTA nutri-  
tioni famulantia duobus  
proximè præcedētibz libris  
ut cūq; aggressus sum. Prior  
nāq; cibi potioniq; organa  
(in quorum præcipuo visce

re concupiscibilem animam residere diximus)  
& dein propter loci vicinitatē, partiumq; con-  
nexum membra generationi dedicata enarra-  
uit. Posterior autem eas partes recensuit, qui-  
bus ærea substantiæ reficiendæ, ac innati calo-  
ris augendi recreandiq; munus conceditur: in  
quorum primario viscere vim irascibilis ani-  
mæ insitam esse innuimus, inibi Stoicorum &  
Peripateticorum suffragijs haud ad eò acquie-  
scere

scentes, ut & anime principatum in corde col-  
locari testemur, nervosq; ab illo originem du-  
cere donaremus. Quapropter quum sensus mo-  
tusq; arbitrarij, & principis anime (cuius be-  
neficio imaginamur, ratiocinamur, memora-  
mus) fomes adhuc commemorada supersit, pre-  
sens liber illi opportunè cōsecrabitur, cerebrum  
ipsiusq; partes vniuersas vnà cum sensuum or-  
ganis pertractaturus. Quemadmodum itaque  
cordis substantiæ, vitalis anime vis, ac propria  
iecoris carni, naturalis anime facultas induit-  
tur, insuper vt iecur crassiores sanguinem, ac  
qui perquam caliginosus est, naturalem spiritum,  
& cor item rursus sanguinem impetu per  
corpus ruentem vnà cum vitali spiritu confici-  
unt, & perinde atq; hec viscera per dedica-  
tos sibi canales omnibus corporis partibus suas  
materias deriuant, ita quoq; cerebrum aptam  
ipsius muneri obtinens materiam, in proprijs se-  
dibus, ac illius functioni appositè subministran-  
tibus instrumentis, animale spiritum longè  
clarissimum tenuissimumq; parat, quo ad diui-  
nas principis anime operationes partim reti-  
tur, partim autem ad sensuum motusq; instru-  
menta per nervos tanquam per funiculos con-  
tinuò distribuit, ea nunquam spiritus, qui pre-  
cipuus eorum instrumentorum functionis autot  
censetur, desituens, non minus sanè quàm ie-

tur & cor nullas corporis partes suis quas illis  
 impertiunt materijs (tantisper dum valet ho-  
 mo) indigas relinquunt, etiam si non semper  
 cum qualitate tum copia easdem diffundant.  
 Nervi igitur (quorum originem à cerebro pen-  
 dere in quarto libro indicauimus) id cerebro  
 præstant, quòd magna arteria cordi, & caua  
 iccori, vt qui paratum à cerebro spiritum illis  
 quibus hunc mandari oportuit instrumentis de-  
 ducant, diligentesq; cerebri satellites & nun-  
 cij censeantur. Ceterum animali spiritui mate-  
 riam suppetit vitalis spiritus, in arterijs nume-  
 rosa serie ambas cerebri membranas acceden-  
 tibus abundans, & dein aer quem versus cere-  
 brum tum per foramina priuatim olfactus  
 organi occasione in octauo caluarie osse excul-  
 pta, tum comprimis per ea caluarie foramina  
 que palatum spectant, inter spirandum attra-  
 hiti multo ante diximus. Ac aer quidè, qui dum  
 inspiramus per angustissimos flexuososq; &  
 tortuosos ductus inter duram cerebri membra-  
 nam ac tenuem attrahitur, atq; ob difficilem  
 transitu extenuatur, cerebroq; aptissimus red-  
 ditur, vnde cumq; vbi aditum reperit, in cerebri  
 dextrum & sinistrum, & horum medium ven-  
 triculus sese insinuat. Vitalis autem spiritus &  
 si copiosissimus in omnibus tenuis duræq; mem-  
 branae vasis ductibus ve habeatur, attamen in  
 dext

In lib. de  
Venarū &  
Arteriarū  
Sectione.

dextrum & sinistrum cerebri ventriculos pla-  
rimus à præcipuis arteriarum ramis sentur,  
quas superius obliquo longoq; ductu cõtra Ga-  
leni placitum caluariã perforare, atq; ad glan-  
dis cerebri pituitam excipientis latera porrigi  
retulimus. Ab his namq; arterijs, quas reticula  
rem plexum Galenus efformare docuit, non mi-  
nime soboles tenuis membrane processibus sus-  
sultæ, per humillimas dextri sinistrq; ventricu-  
li sedes ingrediuntur, tandem secundum totum  
ventriculorum progressum in illorum amplitu-  
dinem incedentes. Verum præter has arterias,  
& quarto quem ego ita nuncupavi dura mem-  
brane sinu vas quoddam sub eo corpore quod  
testudinis cameræ ve instar arcus extructa  
imaginem refert, ac nobis cameratum appella-  
tur, in anteriora cerebri per communem dextri  
sinistrq; ventriculi cavitatem, seu potius ter-  
tium cerebri ventriculum contendit. Hoc va-  
s tandem in duos ramos bipartitum, vno ad dex-  
trum, altero ad sinistrum ventriculum dis-  
funditur, & eius loci arterijs commixtum, re-  
te efformat, quod ab extimi fœtus involucri  
immagine nomen inuenit. Ab aere itaq; in cere-  
brum ingresso, ac vitali illo spiritu ob frequen-  
tes sanè anfractus ad cerebri vsus magis ma-  
gisq; adaptato, in cerebri dextro sinistrq; ven-  
triculis, & ipsorū mutua concavitate tertio ve-  
vent



ventriculo animalis spiritus à cerebri virtute  
 elaboratur, quam ab opportuno elementorum  
 ad iustitiam cerebri substantiæ temperamen-  
 to, pendere credimus. Porro huius spiritus ani-  
 malis portio tertio cerebri ventriculo per oblon-  
 gum meatum inter ea corpora cerebri quæ cli-  
 nibus & testibus assimilabuntur porrectum,  
 in cerebelli ventriculum fertur, quem partim  
 cerebelli sinus, partim dorsalis medullæ canit, as-  
 efformant. Ab hoc ventriculo in dorsalem me-  
 dullam, atq; ita in nervos ab illa propagatos, ani-  
 malis spiritus non mediocris portio digeritur. A  
 reliquis autem cerebri ventriculis, spiritum in  
 nervos ab illis proximè principium ducentes, ac  
 sic in sensuum motusq; arbitrarij organa di-  
 spensari arbitramur, non admodum anxie di-  
 septantes, num spiritus ille tenuissimus per ali-  
 quos nervorū meatus (ut vitalis per arterias)  
 an secundum nervi corporis latera luminis mo-  
 do ad columnam, dirigatur: an verò nervorum  
 dumtaxat continuitate cerebri vis ad partes  
 pertingat. Atq; hæcenus sanè cerebri functio-  
 nes in vivorum animalium sectionibus admo-  
 dum probabiliter & verè quodammodo possum  
 assequi. Sed quæ in imaginatione, ratiocinatio-  
 ne, cogitatione, memoria (aut quomodocūq; ali-  
 ter, nescio quorū dogmatibus acquiescens, prin-  
 cipis animæ vires subdividere, aut enumerare  
 velis

velis) cerebrū suo fungatur munere. haudquis-  
 quam ex sententia apprehēdo. & si forte acu-  
 rato indefessiq; cerebri partium intuitu, ac de-  
 inceps ex reliquarum partiū corporis, quarum  
 vsus vel leuiter in dissectione exercitatu haud  
 latet, speculatione, qua similitudo indagaretur,  
 vel probabile quid indipisci possem, id sancti-  
 tra sanctissime fidei labē neutiquā cōficeretur.  
 Quis enim, Deum immortalē, huius etatis philo-  
 sophorū, addā & theologorū vulgus non admi-  
 rabitur, qui tam ridiculē diuine ac summe ad-  
 mirabili hominis cerebri machine detrahētēs,  
 ex ipsorū somnijs in humane fabricę cōditōre  
 impijssimis, nō secus quā si Promethei essent,  
 nescio quā cerebri struē nugacissime amentian-  
 tur, eam quam incredibili prouidētia atq; adēo  
 eis quos corpori pręstare debuit vsibus effa-  
 brē immensus rerū Opifex effinxit, procul ab  
 oculis arcentes, suamq; tot inartificiofis abun-  
 dantē mōstris preponētēs, & parū (pro pudor)  
 solliciti in quantā impietate teneros quos insti-  
 tuunt animos tēporis successu rapiūt, tūc vidē-  
 licet, quū illi pręceptorū sectis nō amplius addo  
 Eli, et Naturę operū discedi cognosecēdū; studio  
 flagrātes, proprijs manibus in homine ceterorū  
 animalibus, que ipsis fuere tradita, rimari, al-  
 tiusq; expēdere aggrediuntur. Nonnū enim me-  
 morie excidit, me quum in Castręssi pedogogū

Lomaniensis gymnasiū facile precipuo ac lauda-  
 tissimo, philosophiæ operā nauarem, in cōmen-  
 tarijs quos præceptor noster professione theolo-  
 gus, ob idq; ad pijs opiniones cum philosopho-  
 rū miscēdas inter reliquos eius Academiae mo-  
 deratores paratissimus, in Aristotelis libros de  
 Anima prælegebat, scripsisse, cerebrum tribus  
 donari ventriculis, atq; horum primum ante-  
 riore, secundū medium, & tertiu posteriorē es-  
 se, eosq; à situ ad hunc modū nomē obtinere, &  
 à functione etiā aliter appellari. Siquidē pri-  
 mus seu anterior, qui frontem respicere diceba-  
 tur, sensus cōmunis vētriculus nuncupatus est,  
 quod ab hoc quinq; sensuū nerui suis instrumē-  
 tis deferri, & dein horū neruorū beneficio odo-  
 res, colores, sapores, sonos, & tactiles qualitates  
 in hunc vētriculum deduci, illi homines arbi-  
 trarētur. Ac proinde precipuus primi vētriculi  
 vsus cēsebatur, vt obiecta quinq; sensuum, quo-  
 rum genus sensum cōmunem vulgō vocamus,  
 reciperet: atq; illa ad secundum vētriculū, qui  
 meatu quodā primo necēbatur, transmitteret,  
 quō secundus de eo obiecto imaginari, ratiocin-  
 nari & cogitare possit, quippe ventriculo illi  
 cogitatio seu ratio tribuebatur. Tertius autem  
 vētriculus memoriæ erat sacer, in quem secun-  
 dus omnia quæ ex obiectis illis, de quibus abun-  
 dā ratiocinatus esset, mandari voluit, commodē

deponebat. Atq; tertius ventriculus hæc prout humidior sicior ue erat, aut ocyus aut tardius sibi, velut in ceram aut lapidem duriores insculpebat. Dein pro sculptura leuitate vel difficultate presentem ventriculum que ipsi mandantur, aut breuiori, aut longiori temporis intervallo asseruare, commetaria illa docent. Neq; profecto tertius iste ventriculus hæc sibi suoq; nomine, aut retinet, aut insculpit, sed secundæ ventriculi gratia, nimirum vt quoties hic de ali quo memorie sibi concedit, ratiocinari inquit, ille ocyus hoc quicquid est in secundæ ventriculum deleget, ac veluti in rationis officinâ versandū exporrigat. Ceterum vt singula que ita nos edocebamur, aptius assequeremur, tabula quedam ostendebatur nescio à qua philosophiæ Margarita deprompta, dictosq; iam ventriculos oculis subiiciens, quâ nos discipuli prout scholasticæ picturæ quisq; erat studiosior, suis commentarijs expressius appingebamus. Neq; hæc figura tres duntaxat ventriculos complecti nobis persuadebatur, verum ipsam quoq; omnes simul capitis partes, nedum cerebri, ostendere arbitrabamur. Atq; hæc Opificis nostrî solerti, iam in corporis humani fabrica nunquam inspicientium sunt figmentâ: qui quàm in cerebri constructione enarranda aberrent, sequens sermo ostendet, qui eadem methodo qua

in duobus proximè præcedentibus libris vsusum, post persunctoriam hæc cerebri descriptionem, ipsius partes seorsum singulas vnâ cum omnibus sensus instrumentis explicabit. Quantum vero impietatis imperitis, & nõ adeo adhuc in sanctissima nõstra fide obfirmatis animis, eiusmodi ventriculorum cerebri vsuum (quod ad principis animæ vires spectat) descriptio conciliare possit, hi (etiam si ipse simileam) perpendunt, qui quadrupedum (quibus omnem rationis vim, ac præcipuè animam rationalem ex theologorum præcipuè placitis adimimus) cerebra, hominum cerebris quàm proximè omni ex parte accedere didicerunt. Quandoquidem ovis, capra, bouis, felis, simie, canis, & quas secui auium cerebri cum humano cerebro in partium conformatione, ac potissimum in ventriculis, vix vlla prorsus occurrat differentia, nisi quòd mole cerebra pro animalium qua donata videntur ratione, certo variare cognoscimus. Homini nanque cerebrum obtigit maximum, mox simie, cani, ac eadem serie deinceps, prout animal quoduis ad rationis vim vicinius accedere quibusdam argumentis colligimus. Neq; cerebrum homini tantum pro corporis ipsius portione grandius obtigit, imò id omnium animalium cerebris maius visum. Hominis naq; cerebrum vel duobus equorum,

boum, aut asinorum cerebris gradius apparet. Sed hæc omnia, vt & ventriculorum fabrica, ex sequentibus euadent perspektissima.

De dura cerebrum ambiente membrana, & sub cute caluariam succingentem membranula.

CAP. 11.

**Q**uemadmodum sanè vniuersam cauitatem qua nutritionis organa continentur, peritoneo succingi recensuimus, atq; id instar sacci cuiusdam omnia illi imposta amplecti, & pariter quoq; costas succingentem tunicam omnia que in thorace collocantur, ambire commemorauimus, ita etiam vniuersa caluariae cauitas cerebro excipiendo adaptata, quadam subducitur membrana, quam propter crassitatem qua ceteris non cerebri modo, verum totius corporis præstat membranis, crassam, & ab insigni duritie duram, vt & cuticularem, nuncupamus. Hæc non minùs quàm peritoneum & costas succingens membrana vnicà cõtinuè omnino visitur, præter quàm quod quibusdam foraminibus & sinibus venarum modo extrinsecus sit peruia. Vnde etiam ilico præsentis membrane situm, & quod ad ipsius externam superficiem attinet formam, magnitudinemq; etiam si aliud nihil sermoni addidero, ostensio cognitio edocet. Quandoquidem nullum caluariae os primati alicuius vsus gratia, in caluariae

amplitudinem extuberat, cui hæc membrana  
 non cedat, seq; ab illo introrsum premi sinat.  
 Rursus nullus in ea cavitare consistit sinus,  
 quem hæc quoq; membrana non impleat. atq;  
 (vt semel dicam) omni ex parte ossibus proxi-  
 ma neclitur, alijs locis remissius, alijs vehemen-  
 tius, vt paulò post audies, conuata. Atq; hinc  
 etiam fit, externam durioris membranae super-  
 ficiem propter ossium sinus, tuberaq; inaequalem,  
 & deinde fibrarum quibus hæc ossibus commit-  
 titur occasione, asperam, aut non adamussim læ-  
 uem lubricamq; videri. Ac præcipua ossium tu-  
 bera, quæ eam orbicularem sphaeraq; modo ro-  
 tundam esse prohibent, in capitis potissimè basi  
 conspiciuntur: & horum quidem primum cense-  
 ri potest osseum septim olfactus organorum sedem  
 interdiuides: dein ea caluariae extuberantia, quæ  
 vt oculis in caluaria sedes comoda exsculpere-  
 tur, in capitis amplitudinè iuxta illius basis an-  
 teriora ac septi illius latera extuberat. Præter-  
 ea inæqualitas illa, quæ propter ossis cunei-  
 formis crassitiem in qua ipsi propria consistunt ca-  
 uerne parandâ, & aptâ glândulae cerebri pitui-  
 tam excipientis sedè in sculpendâ, in medio ferè  
 amplitudinis caluariae cernitur. Deinceps alia  
 duo insignia quoq; tubera in hæc amplitudinè  
 ideo prominēt, vt idoneâ auditus organi sedem  
 Natura fingeret. Postremo ea quoq; eminentia

iam dictis accedit, quæ in occipitijs ossæ à posteriore parte foraminis spinalem medullam transmittentis rectè sursum ad medium intervallum porrigitur, quod inter id foramen & supra Græcorum Δ imaginè experimentis eminentior sedem consistit. atq; hæc capitis ossium tubera quo minus dura membrana in ipsius basi instar oblongæ spheræ utrinq; ad anteriora tenuiter depressæ appareat, in causa præcipue consentur. Alia verò tubercula, quæ propria duræ membranæ vasa venarum ac arteriarum serè materiam continètia in exteriori ipsius superficie efformât, nõ ad eò illius orbiculatim formâ inturbant, seu quo minus rotunda visatur, non magnopere obstant, quum hæc venarum duræ taxat ritu protuberent. Porrò nullus in calvarie amplitudine sinus (præter eos quos necessario nuper commemorata in basi capitis tubera constituunt) occurrit, quem Natura non exsuperet duræ membranæ vasorum gratia, ut scilicet sinus vasis cedant, ac citra compressionem ipsis loci dent, & ne duræ membranæ vasa ipsi membranæ damno sint, quo minus hæc ossi proximè apponi queat. Ex horum sinuum numero ille cavitates sunt, quæ extuberans latus primi duræ membranæ sinus & secundi & tertij admittunt, deinde illi quoq; sinus, qui in calvarie lateribus instar mediæ cavitatis venarum multipliciter



ferie exculpuntur, & si quis alius eius generis in anteriori olfactus organorum scâis regione conspicitur. Cuiusmodi verò hæc dura membrana vasa sint, ac vnde principium ducât, in tertio libro fidelissimè expressimus. Porro vt externam huius membranae superficiem cognitis meherculè in capitis vulneribus perquam necessariam, sermone totam & diligenter perstringamus, nunc fibras ipsius, & ad caluariam connexis recensere. Primum citra alterius corporis internentum hæc vndiq; ossi attigua est, parua omnino ipsius regione dempta, que super ossis cuneiformis medium habetur, vbi dura membrana nonnihil ab osse abscedit, substratam habens glandulam cerebri pituitam excipientem, et soporalium arteriarum maximas soholes, que reticularem plexum efformare alijs dissolutionis professoribus falso creduntur. Omnibus partibus caluarie quibus hæc membrana est attigua, in eum modum committitur, vt duo invicem accumbentes muscoli mutuo herere conuectus solent. Verum eo connexionis genere in capitis basi firmitus quam in lateribus & vertice & fronte & occipitio affirmatur. Deinde vniuersis acutioribus ossium processibus pertinacissimè comascitur, perinde ac si ab ipsis origine duceret. Sunt verò huius generis processus ossium illi septem olfactus organorum sedem distinguens,

guens, deinde illi qui ad latera foraminis rivos nervos transmittentium, & sinum glandæ pituitæ excipienti paratum consistunt, & qui iuxta foramen visuntur quinti paris nervorum cerebri crassiores radice transmittens, & universim omnes processus foraminaq; capitis amplitudinem respicientia. Pari quoq; ratione præfens dura membrana calvarie suturis adnascitur, quanquam is connexus non æque valens sit, atq; is quem ad osseos processus perfici relatum est, quod ille instar simplicis tantum lineæ, non autem notatu digna amplitudine huius modo accidat. At suturis non solum dura membrana connascitur, verum tenues membranæq; fibras inter illas versus capitis exteriora transmittit, quæ calvarie vertice inter disseccandum abstracta, in dura membra simplicis lineæ ritu extuberant, asperamq; ipsius membrane superficiem ostendunt, suturarum situm ac imaginem in ipsa etiam membrana tunc referentes. Ceterum præter fibras externam quoq; duræ membrane superficiem minus æqualem reddunt tubercula quedam in vertice frequenter prominentia, ubi sagittalis sutura coronali iungitur. Hæc si quando adsunt, inæqualiter extuberant, & pares sibi in calvaria insculptos sinus obtinent, quibus pertinacissimè innaescunt. Unde etiam huius generis tubera non obiter, neq; per

trā sennā expendenda veniunt, ne minus cauti  
 in cauterij administratione & capitis vulne-  
 ribus caluariam perforemus: etenim horum tu-  
 berū nulla ratione habita (quod in his locis &  
 in futuris mēbrana ab osse difficulter abscedat)  
 in suturis mēbrana ab osse haud leui malo pertunderemus.  
 Ad hęc, mēbranae ad caluariam connexū,  
 & exterioris ipsius superficiei asperitatem ve-  
 nule quaedam adaugēt, per caluariae poros par-  
 tim ex dura membrana ad caluariae inuolucra,  
 partim ab ipsis inuolucris ad durā membranā  
 deducta. Hoc itaq; modo dura membrana cal-  
 uariae cavitatem succingit, & omnibus ea ca-  
 uitate contentis obducitur organis. Verūm prae-  
 ter hęc, dura mēbrana magnam sui portionem  
 inter cerebrum ac cerebellum insinuat, quae vni-  
 uersam cerebelli superiorem sedem integens, ce-  
 rebri regionem cerebello incumbētē ab illo in-  
 terdiuidit. Quinetiam à media sede huius durae  
 membranae portionis, vbi dextra cerebri pars  
 sinistram respicit, & secundū totam tertij du-  
 rae membranae sinus longitudinē alia quoq; du-  
 rae membranae portio processus' ve educitur, se-  
 cundum capitis longitudinem dextram cerebri  
 partem à sinistra dirimens. Hic processus falcis  
 messoriae imagini aliqua ex parte accedit: nam  
 ipsius sedes illi durae membranae portioni conti-  
 nua, quae cerebellū integit, falcis basi correspon-

det; ea vero quæ septo sinuum olfactus organorum comascentur, falcis mucroni à similitudine parestis namque membrane duræ processus à posteriori capitis sede antrorsum ductus, sensum falcis ritu arcatur. Deinde processus huius tertio duræ membrane sinui continua falcis dicitur non absimilis secantibus occurrit. siquidem extrorsum curuatur, & tertij duræ membrane sinus nomine crassior visitur. Processus autem pars callosum cerebri respiciens corpus intro obliquatur, ac proinde falcis aciei forma accedit. Hæ membrane portiones processus ve nihilominus à reliquo ipsius corpore, nisi una duntaxat sede in crassitie duritiaque variat. Nusquam enim membrana crassior secantibus obseruatur, quam in illa parte quæ cerebellum integit. Hæ namque ubi natibus cerebri proxima cernitur, triplo serè quàm in reliqua sede crassior duriorque enadit: adeo sanè, ut canes hoc loco os possideat superiorè cerebelli regionem integens, cerebrique ne id cerebellum premat sufficiens. Sed & neuter horum processuum seu partium duplicatur.

(Vt Galenus rem parum expendens docuit) primum simplex est, quemadmodum & ipsa membrana, quæ cerebri lateribus aut caluarie attenditur. Nam & si tertius duræ membrane sinus cultello secundum longitudinem dissectus, primo intuitu membrana processum inter vitrosos

cereb

Libro 9. de  
Administ.  
dissect.

cerebri partes intercedentem geminam, exq; duplicata membrana constare ostendit, id tamen sinus dūtaxat gratia visitur. Quantūvis nanq; inferiore sinus tertij angulum dirimere studueris, membranam extra sinus amplitudinē nunquam in duas subdivides. Atque par ratio eius partis duræ membrane censetur, quæ elatiorem cerebelli sedē obuelat. Deinde si infimus ille duræ membrane sinuum angulus duplicationem argueret, idem sanè in duobus reliquis sinuū angulis accideret, ac non perperam cerebri duram membranam duplicem esse assereres, quacumq; parte caluariam contingit. Insuper horum duræ membrane processuū superficies specie cum reliqua interiori membrane superficie congruit, quæ vix inter omnes corporis superficies aliam magis splendidam leuem re, et (quod non obiter expendendum venit) omni adipe, quæ admodum quæ in caluarie consistunt amplitudine omnia, destitutam reperias. Quinetiam interior hæc superficies aqueo humore longè magis quam exterior perfunditur, et multo candidior apparet: & quum fibris omnibus quibus alteri parti adnasceretur, vacet, impensius lubrica tersaq; quam exterior superficies cōspicitur. Porro quæ admodum exterior superficies os caluarie undiq; respicit, ita & interior tenuem cerebri spectat membranā, cui nullius corporis interuentu,

quam

quàm ductuum inſtar venarum ab ipſo in ve-  
 nuem membranam pronatorum ope adhaerit  
 committitur ve. Quadoquidem ſi dura mebra-  
 na pari modo tenui membranae, ipſiq; adeo ce-  
 rebro, vt caluarie commiſceretur, quo minus te-  
 nuis membranae vaſa, & ipſum adeo cerebrum  
 diſtendi contrahiq; poſſint, illa impedimento  
 foret, quod precauens Natura, amplioſiorem duræ  
 membranae cavitatem ipſa cerebri mole, non ſe-  
 cus atq; cordis inuolucrū corde etiam ipſo am-  
 pliꝯ viſitur, produxit. Quanquam interim dura-  
 ram membranam à tenui non ita liberauerit,  
 vt cordis inuolucrū à corde, quod illi ne vniu-  
 quidem fibræ internentū commiſcitur, quum ta-  
 men innumeros venarum inſtar ductus dura  
 membrana tenui membranae exporrigat, mira-  
 bili induſtria horum beneficio illam ſibi affir-  
 mans. Vt ſimul ductus illi venæ arteriaq; &  
 poſtmodum vinculi vices gerant, vt cerebrum  
 ne concidat commodè ſubleuetur, interim vaſo-  
 rum tenuis membrana & ipſius cerebri moti-  
 bus non præpeditis. Atq; hoc ſingulare Naturæ  
 myſterium ipſe leui negotio colligis, ſe modo  
 vaſorum cerebri ſeries, quam tertio libro docui,  
 ex animo non exciderit. eam dico numeroſam  
 ramorum ſobolem, à tertio duræ membrana ſe-  
 nu vtrinq; ſecundum totam cerebri longitudi-  
 nem, in dextra partis cerebri & item ſiniſtra  
 tenuem

tenuem membranam procurrentem. Hæc namq; superiorem cerebri partem duræ mēbrane admodū validè appensam reddit, & dura membrana caluarie connata, & propter fibras quas per suturas diffundit à caluaria abscedere prohibita, cerebrum quo minus in se delabatur, subleuat. atq; quum nulla alia ex parte duræ membrana tenui (nisi forsitan hîc atq; illic raris iisdemq; perquam laxis ductibus) commissæ est, liberum cerebri & vasorum tenuis membrana motum non obtundit. Ceterum presens sermo nunc sanè exigeret, vt sinuum vasorumq; duræ membrane numerum, situm & naturam explicarem. at quum id pro viribus in tertio libro tentatum sit, non abs re chartis hîc pepercero. Pari quoq; ratione duræ membrane foramina ex proposito neutiquam enarranda putauerim, quod prolixior foret oratio, aliud nihil propemodum complexura, quàm caluarie foraminum in caluarie amplitudinem, qua cerebrum continetur, pertinentium catalogum, in primo libro iam pridem commemoratum. Vbi tuncq; enim in caluarie dicta amplitudine videntur foramina, ibidem & dura quoq; membrana ferè peruia est, sui processus perpetuò exterrigens, illis qui à cerebro principium ducunt nervis, & ipsi etiam dorsali medullæ inuolucrî modo obductos. Ac proinde tot primum foraminib

minibus dura cerebri membrana donatur, quæ  
 nervorum paria à cerebro initium ducit. Nam  
 & si idem quarto pari & crassiori tertij pa-  
 ris radici foramen insinuatum sit, gracilior ta-  
 men tertij paris radix, priusquam secundi pari  
 nervum contingat, priuatim duram membra-  
 nam perforat. Septem his vtrinq; positis fora-  
 minibus, aliud ab vtroq; latere accedit, quod  
 nervulum transmittit, quem ego non procul à  
 quinti paris radice pronatum observavi. Ad  
 hæc, dura membrana unico eodemq; inconiun-  
 gato & orbiculari veroq; foramine pertundi-  
 tur, quod infundibulo cerebri pituitam excipie-  
 ti viam præbet. Dein iuxta huius foraminis  
 latera aliud vtrinq; spectatur foramen, maxi-  
 mum arteriarum cerebrum petentium rami-  
 nam transmittens. Postremò multis foraminulis ad  
 olfactus organorum sedem dura cerebri mem-  
 brana abundat. Porro præsentis membrane si-  
 nus, qui venas arteriasq; caluariam subin-  
 trantes exhauriunt, neq; etiam ductus ex his  
 sinibus in tenuem membranam instar venarum  
 propagatos, in foraminum numero habemus.  
 Atqui inter primarios duræ membrana  
 vsus nõ minimus censetur, vt aptis quibusdam  
 sinibus omnes caluariam petentes venas, o-  
 mnesq; (si duos modo ramos dempseris) arte-  
 rias excipiat, ipsarumq; materiam in suos sinus

ducant

assimat



assumat, eam ita deducentes, ut hæc propagini-  
 bus venis similibus, atq; ab illis sinibus deprom-  
 ptis in tenuem membranam commodissime de-  
 feratur, & dura membrana ipsi tenui mem-  
 brana & cerebro instar lagene fiat, ex qua te-  
 nuis membrana, & dein cerebrum materiam  
 ad opportunos usus sibi alluciant, in venis &  
 arterijs versus caput transmissam. Ceterum  
 propagines à tertio duræ membranæ sinu utrin-  
 que innumera serie in sedem tenuis membranæ  
 sibi proximam derivatæ, cerebrum velut supra  
 innuimus, suspensum, atq; ne deorsum concidat,  
 ventriculiq; ipsius comprimantur, opportunif-  
 sime sustinent, ut dura cerebri membrana pa-  
 riter ipsius involucrium & fulcrum reddatur.  
 Ad quod rursus summopere conducunt fibrae  
 per suturas à dura membrana prorepentes, quæ  
 duram cerebri membranam ( quæ alioquin  
 non satis durissimo osi connasci poterat ) cal-  
 variæ firman, atq; quo minus cerebri gravita-  
 te tracta, deorsum labatur, in causa sunt. Neq;  
 id sanè præstitissent: nisi peculiare artificium ex-  
 tra calvariæ Natura moliretur, quod indies  
 fabri imitantur, quoties clavorum acies quæ  
 duas simul cõpingunt asseres reflectunt, ne vno  
 asserere tracto, ex altero clavis proptè vellatur.  
 Natura nanq; fibras has Vulcani ligamenta,  
 quibus is Martem Veneri colligavit, cum simul  
 & vna

& vinciant & sustineant, artificio superiores,  
 non solum per reflexos: admodum & obliqui-  
 tatis nomine firmantes ductus transmisit: ve-  
 rum transmissas rursus dilatavit, auxit, atq; in  
 unum omnes ad eò commiscuit, vt in membra-  
 nam quandam tenuem degenerent, quæ quòd  
 calvaria obducatur, *ωεγυγάνω* & Greci num-  
 cupatur. Quamuis hæc omnia nò citra alterius  
 corporis interuentum, vt cæteris visum est dis-  
 sectionis professoribus, calvaria adnascatur: sub  
 ipsa enim alia adhuc tenuis consistit membrana  
 alijs quoq; omnibus propemodum ossibus præ-  
 cipue communis, ac ab amplexu quo ossa suc-  
 cingit *ωεγιδεω* appellata. Inter reliqua autem  
 ossa hæc membrana priuata, calvaria interna  
 est cavitæ cerebro excipiendo adaptata, cui in-  
 quam vbi duram membranam contingit, eius-  
 modi membranula obnascitur, adeo vt tanta  
 etiam huius cavitatis sedes, quantæ dura mem-  
 brana non connascitur, hæc quoq; membranula  
 alijs ossibus communi obiecta sit. Visitur au-  
 tem illa sedes vbi duræ mēbrane glandula ce-  
 rebri pituita excipiens, & maximi arteriarum  
 cerebrũ petentium rami subferuntur. Quod  
 autem rerum parēs Natura harum præcipue fi-  
 brarũ gratia duas transversas, et vnã secun-  
 dum capitis longitudinem suturas digesserit: ipsa  
 duræ membrane forma commoñstrat, quæ su-  
 periori

superiori sua sede illis lineis opportunissime venire firmanda. Quemadmodum inter disseccandum tertio dure membrane sinu sursum tracto liquido discimus, impense Nature industriam admirantes, quã dure membrane portionem processum ve inter cerebellum & cerebrum ita produxit, vt illo sursum ducto, ita cerebrum sustineat, ne suo pondere cerebello quicquam comprimendo obsit. ad quod egregie auxiliatur dura membrane pars, dextram cerebri partem à sinistra dirimens, & tota basi dicto nuper processui continua. Porro si quid interim artificij in dure membrane harmonia enarrandum adhuc reliquum sit, id viã cum tenui membrana iam subiunxero.

De tenui cerebrum inuolvente membrana.

## CAP. III.

Tenuis cerebri membrana, quemadmodum & dura, duntaxat vnica & sibi ipsi continua est: nullam siquidem prorsus sue nature aut ad cerebellum, aut ad vtranq; cerebri partem, aut in ipsis cerebri ventriculis anfractibusq; ac vt semel dicã, tota amplitudine, quã dura membrana constituit, inuenias, quæ non, minus tenuis membrane portio habeatur: ad eum modum quo in animalis cute iam à corpore detracta, partes cutis continuas esse dicimus, quibus aures, pedes, & canda induebantur. Porro ipse

rō ipsius situs ex cerebri ac cerebelli cognitione  
 desumēdus est: nihil enim dura membrana am-  
 plexatur, cui tenuis membrana exterius nis  
 obuoluitur. Nulla etenim exterioris superfici  
 cerebri & cerebelli & dorsalis medulla & ner-  
 uorum portiuncula conspicitur, quā tenuis mē-  
 brana vicinissimē, & citra alterius corporis  
 interuentum proximē non integat, si modo su-  
 periolem callosi corporis superficiem exceperis,  
 que sola eiusmodi mēbrana, quā dura utcumq;  
 sit, haud continetur. Præterea omnes cerebri ac  
 cerebelli anfractus, in quos tenuis membrana  
 inducitur; sui partes processus ve ingerit, huius  
 situm ostendunt, uti sanē & ipsius quoq; figu-  
 ram & magnitudinem. Hæc membrana exte-  
 riori superficie velut aqueo humore oblituitur,  
 secundum partium quas ambit tubera extube-  
 rans. ipsa namque vix alibi crassitiem variat,  
 ac tenuissima semper membrane innumeris  
 vasorum ductibus obstat specie commostrat.  
 Quippe vasorum potissimū gratia illam re-  
 rum Opifex condidit, nimirum vt instar me-  
 senterij & humilioris membrane omenti &  
 extimi fœtus inuolueri (à quo suum nomē te-  
 nuis membrana Grecis χορειαύς nūcupata,  
 mutauit) ea vasa tutō deduceret suffulceretq;  
 Quinetiam cerebri & cerebelli est inuolueris  
 non simplex profectō, vt dura membrana, que  
 propus

propugnaculum potius ac defensorium cerebri  
 aduersus caluaria occurfus censetur, quàm ope-  
 rimentum: sed quod ipsorum substantiam pro-  
 ximè contineat & firmet, non secus quàm ca-  
 seorum formæ lac paulo antè coagulatu susti-  
 nent, & fingunt pariter. Atq; ad hos vsus Na-  
 tura hanc membranam summè idoneam pro-  
 duxit. tam mollis enim tenuisq; & sequax est,  
 vt aptissimè omnibus anfractibus sinibusq; se-  
 se ad profundissima vsq; ingerat, & quæcumq;  
 vasa cerebrum expetebat, ea deducere possit.  
 Quinetiam adeò leuis cernitur, vt sua gravità  
 te nequitiam vim cerebro inferat: & tam va-  
 lida interim duraq; existit, vt à dura cerebri  
 membrana sursum trahita non diuellatur, imò  
 illum suspensionis impotū à Natura sagacissi-  
 mè frequenti numerosaq; & continua vasorū  
 ferie paratū sustinet, eo pollens robore, vt con-  
 tinuè cerebri substantiā instar formæ cuiusdam  
 (vt iam diximus) amplectetur & sustineat.  
 Ceterum magis Natura sapientiam admirabi-  
 mur, si nō minori industria illā hīc atq; in qua-  
 tuor elementorum sedibus assignādis vsam esse  
 inquisuerimus. quod sinè ilico obuium fiet, si  
 terra caluariam, aque duram cerebri membra-  
 nam, aëri tenuem, & igni substantiam cerebri  
 assimilaueris: ac dein expendis rerū Opificis  
 solertiam, qui vt inter terrā & ignē, quoniam

natura à se inuicem maximè absunt, aquam  
 & aërem collocant, ita quoq; in medio calua-  
 riæ & cerebri (quòd substantijs longè discre-  
 pant) vitasq; membranas interiecit, non con-  
 tentus vno amicitie vinculo illa internemen-  
 te. Oportet namq; nò situ solum id in medio lo-  
 cari quod est verè medium, sed etiam natura; si  
 modo quod secundum eadè proportionem ab  
 extremis variat, verè medium censeatur. Neu-  
 tra autè membrana proportionaliter à calua-  
 riæ & cerebro variabat: nã tenuis plus ab ossis  
 duritie vincebatur, quàm ipsius cerebri molli-  
 tiem superaret. Econtrario autem dura multo  
 erat cerebro durior, paulo verò osse mollior.  
 Quapropter si tenuè duntaxat membrana Na-  
 tura creasset, nequaquã indemnus caluaria oc-  
 curfaret: si durã, cerebrum ipsius consuetudine  
 lederetur. Quo minus igitur ipsum cerebrum aut  
 eius proximum inuolucrum offenderetur prior  
 tenuis membrana, post hanc autè dura locatur:  
 quæ quanto est osse mollior, tanto ipsa tenuis est  
 durior: quanto verò hac tenuis est mollior, tan-  
 to tenui mollius est cerebrum. Quanquã rursus  
 tenuis membrane mollities vsus sit, vt illa com-  
 modè vndequaq; in cerebri anfractus sese in-  
 rat, & in ventriculos, processus varios vna cu  
 vasis porrigat, vti prius est relatiu. Qui nã verò  
 eiusmodi habeatur processus, in plexu & ven-  
 tric.

tricolorum cerebri descriptione persequar, præ-  
senti sermone ad cerebrum opportunè deslexo.  
De cerebri ac cerebelli numero, situ, for-  
ma, reuolutionibus & substantia.

## CAP. IIII.

**D**issectionis professoribus cerebrum in an-  
terius, quod cerebrū, & in posterius, quod  
cerebellum vocant, deinde anterius in dextrum  
& sinistrum diuidi consuevit: non quod Ana-  
tomicorum proceres cerebrū omnino diuisum,  
& non aliqua semper ex parte continuum esse  
arbitrati sint (quanquam etiam illorum scri-  
pta tale quid subinde innuant) at quod ut vni-  
ca manus in digitos, ita quoq; cerebrum in di-  
uersas partes discretū videatur. Quemadmo-  
dum enim prius de tenui cerebri mēbrana dis-  
ferebatur, sic etiam dextra cerebri pars, & sinis-  
tra, & cum his cerebellum, & dorsalis mē-  
dulla, neruūq; ad vnum omnes, insuper & nā-  
tes testēsq; cerebri, deinde callosum corpus, &  
id quod instar testudinis effigiatum est: præ-  
terea dextri sinistriq; ventriculorum septum,  
& vermiformes cerebelli processus, & si quid  
est eiusmodi, inuicem continue partes existunt,  
eademq; substantia constituuntur in duritia  
coloreq; aliquantulum variante. Insuper o-  
mnia quæ modo recenseram, situ, vsu, con-  
formatione, magnitudine, & id genus alijs,  
que

que in partiu constructione rimamur, ita ab  
 inuicē differunt, vt nō aliter quā si differētes  
 disfinctēq; partes essent, plerisq; imposuerint.  
 Quorum enim quēq; Anatomicorū inuenias,  
 qui cerebrum nulla substantiæ continuitate ce-  
 rebello continuū esse non asserat: adde alios qui  
 cerebrum in duas partes: vt pulmones dissectū  
 esse docent, & omnia nobis indefesso scribēdis  
 pruritis, suis somnijs fidem dantes, perturbant.  
 Cerebrum nanq; quantumuis tota sede, quā ce-  
 rebello incumbit, & quā frontem spectat, peni-  
 tus in duas partes dissectum sit, & eadē sectio  
 secundum totā cerebri longitudinem in ipsius  
 elatiori regione ducatur, non tamē ob id in me-  
 dio ipsius iuxta basim inter occipitiū & fron-  
 tem omnino diuisam cernitur. Quanta enim  
 callosi corporis est longitudo, tanta quoq; sedes  
 secundum longitudinem cerebri consistit, quā  
 dextra eius pars sinistra continuatur. atq; ita  
 vel huius corporis internētū, & eius quod in-  
 star testudinis extructum est, & septi dextri si-  
 nistriq; ventriculorum supra communē eorum  
 ventriculorum cavitatē, trium ve ventriculū  
 due cerebri partes continua sunt. Deinde in ba-  
 si etiam eas esse cōtinuas ostendit, cum magna  
 & secundum longitudinē & profunditatem  
 qua continuantur regio, tum cerebri testes &  
 vates & omniū maximē quod ex cerebri basi  
 melio



medio pronascitur, dorsalis medullæ initiū, quod  
 amplum crassūmq; est, & perinde ac illæ duæ  
 cerebri partes hoc in loco continuum unūq;. Deinceps etiā si dextra sinistraq; cerebri partes  
 quæ cerebellum integūt, nihil minus quam ce-  
 rebello continuæ sunt, tamen inferior cerebelli  
 sedes iam dicto dorsalis medullæ initio duobus  
 locis continuatur, idemq; cū ipso corpus, si con-  
 tinuitatem spectes, efficitur. Cæterum quis præ-  
 cipuus continuitatis locus sit, quæq; omnes ille  
 quis paulo antè enumerabam partes censean-  
 tur, ordine suo loco seorsim enarrabo. Hactenus  
 enim quæ nunc præcessere sermone complecti  
 libuit, ne in cerebri numero aliquis, qui iam  
 admonitus sectionem aggressurus est, ilicò me-  
 rita cum cæteris Anatomicis hallucinatum ar-  
 bitretur. Ac proinde nunc cerebri situm oppor-  
 tune aggrediar, quem ipsius cerebri membra-  
 ne, & potissimum interna calvariae amplitu-  
 do edocent. Quicquid enim eius amplitudinis  
 duabus cerebri mēbranis & glande pituita ce-  
 rebri excipiente & ramis quibusdā maxima-  
 rum cerebrum petentiū arteriarum nō occupa-  
 tur, id uniuersum cerebro ac cerebello adimple-  
 tur. Cerebellum decuplo aut undecuplo minus  
 cerebro est, atq; unā cum dorsalis medullæ prin-  
 cipio eam calvariae amplitudinis sedem sibi  
 indicat, quæ posteriori parte tubercum in ca-  
 pitis

pitis amplitudinē cavitatem ve auditus organorum causa prominentium, & deinde duobus in occipitij ossis sinibus circumscribitur, qui ve duobus primis duræ membranae sinibus, quos dextrum & sinistrum nuncupamus os, cedit, calvariae cavitati insculpuntur. Hæc enim instar circuli circumscriptionē cerebellum nulla ipsius parte excedit, hæcque circumscriptio cerebelli situm opportunissime demonstrat. Haud enim hominibus, vt bobus fortassis (quos Gale nus ad cerebri cognitionē duntaxat aggressus videtur) cerebellum in occipitiū ad eō porrigitur, vt non etiā postrema cerebri pars in posteriora magis quam ipsam cerebellū vergat, nobisq; vocatū occipitiū impleat. Quippe postrema & elatissima humani cerebelli pars vix eousq; ascendit, vbi digitis infimā occipitij partem attingere possumus. Neq; etiā in nobis aliqua occipitij ossis sedes musculorū insertionibus libera contingi potest, quā cerebellū implet, etiā si interim Anatomici ipsius sitū ita recensent, quasi totā in occipitio prominulā regionem, ex cuius tubere vulgus memoriæ ingenijq; vim metitur, cerebellū insarciret: imō elatissima cerebelli portio ad mediā duntaxat sedē pertingit, quæ à posteriori sede foraminis dorsali medullæ viam præbentis, & A lifieram imitantis futuræ partem habetur, quæ sagittali committitur,

titur, vsq; ad quam alij cerebellum conscendisse suis bobus & asinis, aut somnijs delusi scripserunt. Præterea superior cerebelli pars in hominibus, quemadmodum sanè in canibus, bobus & ouibus instar globi cuiusdam, aut etiã acutius nequaquã extuberat, sed plana & depressa minimumq; in medio prominens conspicitur. Hec itaque caluarie sedes cerebello dedicata, ipsius situm, circumscriptionem, formã ac magnitudinem edocet. Cerebellum etenim, quemadmodũ & sua sedes, latius est quã longius aut profundius, & humiliori ipsius regione, idq; potissimum iuxta ipsius posteriora latioris globi imaginem exprimit: in cuius medio acuta, neq; admodum lata habetur impressio, quã illi inducit tuber instar crassissimæ lineæ in occipitijs osse prominens, quod eius ossis robur insigne griter adauget, cuiq; dura cerebri membrana pertinacissimè connaescitur. Porro in anteriori parte, quã cerebellum ad cerebri nates exporrigitur, id quasi in acutum fertur, vndiq; siue sensus formam accuratè referens. Ceterum eiusmodi omnia in cerebro, quod per me si voles antè cerebri etiam adhuc nuncupare poteris, ostendit reliqua caluarie cavitatis cerebello non oppleta. Vnde etiam cerebrum secundum ipsius basim depressum est, neq; globi modo extuberat, quãuis interim inæquale & non

vnius forme vifitur. Vbi enim oculorū fedibus  
 & olfactus organorū finibus immititur, variū  
 eſt: nam ad finus organorum olfactus antror-  
 ſum extuberat, vtrinq; autē ad finuum illorū  
 latera propter oſis in caluarie cavitatē exte-  
 berātis prominentiā, vnā imprefione admittit.  
 Prominet verò ibi: de inaequalibus tuberibus  
 os ad commodas oculorum fedes & foramina  
 narium conſingenda. Deinde cerebrum opplet  
 duos grandes in caluarie cavitatē finus, qui  
 ad oſis cuneum referentis finus latera ſpectan-  
 tur, quo glans cerebri pituitam excipiens ſuſti-  
 netur. Vnde etiam cerebrum oſis quo continetur  
 formam glebe ritu ſibi vendicans, vtrinq;  
 in ipſius baſi inſtar medij globi prominens tu-  
 ber conſtituit. In horum tuberum medio cere-  
 brū imprefum cernitur, cuneiformis oſis pro-  
 ceſſuum occaſione hic circum finus latera pro-  
 ductorum, quo nuper commemorata glans ſu-  
 ſinetur. Quinetiam ſimili prorsus modo baſi  
 cerebri reliqua ipſius fede pro oſium tuberibus  
 auditus organa continentibus, & cerebelli ſu-  
 periori regione ſuam figuram eſſingit, omni-  
 bus finibus ſeſe inferens, & amice admodum  
 tubera admittens. Atque hinc etiam in lateri-  
 bus & anteriori & poſteriori & ſuperiori ſe-  
 de cerebrum caluarie cavitatis effigiem expri-  
 mit. His enim fedibus cerebrum inſtar oblonge  
 ſphærae

sphære utrobique versus anteriora propter temporum cavitatem depresso, rotundum, & in posteriori parte multo quam in anteriori latius visitur, quasi cerebrum ipsum & cerebellum nullam peculiarem formam exigent, ac abinde ipsis esset, si propria illorum substantia magna mole, & simul utcumque quò in se sinus cerebri cerebelliq; functionibus aptos habere posset, collecta in capite reponeretur. Eiusmodi siquidem quid calvarie basis sinus tuberaq; ostendunt, & impressiones in temporibus temporalium musculorum gratia conspicue. Calvarie itaque cavitas externæ cerebri superficiem imaginem commonstrat, ad quam & sectio cerebri dividens, & innumeri quidam gyri ac circumactus referuntur. Vniuersa nanque cerebri sedes illa sectione diuisa, atq; ut bisulcorum pedes in duos quasi ungues illius beneficio distincta, externæ cerebri superficiem magna pars exposita. Attamen dictam cerebri formam parum interturbat, quum dextra cerebri pars sinistra accumbat: neque recta illa linea diuise cerebri partes inuicem magis dehiscant, quam quanta duræ cerebri membrane, & tenuis duplicata est crustis. In homine etenim secus atq; in oue vniuersam sectionem interdiuidit duræ membrane portio, processus'ue, duas cerebri partes septis ritis interstinguens. Dein seorsum utraq; cerebri parte

tem tenuis membrana ambit, & implicat. Ce-  
 terum gyri ac reuolutiones cerebri, quas tenui  
 intestinorum anfractibus elegantissime Era-  
 sistratus asimilauit, per vniuersam cerebri su-  
 perficiem vndiq; eadem frequentia habentur.  
 Sunt verò sinus permulti penitus in cerebri sub-  
 stantiam penetrantes, & profecto imagine in-  
 testinorum tenuium reuolutionibus simillimi.  
 Neq; opinor illos alicui aptius quam his, aut  
 etiam nubibus quos rudes pictorum discipuli,  
 aut in scholis pueri delineare solent, conserri  
 posse: quanquam in similitudine indaganda non  
 admodum sit laborandum, quandoquidem ho-  
 minis cerebrum hac ex parte nihil peculiare  
 adipiscitur, & hos in cerebri substantia appa-  
 rentes circumactus a sinis, equis, bobus, & alijs  
 que hæcenus vidi animantibus communes ho-  
 mo obtinet. Nisi forsitan aliquis hinc differen-  
 tiam assumere statuisset, quod tâto profundio-  
 res homini illos gyros Natura insinuauerit,  
 quanto ipsius cerebri substantia copiosior visi-  
 tur. Horum itaq; inflexuum effigiem cuiusvis  
 animalis cerebrum vel in prandio aut cœna  
 spectans, discas licet. Porro in illorum v'su reuol-  
 uendo non medici modo, verum & philosophi  
 plurimum se excruciant, contententes, num  
 ipsorū beneficio homines intelligât, an verò mi-  
 nimè: quemadmodum Galenus contra Eras-  
 strati

strati placitum pugnant, in hunc modum censuit. Quum asini etiam admodum multipliciter cerebrum habeant complexum, quos deceret, quantum ad morum ruditatem attinet, omnifariam simplex, & minimè variū nancisci cerebrum. Melius autem arbitraretur bonam substantiæ temperiē corporis intelligētis (quodcumq; hoc fuerit) prudentiam sequi, & non varietatem compositionis. Neq; etiam multitudini spiritus animalis oportet, ut puto, magis quam qualitati perfectionem intellectus acceptam referre. Atq; hic Galenus sibi dum maximè illius operam requirimus similis, orationem velut freno cohibens, aliò, quum reuolutionum usum exprimere debuisset, reflectit: satis esse arbitratu, si non intelligentiæ præesse has reuolutiones indicauerit. quod sanè non inficiamur, sed interim eas magnum Conditoris artificium ostendere, & non ob aliud quàm ad cerebri substantiæ enutritionem eas procreatas esse, à Galeno additum oportuit. Cerebri namq; substantia citra omnem membranosarum fibrarum plexum continua, ne utiquàm adeò firma fuerat, ut per illà arteriæ venæq; ut in reliquis corporis partibus, digeri possent: & tam multa crassaq; est, ut venæ & arteriæ in superficie tantum exporrecte ipsi nutriendæ, illiusq; insito calore resorbendo sufficerēt, quum penitiores cerebri partes

tes si ad illum modum vasa protenderentur illorum materia carent. Quod praevidet Natura, sinuosos illos implexus passim cerebri substantiae impressit, ut in his tenuis membrana frequentibus vasis oppleta sese insinuaret, cerebri substantiae alimentum appositissime ita subministratura. Atque huius etiam nutrimenti potissimum occasione cerebrum in duas partes dissectum fuit, ut scilicet tenuis membrana sese in ipsius medium implicaret: ac inibi in reflexus deducta, cerebri substantiam enutriveret. Haec enim citra eiusmodi cerebri dissectionem, & profundissimas reuolutiones illa cerebri scelerata dextra sinistram respicit, enutriti potissimum. Atque huic sententiae suffragantur cerebelli reuolutiones, quae nequaquam aequè atque cerebri reuolutiones alte penetrat, sed paulo minus quam superficialia, at frequentes admodum; continua serie deducta visuntur. superficialia quaedam, quod exigua pars alenda sit, quodque facile cerebellum à profundioribus anfractibus ad ventriculum usque ipsius perforaretur. frequentes autem, ut copia aliquantulum leuem illam penetrationem suppleat. Porro harum series quodammodo triplex est, effigie cum cerebri reuolutionibus nequaquam conueniens. apparet namque rebellum ob suas reuolutiones & impressam illum, quem ab occipitis ossis tubere in posteriori



ri sede obtinet, tribus partibus efformari, de-  
 xtra una, & alia sinistra & tertia media.  
 ac dextra quidē sinistraq; cerebelli partes duos  
 quodammodo globos inuicem appositos osten-  
 dunt, in quorū inani spatio, ubi scilicet globi se  
 se non contingerent, tertia cerebelli pars reponē-  
 tur, qua ligni casei ue recentis vermē refert ob  
 suas reuolutiones, quae transuersim secundum ce-  
 rebelli longitudinē mutuō aequē distates ducuntur.  
 Huius partis apices versus inferiorē cerebelli se-  
 dem reflexi, vermiformes cerebri processus suo  
 loco efformare docebimus. Dextra autem sini-  
 straq; cerebelli pars in superiore cerebelli sede pa-  
 rallela quoq; & secundum cerebelli latitudi-  
 nem ductas reuolutiones exigunt, quae deorsum  
 protensa, quasi in centrū, colliguntur, ad eam ce-  
 rebelli sedē, quā dorsalis medulla initio connata  
 esse dicemus, cōtendentes. ac dextrae quidē par-  
 tis reuolutiones ad sui partis sedem porriguntur,  
 dorsalis medullae initio continuam: sinistra au-  
 tem, ad sui partis sedem. At hae cerebelli partes  
 inuicem discretæ in cōtinuāq; nequaquam sunt,  
 sed inuicem continuæ unicum corpus, ipsum scō-  
 licet cerebellum constitunt. quod unicum, non  
 autem cerebri modo geminum Galenus à Na-  
 turā extructū esse asserit, quod duo dorsa, neq;  
 totidem dorsales medullas hominem habere mi-  
 nimē decuisset: quasi ex cerebro, quod necessario  
 veluti

veluti in duas partes diuisum, neq; substantia  
 continuum, vnica dorsalis medulla produci ne  
 quiniisset, ac proinde cerebellum vt corpus vni-  
 cum necessario procreatum fuisset, vt vnice dor-  
 sali medulla aptum principium fieret. At Gale-  
 ne, qui in nugis crebro quibusdam, & etiã sub-  
 inde immerito tuis delusus simijs, Herophilum,  
 & Lycum, Andream, & alios Alexandrie disse-  
 ctionis professores, qui humana aggrediebatur  
 corpora, irridere soles, cerebrum in sua basis me-  
 dio vnicum, neq; vt in superiori parte diuisum  
 cernitur, & vnicam dorsalem producit medul-  
 lam, in cuius superiori sede mox ab ipsius exor-  
 tu Natura sinum insculpsit, qua mediam partem  
 cerebri ventriculi amplitudinem constituit  
 dicimus, reliquam enim eius ventriculi ampli-  
 tudinem, cerebellum supplet, quod vtrinque, diuisi-  
 taxat ad dorsalis medulle sinus latera quasi  
 duabus circularibus applantationibus adnasci-  
 tur, cõtinuum cum dorsali medulla corpus ef-  
 fectum. media namq; posterioris cerebelli sedes  
 pars, vt neq; etiam anterioris dorsali medulla  
 continua, connata ve est, sed tantũ tenuis mem-  
 brane interuentu posterior pars dorsali medul-  
 lae committitur. Non aliter, mihi crede, quam  
 si Natura cerebellum condidisset, vt dorsali me-  
 dulle transmissum à cerebri sinibus spirituum  
 magis adaptaret, tuereturq;: A cerebello etenim  
 quant

qua  
 ren  
 à ce  
 ris,  
 gine  
 prof  
 & a  
 ne q  
 serer  
 belli  
 uitus  
 cereb  
 cit, e  
 quaq  
 salis  
 color  
 corre  
 ciner  
 bus li  
 nus fa  
 tis m  
 subna  
 ipse or  
 lution  
 destit  
 substant  
 aut le  
 scere

quantumuis in ipsis duritici à cerebro differentia assignanda, & ratione cur cerebellum à cerebro diuisum sit expendenda sollicitus fueris, nullius omnino vel minimi neruuli propaginem à cerebello ortum deducere reperies. & profecto nulla est cerebri quæ frontem spectat, & qua in occipitium etiam longius in homine quam ipsum cerebellum fertur, in duritie differentia: neque etiam adeò notatu digna cerebelli, quum tenui membrana id liberatum cernitur, cum cerebro in duritia est pugna. At ut cerebri basis, unde dorsalis medulla ortum ducit, ceteris omnibus cerebri partibus, & ipso quoque cerebello durior uisitur, ita quoque dorsalis suo principio sensim durior euadit, neque colore, neque duritia cerebello ipsi supernato correspondens. Cerebellum enim magis flauum, cinericium uè est, perquam paucis albescentibus lineis interstinctum, & duntaxat in sui sinus superficie candicans. vniuersum uerò dorsalis medulle initium cerebello adhuc in capite subnatum albissimum est, ut & cerebri basis ipsi originem præbens, que omni prorsus reuolutione ac anfractu quibus cerebellum scætet, destituitur. Porro que horum omnium sit substantia, vel in mensa etiam ex vitulorum, aut leporum, aut auis alicuius cerebris discernere integrum erit. est autem substantia

Z quæd

quedam peculiaris & propria, qualem in uniuerso corpore similem nullam reperiās, ad ingenitas cerebro actiones idonea: non minus sane quam cordis substantia, & pulmonum caro, & iecoris, & lienis, & renum, & testium suis quibus presunt functionibus aptissima censetur. Cerebri substantia, quam capit is medullam alij appellarunt, ab osium medulla differt, tum alijs plerisque accidentibus, tum quod lique fieri nequeat, neque in edie tempore aut alijs occasionibus, vt reliqua corporis pinguedo absumatur, minuatur, &c. Hæc non vniuersa candida, verum quicquid reuolutionibus proximum est, subflauum aut subcinericium est, æquali semper à reuolutionis superficie distantia. quanto namque reuolutionis profunditas est, tanto quoque ab intima reuolutionis parte intervallo, in cerebri substantia, quem diximus, color obseruatur: quasi rursus color ille in substantia, quod ad colorem attinet, reuolutiones duplicaret. Quicquid autem cerebri ita coloratum non est, albissimum & candidum prorsus videntur. Verum vt permulte cerebelli sunt inuolutiones, ita quoque vniuersum propemodum, vti paulo ante admonui, secantibus flauū occurrit. Quacumque itaque ex parte cerebri cerebelli, vt substantiam tenui qua proximè continetur membrana detexeris, hanc subflauam ac velut aqueo lute

move oblitam, & nunquam venis implicitam  
 adinuenies, etiam si interdum rubra & veluti  
 sanguinea puncta in illorum cerebri substantia  
 in illis potissimum obseruaturus sis, qui  
 phrenitide ante mortem laborarunt, verum il-  
 la nullam venæ exprimunt imaginem. Cere-  
 brum namq; ex nullo vase alimentum assumit,  
 quam ex his que tenui membrana suffulta ipsi  
 circumdantur. vt autem illi frequentia vasa  
 undique obducerentur, cerebrum in tot quot di-  
 ximus partes precipue diuisum fuit: quæquam  
 etiam diuisiones ille, vt & anfractus ad mol-  
 lem cerebri substantiam ne concidat sustinen-  
 dam, equaliterq; suffulciendam, non mediocri-  
 ter auxiliatur. Parum enim Galeni rationi cur  
 cerebrum diuisum, aut, vt ipse loquitur, gemi-  
 num sit, tribuo. inquit namq; cerebrum hac oc-  
 casione geminum esse, vt quemadmodum vno  
 oculo vitiato, aut vno teste execto, alterum ser-  
 uamus: ita etiã dextro cerebri vetriculo lesò,  
 sinister adhuc suo munere fungeretur. Hæc siqui-  
 de Galeni ratio aliquæ in copia vetriculorũ re-  
 tensenda locũ fortassis haberet, nõ autẽ in enar-  
 vanda cerebri diuisione, quũ id nisi supra vetricu-  
 los geminũ diuisum re sit. callosum enim nobis  
 vocandũ corpus, quod cerebri partium cõtinuita-  
 tem commonstrat, ad elatissimã dextri & sini-  
 stri vetriculorũ sedem consistit. Caterũ nunc

Lib. 8. de  
 vsu partium.

tempestiuum erit, cerebri ventriculos aggredi-  
atq; ita internā cerebri superficiē, queq; ipsius  
partes adhuc narrandæ supersunt, persequi.

De calloso cerebri corpore, & dextri  
sinistriq; cerebri ventriculorū septo.

## CAPVT V.

**P**Aulo antè omnē cerebri cerebelliq; substan-  
tiam exteriùs tenui membrana circumda-  
tam, ea parte qua membranam respicit substan-  
tiam, & quasi cinericiā esse retuli. At quadam  
cerebri pars in externa ipsius superficie sese of-  
fert, tenui membrana non obuoluta, verum in-  
tima cerebri substantie modo, externa superfi-  
cie candicans albaq; & reliqua cerebri substan-  
tia ad superficiē consistente durior, vnde etiam  
vetustissimi Grecorum partem hanc *κωκκωδω*  
appellarunt, quos imitatus in orationis serie,  
hāc partem callosum corpus semper appellauit.  
Deinde Grecorū nōnullis id etiā à forma, quod  
inferiori sede arcus modo sinuatū sit, ac ab vsu  
quod sustineat, *κωκκωδω* vocatur: quāquam in  
cerebro corpus recēsebo, quod hoc nomine à plu-  
ribus magisq; ex merito donatur. Ceterum cal-  
losum corpus in medio cerebri visitur, si cerebri  
dextrū sinistrūq; & basis cerebri mediū in ha-  
miliori ipsius sede, et elatissimā cerebri in verti-  
ce regionē spectes, & quodāmodo etiā ad priora  
posterioraq; facta cōparatiōe. Callosi enim cor-  
porū

poris postrema pars anteriori cerebri sedi paulo vicinior est, quam antica posteriori. In conspectum autem secantibus venit, leuiter dextra cerebri parte à sinistra manibus dirempta. quicquid enim ita diducto cerebro, inibi partes ipsius vnit, album candicansq; conspicitur, ipsumq; callosum est corpus, longum quidem sed arcum. Præsens corpus in illa superficie que ita diducto cerebro in conspectum venit, gibbosum cernitur, eo quasi pacto, quo capitis vertex supra elatissimam frontis & occipitiū sedem, & capitis latera protuberat: quanquam adhuc callosi corporis obliquitas non adeo insignis est, atq; verticis iam dictæ partis. Quemadmodum vero cerebrum, vt dicebam, diremptum superiore callosi corporis superficie egregiè leuem equalemq; ostendit, ita quoq; indicat corpus id communem cum cerebro partem esse, & non ex cerebri substantiæ superficie que mollior & subtilior est, sed ex intimiori substantia que durior & alba visitur, enasci. Observantur enim vtrinq; ad callosi corporis latera secundum ipsius longitudinem singuli sinus in cerebri substantia instar profundioris lineæ insculpti, ac cum superiori callosi corporis superficie eo magis patescentes, quo cerebrum vehementius, quasi id sursum in latera etiam acturus, diductum. Interior autè inferior ve ipsius superficies

dextro sinistroq; cerebri ventriculo adaperto  
 secantibus primū occurrit: quæ est secundam  
 callosi corporis longitudinem introrsum, et su-  
 perior extrorsum curuatur, haud tamē simplex  
 est. nam secundum callosi corporis longitudinem  
 due instar quartæ circuli partis insinuata su-  
 perfacies ducuntur, & in medio callosi corporis  
 tuberculum quoddam instar lineæ secundum il-  
 lius longitudinem exporrectum visitur, perinde  
 ac si altero quidem puncto duas quartas cir-  
 culi partes in callosi corporis medio iunctas, et  
 liquo autem puncto ad latera sursum proten-  
 sas, intelligeres. Præsens tuberculū deorsum pro-  
 minens, sensimq; extenuatum, tandem dextri  
 sinistriq; ventriculorum cerebri septum effici-  
 tur: & tota interna callosi corporis superficies  
 tanta dextri sinistriq; ventriculorum est por-  
 tio, quāta est hæc ipsius callosi corporis superfi-  
 cies. ac dextra quidē superficiei portio dextrum  
 ventriculum, sinistra autem sinistrum respici-  
 cit. Porrò dextri & sinistri ventriculorū septū  
 eadē cum cerebro cōstat substātia, sed in medio  
 quod ad superiora & inferiora attinet, adeo est  
 tenue, ut quā clara luce consēctionem admiri-  
 stramus, aut in altero tantum latere candelam  
 admouemus, splendor ipsius pelluceat, similiter  
 lapidibus hisce specularibus, quos extremates, et  
 quā exactissimē leuigantes instar orbū aut



quadrangulorum in ostiorum & fenestrarum lapidibus Italos architectos in glutinare cernimus. Commodius tamē hanc septi regionē madida hostiæ, quales missæ sacerdotes adhibere solent, quàm duris illis lapidibus comparaueris. Nisi etiam quia id corpus diaphonum quodam modo est, illud cum speculari lapide conferre visum sit. In superiori parte qua septum toti longitudini corporis calloso continuatur, & inferiori qua superiori parti eius cerebri partis, quæ fornici cameræ ve simillimā esse dicemus committitur, ipsum crassius quàm in media regione existit. Quandoquidem humiliorem septi sedem corpus testudinis modo effigiatum ex superiori sua parte educit, quæ admodum superior septi pars ab inferiori calloso corporis regione enascitur, produciturq;. Callosum corpus viâ cum septo nullis venis, neq; etiam tenui membrana, vel aliqua etiam parte attextum est, sed è vicinis partibus nutrimentum mutuatur. Non enim adeo grandis, crassaq; cerebri est portio, ut priuatis vasis indigeat, quamuis interim magnum animanti usum præbeat. Huius siquidem interuentu, dextra cerebri pars sinistrae continuatur, deinde dextri & sinistri cerebri vetriculorum septum producit, atq; id etiâ subleuat, ac demum eius septi interuentu attollit fulcitq; testudinis instar effigiatum corpus, quo minus

id magno omnium cerebri functionū malo communem duorum cerebri ventriculorum cavitatem compressurum delabatur. Ceterum duo sinus in cerebri substantia profundioris lineæ rictu ad superiorem corporis callosi superficiem incisi, præter hoc quòd ea cerebri pars calloso corpori producendo inepta sit, idq; ex penitiori substantia enasci debeat, ad pituitæ defluxum ex superioribus cerebri partibus facere creduntur, quam excipientes per gibbam callosi corporis superficiem in anteriora profluere sinunt. Verum de pituitam expurgantibus meatibus suo loco agendum erit, nunc autem ventriculi oportune pertractabuntur.

## De cerebri ventriculis.

CAP. VI.

Ventriculorum cerebri numero is ascribitur, qui cerebello dorsaliq; medulla communis est, ac quartus etiam dicitur. tres namq; in cerebro ventriculos, Herophilum imitati, collocamus. Ac vnum quidem in dextra cerebri parte, alterum in sinistra, & tertium in cerebro, seu duorum primorum ventriculorum medio recensemus. Dexter prorsus cum sinistro situ, forma, magnitudine, alijsq; omnibus que in partium constructione examinari solita sunt correspondet: quare etiam singula que de dextero scribentur, de sinistro quoq; nos dixisse arbitrari

conduc

conduxerit. Ponitur autem in dextra cerebri  
 parte secundum totam quasi huius partis longi-  
 tudinem protensus. tantum enim antica sede à  
 fronte, quantum postica ab occipitio distat. re-  
 mouetur autem adeò illis locis ab externa cere-  
 bri superficie, quantum ipsius ventriculi dex-  
 trum, exterius ve latus à superficie cerebri di-  
 stat, calvaria latera respiciente. Internum autem  
 ventriculi dextri latus secundum callosi corpo-  
 ris longitudinem sinistri ventriculi interno la-  
 teri proximum est: neq; aliud interstitium am-  
 bos separat, quam tenuis quedam, & velut quod  
 ad subtilitatem attinet membranæ cerebri por-  
 ticula, quam septum vocauimus, atq; à calloso  
 corpore enatam, toti superiori parti secundum  
 longitudinem camere modo extructi corporis  
 continuam connatamq; esse diximus. Dextri itaq;  
 & sinistri ventriculi latera toto spatio quo se-  
 ptum illud porrigitur, quata ve callosi corporis  
 est longitudo, minimo interuallo ab inuicem re-  
 mouentur. Verum vbi in ea cerebri parte consi-  
 stant, que prorsus diuiditur, vt illa que cerebel-  
 lo incumbit, & que fronti proxima est, ibi ven-  
 triculi latera mutuo maxime distant: nam præ-  
 ter cerebri membranas hanc sectionem subin-  
 trantes, etiam plurima cerebri substantia ven-  
 triculos dirimit. Vnde etiam fit, dextrum exte-  
 rius ve dextri ventriculi latus, nonnihil obliquè  
 duci.

duci. Anteriùs enim & posteriùs in dextrum  
 magis quàm in medio accedit sinistrum autem  
 latus sinistrorsum magis media ipsius sede, quàm  
 eius extremis protenditur. Anterior ventriculi  
 pars obtusa est & rotunda, non autem vt omnes  
 mihi scribere videntur, in acutum versus olfa-  
 ctus organa, aut visorios nervos desinens. Neq;  
 etiam hac parte aliquem ductum à se porrigit,  
 nisi quod interno latere, vt mox dicà diffusus,  
 declinans ad tertium ventriculum pertingat. Ce-  
 terùm posterior ventriculi regio occipitium re-  
 spiciens, obtusa quidem est & rotunda, at deorsum  
 sensim in cerebri substantia versus priora  
 paulatim arctata tantisper descendit, donec ibi-  
 dem desinat, vbi olfactus organorum & visio-  
 riorum neruorum consistit principium, & quàm  
 maximi saporaliu arteriarum rami in cere-  
 brum feruntur. Atq; hic ductus si longitudinem  
 spectes longior est, quàm media ipsius ventri-  
 culi longitudo, quàm ab occipitio ad frontem  
 protendi diximus. & sub media etiam illa lon-  
 gitudine ductus hic in cerebri substantia ten-  
 ditur, cornu modò in mucronem desinens, qui  
 non in visorios neruorum & olfactus or-  
 ganorum initia finit, & quadam continuitate  
 neruos illos & organa olfactus nequaquàm per-  
 forat: verùm in vnam cerebri reuolutionè ibi-  
 dem ad cerebri basim terminatur, atque in se  
 maxim

maximam cerebrum petentem arteriam cum  
 tenuis membrane processu illam suffulciēte ad-  
 mittit. Hec quum dico, innumera Galeni do-  
 gmata mihi reclamare haud ambigo, quae olfa-  
 ctus organa cerebri anteriores esse ventriculos  
 docēt, et eosdē ventriculos tenues sensim factos  
 in visorios nervos suo mucrone finire, & quod  
 longē alienissimum est, anteriores hos cerebri  
 ventriculos versus nares pituitam eructare at-  
 testatur, eiusmodiq; non pauca, quae potius ex  
 refectione, quā prolixa quapiam disceptatio-  
 ne disci consuluerim. Quandoquidem haec aded  
 manifesta sunt, vt admonuisse tantum abun-  
 de sit, si modo non duntaxat libris confusus, tuis  
 manibus cerebrum etiam aggrediaris, aut alte-  
 ri accuratē secanti astiteris. Vniuersa igitur  
 ventriculi superficies leuis & aequo humore  
 oblita, & inter diffecandum subinde eodem op-  
 pleta conspicitur. Superior ventriculi pars omni  
 inequalitate est expers, quemadmodum &  
 utraq; latera, nisi quod leuis ille ventriculi ob-  
 liquus ductus quasi tubera inducere videatur.  
 Inferiorem ventriculi partem inaequalem effi-  
 cit sinus quidam, ex posterioris ventriculi se-  
 dis externo latere antrorsum obliquē ad com-  
 munem ventriculorum cauitatem prorepens,  
 atque ad pituita leuiorem defluxum paratus.  
 Dem ad inequalitatem facit ea ventriculi pars,  
 qua

que deorsum versus anteriora è posteriori ven-  
 triculi sede prorepat. Ille nanq; ventriculi re-  
 flexus vna cum sinu illo in causa est, vt ven-  
 triculus quodammodo in anteriori posterioriq;  
 inferioris sedis ventriculi regionibus extuberet.  
 qui à dextro latere declinans ad sinistrum latus  
 fertur, versus communem ventriculorum am-  
 plitudinem. Inferiores enim ventriculi dextri  
 & sinistri partes, que tota callosi corporis lon-  
 gitudine continue videntur, versus vtriusque  
 medium communem eorundem cavitatem de-  
 orsum inclinatur, neq; vt superiores partes &  
 latera orbiculate, & ab inuicem septo aliquo  
 diremptæ sunt. Neq; profecto aliud est commu-  
 nis ventriculorum cavitatis, quam inferiorum  
 dextri & sinistri ventriculorum partium sub  
 corpore testudinis imagini à dissectionis pro-  
 fessoribus comparato descensus concursusq; qui  
 inferiori parte oblongam vallem duorum vici-  
 norum montium exprimit, acutum ve secun-  
 dum ipsius longitudinem angulum efformat.  
 Superiori verò sede ad testudinem imitantis  
 corporis effigiem cavitatis illa secundum concavum  
 orbiculata, teres ve videntur. Cuiusmodi verò  
 corpus illud sit, paulo post explicabitur. nunc in-  
 terim ventriculorum sermone tantum institu-  
 to, quorum iam duos dextrum videlicet & si-  
 nistrum recensuimus, & propemodum etiam  
 tres

tertium, qui communis amborum est concavitas, que binos à se educit meatus, quorum vnus ex humiliori ipsius sede, vbi acutum angulum secundum totam sui longitudinem vallis cuiusdam ritu exprimit, recta deorsum versus glandem porrigitur, cerebri pituitam excipientem. Alter autem meatus qui posterior est, tertij ventriculi non minima pars censendus venit, qui inter cerebri testes & nates ac super dorsalis medulle initium declinat, ad quartum ventriculum retrorsum pertinet. Meatus huius initium non adamsim orbiculare visitur, sed quodammodo triangulare. seruat enim in inferiori sede acutum sue concavitate unde prodit angulum: in superiori verò meatus parte, que glandis vasorum tertium cerebri ventriculum per tentium divisioni præest, proxima conspicitur, transuersa linea anguli illius latera connectit, ipsaq; cum illis alios duos angulos constituit. Atq; huiusmodi etiam meatus ipsius orificium est, quo quartum ventriculum sub cerebri natis respicit. Ex inferiori meatus angulo, quò primum inter cerebri testes ferri incipit, meatus alius raro educitur, qui per cerebri substantiam deorsum in priora protensus, tandem ad cyathum vsq; peruenit, quem cerebri pituitam excipere docebimus. Caterum quartus ventriculus, ad quem posterior meatus tertij ventriculi

culi porrigitur, ex dorsalis medulle & cerebelli sinibus componitur, non secus quam si utraq; manus unam cavitatem fingeres. totus enim ventriculus in cerebelli corpore haud insculpitur. Dorsalis itaq; medulla ex cerebro prodit, ubi tertius ventriculus meatum versus quartum ventriculum primum porrigit, testesq; ipsi & nates dorsalis medulle principio continuantur, ac meatum illum tertij ventriculi cum dorsalis medulle initio aequaliter deducunt, ita ut meatus superior pars illis, inferior autem dorsali medulle incisa sit. Postquam verò meatus ille nates superavit, eius portio quæ dorsali incisa videtur, dilatari incipit, ac sinum efformat vsq; ad eum ferè dorsalis medulle locum, quæ calvariam hæc egressura est, pertinentem. Sinum hunc rectissime Herophilus concavitati assimilavit calami quo scribimus, nam si huic sinui eam calami partem, quæ atramento intingimus, comparaveris, animadvertes profecto calami orificium ubi adhuc calamus teres est, & sectioni vicinus, tertij ventriculi meatus fini respondere, qui subnatis prominere: deinde cuspidè quo literas fingimus, similem observabis infimæ sinus parti, quæ in dorsalem medullam iam ex calvaria excisuræ, veluti porum angustumq; meatum producit. duos autem calami angulos, quos inter mucronem

et elat



& elatissime sectionis initium fingimus, cavi-  
 tatisq; calami latera sinus lateribus similima  
 offendes. Ad huius cavitatis latera, ubi anguli  
 illi consistunt, unus utrobique dorsalis medullæ  
 processus orbicularis habetur, cui duntaxat ce-  
 rebellum adnascitur, continuumq; cum dorsali  
 medulla corpus efficitur. Atq; huiusmodi dorsa-  
 lis medullæ cavitatis est, alteram quarti ventriculi  
 cavitatem constituens. Quæ autem in cerebello  
 spectatur, uti iam dicturus sum se habet. inter  
 duas orbiculares cerebelli sedes, quibus dorsali  
 medulla continuatur: et inter eius cerebelli par-  
 tis extrema, quam veluti tertiam ipsius portio-  
 nem recensuimus, sinus quidam imprimatur la-  
 tior quam longior, non tamen admodum profun-  
 dus, qui alteram quarti ventriculi partem con-  
 stituit, in anteriori & posteriori sede patentis,  
 quod neq; anterior neq; posterior cerebelli pars  
 dorsali medullæ adnascatur. quavis interim si-  
 nus hic tenui cerebri membrana, et anteriori et  
 posteriori parte occludatur. In anteriori enim  
 parte tenuis membrana, qua cerebellum cerebro  
 & cerebri natibus committit, sinum obuoluit, po-  
 steriorem vero sinus sedem obstruit, eius loci te-  
 nuis membranæ portio cerebellum dorsali me-  
 dulle ibidem colligans. Quartus ventriculus  
 nihil in se præter aqueum humorem, qui &  
 alij ventriculis communis est, inter disseccandum  
 consti

continere animaduertitur, quemadmodum neque  
 meatus ex tertio cerebri ventriculo in quartum  
 pertinens. Porro dexter & sinister præter  
 huiusmodi humorem etiam plexum quandam  
 in se continent, quem dissectionum periti ex-  
 timo fœtus inuolucro comparant. Communis  
 autem cavitatis, seu tertius ventriculus veno-  
 sum illud vas deducit, quod plexus illius con-  
 stituendi gratia à quarto dura membrana sum  
 in tertio libro propagari docuimus. Deinde an-  
 terior quoque horum ventriculorum pars ab illo  
 vase venulas impense graciles interdum assu-  
 mit, illis quàm simillimas quibus adherentem  
 oculi tunicam exornari conspiciamus. atque huius-  
 modi venula ventriculorum superficie ad-  
 nascuntur facilius, quòd durior & quasi callo-  
 sior cerebri substantia in ventriculorum super-  
 ficie, quàm alibi esse videatur. Ceterum Gal-  
 lenum miror, ceterosque omnes, qui post illum  
 in Anatome nobis quicquam prodiderunt, &  
 ab ipso perperam citra sectionis aggressum illi  
 nimium fidentes (si modo quid boni complexi  
 sint) præpompere, quod hos scribere non pudeat,  
 trium cerebri ventriculorum superficiem tenui  
 membrana, uti ipsum cerebrum cingi obdu-  
 ctique; quartum autem non ita: quum nulla pro-  
 fusus alicuius ventriculi meatus ve superficie  
 tenui membrana obuoluetur. Quis enim, obje-  
 cri;

cro, diligenter humana fabricæ partes exami-  
nans, neq; alicuius scriptis picturis' ve (vti sa-  
nè debet nemo) solum adductus, non vel hinc  
conspiciet, Galenũ pleraq; & præcipuè in li-  
bris de Vsu partium imaginatum fuisse? Arbi-  
trabatur nanque tam mollem cerebri esse sub-  
stantiam, vt incisi ipsi ventriculi in se colligi  
debuissent, si tenui membrana intus non succin-  
gerentur. verũm duriozem cerebello tribuens  
substantiam, sibi persuadebat, eius ventriculum  
citra membrane, quæ ipsi sulcri loco esset, bene-  
ficiũ posse contineri. Ego sanè arbitror Gale-  
num quum illos libros scriberet, apud Herophi-  
lum, aut Andream, aut Marinum, aut Lycum,  
aut alium quempiam ex illis proculdubio præ-  
stantissimis Alexandriae dissectionis professori-  
bus, tenuem cerebri membranam describenti-  
bus legisse, in tres cerebri ventriculo tenuis  
membrane processus partes' ve porrigi, at non  
item in quartum ventriculum. qua ratione illi  
ventriculos membrana quapiam veluti peri-  
toneo, aut tunica costis subducta succingi non  
indicabant, verũm eas tenuis membrane par-  
tes intelligebant, vasa in ventriculos deducen-  
tes, à quibus secundarum modo efformati ple-  
xus fabricantur, cuiusmodi pars in quartum  
ventriculum nulla porrigitur. Quinetiam præ-  
ter id quod ventriculi membranis neutiquam

succinguntur, illæ obstaculo essent, quo minus cerebri substantia materiâ suis ventriculis oblata, in animales spiritus, interstitio quodâ prepedita, emutaret. Ceterû præter narratos iam tenuis membrane processus dexter cerebri ventriculus, vti etiam sinister in posteriori sua fede, vbi deorsum reflecti incipit, principiu corporis camere aut testudinis modo effigiati continet, quod obiter additum adhuc esse (ne quid in ventriculorum constructione præmissum videatur) volui. nam peculiare illius corporis Caput presenti subijcietur, quod vt ventriculorum usum recenserem expeteret quidem. at quicquid propemodum adducere scriptisq; mandare ausus essem, in huius libri initio, vbi cerebri usus obiter errandus erat, recensui. Nihil enim in præsentia ventriculis aliud tribuere statui, quàm illos amplitudines sinusq; esse, in quibus attractus per inspirationem, ær, vitæq; spiritus à corde ipsis transmissus, priuata cerebri substantiæ vi in animale spiritum emutatur. qui postmodum per nervos ad sensuum motusq; organa distribuitur, vt illa huius spiritus beneficio, & apta suis munij constructione suo fungantur officio, quo musculi mouent, oculus videt, olfactus organa olfaciunt, auditus organa sonos percipiunt, & lingua saporis dignoscit, & demû omnis pars cui nervus ex-

prrigitur, tactiles qualitates dijudicat. Hunc  
 naque in gignendo animali spiritu vsu ven-  
 triculis ascribere neatiquam vereor, at de prin-  
 cipis anime facultatū in cerebro sedibus (quan-  
 tus etiam has illi qui hodie theologi vocari gau-  
 dent, omnia impune sibi licere arbitrati, assi-  
 gnent) nihil enarrandum duco. Quando omnes  
 quibuscum viuimus, præcipuas principis anime  
 vires simijs, canibus, equis, ouibus, bobus, eiusq;  
 generis animantibus penitus adimunt, & vt  
 ceteras taceam soli homini ratiocinandi facul-  
 tatem, eamq; omnibus quantum ab ipsis cape-  
 re possum, parem tribuunt: quamuis interim  
 homines nullo sinu illa animalia superare inter-  
 dissecandum conspiciamus: neque solum nume-  
 rus idem est, at cetera omnia (si modo molem  
 & temperamenti ad iustitiam integritatem  
 excipias) inter se sint similima. Liceat itaque  
 vel illorum hominum gratia me ab alio ven-  
 triculorum vsu inquirendo abstinere: neque  
 vel hic Galeni placiti meminisse, qui in tertio  
 de Hippocratis & Platonis dogmatibus, me-  
 diam ventriculum: in libris autem de Partium  
 vsu postremum, principalissimum esse docet. Ac  
 proinde Deo rerum omnium opifici hymnos ca-  
 nentes, gratias agemus, quod nobis rationa-  
 lem animam, quam cum angelis (vt Plato  
 etiam male tractatorum philosophorum haud  
 immemor

immemor innuebat) cōmunem habemus, largi-  
tus fuerit, cuius beneficio si modo fides adsit,  
eterna illa fœlicitate fruemur, quando anima  
sedem ac substantiã non corporum refectione,  
aut nostra corporeo vinculo obruta ratione in-  
quirere necessum erit. nã is qui vera est sapien-  
tia, nos non hoc generabili & putrescibili cor-  
pore amplius, sed spirituali suoq; quàm simili-  
mo constantes, edocebit. At quum adhuc id sa-  
mus quod nos esse debilis ratio dicitur, in reli-  
quis cerebri partibus summi rerum Opificii  
industriam pro virili indagemus.

De cerebri corpore, testudinis cameræ ve  
imagini à dissectionum peritis compa-  
rato.

CAP. VII.

**F**ornicis seu testudinis modo extractum cor-  
pus, in illarum cerebri partiũ numero re-  
ponendum venit, vel quarum etiã interneta  
dextram cerebri partem sinistra continuã esse  
nequimus insciari. Est itaq; id vnicum, & in  
cerebri medio repositum, ac pariter vtriusq; ce-  
rebri partibus commune. Hoc eandem cum cal-  
loso corpore substantiam, & parem quoq; lon-  
gitudinem, ac vsum etiam quodammodo eun-  
dem adipiscitur. Verũ forma ortusq; huic pec-  
uliaris accidit. Ex posteriori namq; dextri &  
sinistri ventriculorum sede, qua hæc deorsum  
in priora reflectitur, statim in ipso reflexu cor-  
pus

pus quoddam enascitur, similem prorsus sub-  
 stantiam cum cerebri ventriculorum substan-  
 tia sortitum, nisi quòd paulo quàm ventriculo-  
 rum substantia candidior, duriorq; visitur. Hu-  
 ius corporis pars, quàm dexter vètriculus edu-  
 cit, ei continua est, cuius principium ex sini-  
 stro pendet, ac simul ambæ partes latum quod-  
 dam corpus efficiunt, quod statim ab ortu à re-  
 liqua ventriculorù cerebri substantia abscedit,  
 ac sensim in acutum desinens antrorsum per-  
 fertur, ad eum vsq; cerebri locù pertingens, vbi  
 anterior cõmunis dextri & sinistri ventriculi  
 cavitas, tertij ve ventriculi pars cessat. Ibidem  
 namq; acuto quodã angulo corpus hoc substan-  
 tiæ cerebri rursus vmitur, cõtinum ve est, toto  
 reliquo ductu à principio statim inferiori ipsius  
 sede tribus cerebri ventriculis nusquam connat-  
 tum, corporis ve alicuius interuentu cõnexum.  
 Obtinet itaq; præsens corpus triangularem fi-  
 guram inæqualibus lateribus conformatam.  
 ac primum quidẽ latus, quod & breuissimum  
 est, à posteriori sede dextri ventriculi ad poste-  
 riorem sinistri protenditur. Alterum in dextro  
 cõmissit ventriculo, à posteriori ipsius sede ver-  
 sus interiora vsq; ad priorem tertij ventriculi  
 partem protensum. Tertium in sinistro positum  
 ventriculo, secundo lateri longitudine respon-  
 det. Secundum duo hæc latera plexus illi prore-

punt, quos ad secundarum formam dissectionis  
 professores extructos aiunt. Ceterum hi tres  
 huius corporis anguli duntaxat cerebro inferio-  
 ri corporis sede comati, continuiq; sunt. latera  
 enim omnia à cerebro prorsus abscedunt. Superio-  
 ri verò parte corpus id vnico tantum angu-  
 lo, qui acutus est, anterioraq; spectat cerebri  
 substantiæ continuatur. Inferiori sede corpus id  
 vnica donatur superficie, triangulari testudini  
 formici ve quàm similima. vnde etiam corpus  
 hoc, quemadmodum & ab vsu veteribus Graecis  
*Ψαμμοειδής* nuncupabatur. Haec superficies,  
 tertij ventriculi elatiore sedem constituit, ac  
 proinde etiam sub ipsa dextri sinistriq; ventri-  
 culi sit cõmunio. Ceterum superior huius corpo-  
 ris superficies, gibba, ac pro inferioris superficies  
 cauitatis ratione conuexa visitur, non tamen  
 simplex continuaq; vt illa. Ea nanq; secundum  
 corporis longitudinẽ in medio in acutum quo-  
 dammodo extuberat, continuaq; cum dextri  
 & sinistri ventriculi septo efficitur, adeò vt in  
 vtroq; latere vna haberi videatur superficies,  
 quæ in ipso corporis ex posteriori ventriculo  
 sede exortus impense orbicularis, ac oblonga spira-  
 re superficiei tam similis conspicitur, vt vnde-  
 lis hi exortus eousq; imposuerint, vt illos cere-  
 bri nates esse arbitrarentur. Alij, magno super-  
 cilio, vermi um cerebri loco, operæpretium se  
 quuntur



quippiã inuenisse iactitantes, in Italiae gymnasia-  
 stenderunt. At hic mihi sermo cohibendus  
 est, ne ad eiusmodi Anatomes imperitos homi-  
 nes expatietur: quibus non sat fuit omnia igno-  
 rasse, nisi sibi particula, nullius in medicina  
 vsus, inuentione magno fastu vendicaret, quã  
 forte à Galeno eleganter accurateq; perscriptã  
 nugacissimè & falso comonstrarent. Corporis  
 naq; testudinis modo conformati omnes super-  
 ficies, quæ leues omnino sunt, & aqueo humo-  
 re persusa, tres cerebri spectant ventriculos. to-  
 ta enim inferior ipsius superficies tertij ventri-  
 culi superiorem sedem, vti iam dictum est, con-  
 ficit: dextra pars superioris superficiei dextrum  
 respicit ventriculum, sinistra sinistrũ. Vt verò  
 ventriculos ipsos neutiquam tenui membrana  
 succingi relatum est: ita quoq; hoc corpus tenui  
 membrana prorsus liberum est, nihil aliud in  
 sui constructionem præter cerebri substantiam  
 admittens. Porro Natura id creauit, vt instar  
 testudinis superiorum corporum impetum, quo-  
 minus illa corruant, sustinentis, tertium cere-  
 bri ventriculũ amplũ seruet, seseq; ipsum haud  
 concidere sinat. ad quẽ vsus præter aptam con-  
 structionem, tres eius anguli quibus se sustinet,  
 auxiliantur. quinetiã septum ventriculorũ, cal-  
 losi corporis beneficio sursum tractũ, hoc quoq;  
 corpus subleuat, attollitq;. Que quum ita sint,  
 aa 4 corpus

corpus istud magna ex parte tertij ventriculi  
 cauitatem efformat, & sub se vas, à quarto  
 dure membranae sinu, citra omnè compressum  
 securissimè deduci sinit: quod per tertium ven-  
 triculum rectà fertur, ac tandem bipartitum  
 in dextrum sinistramq; ventriculū digeritur.

De cerebri glande nucis pineæ imaginè  
 exprimente. CAP. XIII.

**I**Vxta posteriorem testudinis modo formati  
 corporis sedem, qua primum vas venosum  
 ex quarto dure membranae sinu in tertium ce-  
 rebri ventriculum porrigi incipit, glandulam  
 Natura condidit nuci pineæ aut turbinate fi-  
 guræ similè, ac proinde *λωοειδής* & *νωτοειδής*  
 à veteribus appellatam. Reponitur autem sub  
 rasis illius initio, mucrone suo sursum spectat:  
 basi verò, cerebri substantiæ incumbit paula  
 posterius quàm meatus initium visitur, qui  
 ex tertio cerebri ventriculo in quartum proce-  
 dit. Neq; profecto aliter ipsius situm exprimere  
 possim, nisi etiam eminentissimæ & anteriori  
 testium cerebri parti glandem illam inmiti ad-  
 ijerem. Huic nanq; cerebri parti in homine po-  
 tius inmititur, quàm quod quadam substantia  
 continuitate hic cerebri substantiæ continua,  
 aut quæpiam cerebri particula censenda esset.  
 In hominibus nanque cerebro vix hæret: fre-  
 quentissimèq; nisi quis mentem operi accom-  
 modet,

modet, in confectione una cum venoso vase a-  
 uelli consuevit. In agno autem, aut prouectoris  
 etatis oue, cerebro non heret modo, verum etiã  
 cerebri substantie quodammodo continua cer-  
 nitur. Insuper homo eam glandem, minorem  
 quam vel agnus, sortitur. vnde tũ hanc ipsam,  
 tum que sequenti Capite describentur organa  
 visurus, commodissimẽ agninum cerebrum ag-  
 gredieris. habebit enim id omnia proceriora, &  
 vt opportunẽ alicui rei eadem asimiles, acurã  
 tius conficta. Galenus glandem hanc que ce-  
 rebri substantia durior, magisq; ad glandis  
 quam ad cerebri naturam accedit, meatui à  
 tertio cerebri ventriculo in quartum porrecto  
 præesse, & quod aliquibus dissectionis professõ-  
 ribus visum erat, glãdem hanc meatum illum  
 occludere, aperireq; prorsus negat: non eandem  
 huic glandi, ac glandoso corpori vsum tribuẽs,  
 quod sub dextro ventriculi orificio, duodeno  
 intestino conuascitur, quodq; apertioni constri-  
 ctioniq; eius ventriculi orificij præesse arbitra-  
 tus est. Verũ vt id illius muneris gratia,  
 haud fabricatum suo loco ostendimus: sic etiã  
 hic cum Galeno testamur, presentem cerebri  
 glandem meatum nequaquam obturare, vel  
 ob hoc præcipuẽ quod haud quaquam meatum  
 adeo contingat, vt antè ipsius orificium con-  
 nuere possit. Verũ ob id factam opinor, vt

quemadmodum alia corporis glandula permul-  
te firmamentum esset vasi quod tertium cere-  
bri ventriculum accedit, & ab ortu statim in  
frequentes ramos tenui membrana contextas  
diuiditur, id ipsum suffulciens, ne meatus illius  
principio statim in ingressu incumbens eam  
obstrueret, animalemq; spiritum ex tertio cere-  
bri ventriculo in quartum ferri prohiberet.

De testibus & natibus cerebri.

CAP. IX.

**H**As quoque cerebri partes illarum classi-  
ficanumeramus, quae dextram cerebri par-  
tem sinistrae continuam esse arguunt. Sunt au-  
tem testes hi natesq; aliud nihil prorsus quam  
quedam cerebri particula in hoc fabricata, ut  
meatus ex tertio cerebri ventriculo quartum  
accedens ventriculum tuto citra aliquem a su-  
perioribus cerebri partibus compressum dedu-  
ceretur: neq; etiã, etsi multitudinis nomine par-  
ticula nominatur, ob id in plures distinctasq;  
partes diuisa est. nam vnica cernitur, elegãter  
à quadã similitudine haec nomina sibi relicta.  
Reponitur enim illa cerebri pars inter antero-  
rem cerebelli sedem, & posteriore tertij ventri-  
culi partem: deinde inferiori sede spectat dor-  
sali medullae initium, superiori eam cerebri par-  
tem que cerebello iam inuiti incipit. Cõtinua-

tur autem cerebro, aut (vt rectius dicam) à cerebro nascitur tota, anteriori scilicet sede sua & inferiori: in lateribus autem & superiori & posteriori partibus nulli particula cõtinnua est, sed tantum tenui membrana vt reliqua cerebri superficies obducitur. Substantia ipsius, quoniam tenui membrana succingitur, subflaua est, illiq; substantie cerebri respondet, quæ proximè tenui membrana passim accedit. In superiori parte iuxta anteriora, glandula incumbit ipsi, quam paulo antè vasorum deductus præfectam ostendimus. Pars hæc, effigiẽ quandam exprimit, duabus sibi commissis natibus quàm simillimam. Verùm quoniam superior ipsius pars testes magis, propter glandem illam quæ peni assimilatur, refert, veteres qui pueros iure hereditario domi in consecutionibus exercebant, ad usus eam appellauere. Nos itaq; illos imitati, testes ipsam & gemellos nuncupamus. Ceterùm quia in posteriori inferioriq; huius corporis parte prominet orificium meatus illius qui ex tertio ventriculo quartum petit, quodq; id orificium similitudinem ani referre videtur, & in posteriori huius cerebri partis sede impressio quedam instar lineæ transuersim feratur, superiora quodammodo ab inferioribus distinguens, huic posteriori inferioriq; parti præterit nomen veteres indidisse arbitror, nos autem

autem natulas, aut clunes dicere poterimus. Ceterum temporis successu videntur Greci hec nomina confudisse, & partem hanc que meatum ex tertio ventriculo in quartum summa Opificis solertia deducit, continetq; modo dudum, modo γλῆτια appellauisse.

De cerebelli processibus vermis imaginem exprimentibus, ac demum tendentibus illos continentibus. CAP. X.

**S**uperius cerebelli formam explicates, cuiusmodi vermiformes cerebelli processus sunt, innuimus. Dicebamus namq; vnā quodammodo cerebelli partem à prioribus in posteriora, veluti in orbem duci, eamq; talibus implexā reuolutionibus, vt vermis in ligno nascentis effigiem appositissimè ostenderet. Duo huius partis apices, quorum hic anteriorem ventriculi cerebelli & dorsali medullæ communis sedem respicit, ille verò posteriorē, procul dubio à dicta nuper similitudine veteribus Grecis σκωδανοςειδής nuncupantur. Nihil enim aliud sunt quam prominentior cerebelli substantia, vermem (vti dicebā) referens. At non satis scio, quid Galeno in mentem venerit, quod vermiformem processum meatus ex tertio ventriculo in quartum pertinētis orificio inferiori perfectum esse suxerit, ac velut alterius tantum processus apicis' ve vsū explicauerit. Quamuis etiam

etiam vix satis mihi constet, vtrum ipsorum, anteriorem videlicet aut posteriorem indicaverit. Nam si priorem intelligit, is suo apice, quum ad posteriora ex anterioribus ducetur, ad meatus orificium nequaquam sese producere possit: imò si proreperet, in posteriora magis dirigeretur, communem cerebelli & dorsalis medulle ventriculum potius occupaturus. Posterior processus, qui in priora ex posterioribus protenditur, præterquam quòd suo apice in cerebelli sinus substantiam confundi magis quàm prior videatur, neque vt ille promineat, neutiquam ad communis eius ventriculi orificium vsque produci possit. Sed quorsum hæc commemoro? quum neminem ambigere arbitrer, meatum illum ex tertio cerebri ventriculo in illum qui cerebello dorsaliq; medulle communis censetur, pertinentem, nunquam debere occludi, quum nullum obstructionis usum, quicquid nobis consinxerimus, indagare valeamus: quum interim vt continuò in dorsalem medullam animalis spiritus confluat, illum perpetuò patere ex vsu sit. Neq; quenquam, nisi fortè ab Alberto, Thoma, Scoto, eiusq; cohortis Theologis, edoetum esse opinor, qui alterum vermium (nam vtriusque par vsus in vnus orificij clausione esse nequit) meatui huic præfectum esse sibi persuaderet, vt phantasmata in

memo

memorie sedem, quam in cerebello esse confu-  
 gunt, ingredi sineret: & rursus fures in memo-  
 rie carcere colligatos, in medium vetriculum,  
 quem rationis sedem esse aiunt, transmitteret.  
 Siquidem frustra tunc reru Opifex Deus eius-  
 modi vermiformes processus cani, omnibus, &  
 id genus ammantibus, quibus illi nullam ra-  
 tiocinandi vim asseribunt, elargiretur. Sed in  
 de, obsecro, huic processui iste ex voluntate sua  
 pendens motus obtingeret? & si ipsi processui  
 aliquis forte motus peculiaris alicuius substan-  
 tie aut temperiei ratione assignandus esset, non  
 tamen vermiformi modo processus is educi contra-  
 hiqui posset: quandoquidem reuolutiones illas,  
 quarum gratia processus isti vermibus com-  
 parantur, non orbiculatim ipsos vt vermium  
 gyros ambiunt: neque quo sese processus illi repen-  
 do firmaret aliud est, quam qua secundum eo-  
 rum etiam ductum continui sunt cerebelli sub-  
 stantie. Vt cumque sit, mihi in presentia sat est, lo-  
 cum constructionemque horum processuum in-  
 dicauisse: illis interim nullum motu aut vsum  
 alium tribuenti, quam relique cerebelli substan-  
 tie. & si quid confingere liberet, non vnus tan-  
 tum processus, quem Galenus aliquando dum-  
 taxat cognouisse videtur, sed duorum, quos rursus  
 solo multitudinis nomine indicauit, vsus  
 nugacissime e mentirer, intrepide asserens ante  
 rior

riore  
 magis  
 quar  
 situi  
 vero  
 do pr  
 confir  
 riori  
 do ex  
 dam  
 exten  
 rursus  
 tus, q  
 mare  
 eamq  
 & in  
 modu  
 multo  
 membr  
 colliga  
 laueri  
 cessus  
 tar, n  
 sunt i  
 nunc e  
 quocun  
 dor fal  
 qua r



riorem quam elongatur, atque in posteriora magis ducitur, sese extenuare, atque principium quarti ventriculi, cuius superiorem sedem constituit, amplius apertiusque reddere. Posteriorem verò processum similiter in anteriora aliquando produci, ac attenuari, ob idque viam aperire confingerem, quae ex quarti ventriculi posteriori sede in dorsalis medullae regionem, quae modo ex calvaria procidit, instar meatus cuiusdam terminatur. Atque ut processus quoties extenuarentur, apertioni praesse dicerem: ita rursus eosdem collectos, ob idque incrassatos meatus, quibus praesunt, angustiores reddere affirmarem. At mihi non libet parvam aliquam, eamque falsam Creatoris industriam recensere, & interim reliquum cerebri artificium prope modum uniuersum destruere. Vnde etiam multo maxime Galenum miror, qui tenuis membranae partes cerebellum cerebri testibus colligantes, tendines & veluti vincula appellauerit, quae utrinque latera vermiformis processus complecterentur, ne forte dum is mouetur, in obliquum declinet. Nihil enim aliud sunt illi Galeni tendines vinculaeue, quam nunc dictae tenuis membranae portiones. Mirum quoque est, eam tenuis membranae sedem, quae dorsali medullae posteriorem cerebelli partem, quae vermiforme illud corpus intrò ac ad anteriora

riora versus quartum ventriculum reflectitur, colligat, in tēdinum numero Galenum non reposuisse, quum illa membranae portio posteriori processum exactius quàm priorem eius sedis membranae pars dirigeret.

De infundibulo, & glandula pituitam cerebri excipiente, reliquisq; ductibus eandem expurgantibus. C A P. X. I.

**C**aluarie suturas ad fuliginosorum cerebri excrementorum transitum summopere opitulari, primus liber vbi suturarum vsus recensebatur, ostendit. Praesens autem locus exigit, vt partes singulas pituitose excretionis simulantes enumeremus. Sunt autem haec duo in cerebri substantia insculpti meatus, dem tenuis membranae portio infundibuli instar efformata, postmodum glandula infundibuli huius mucronem excipiens, & meatus à glandula hac ad palatum nariumq; foramina pituitam deducētes. Duos equidem cerebri meatus, quum tertium cerebri ventriculum, seu communem dextri sinistriq; ventriculi cavitatem prosequerent, antea recensui. ac vnum quidem insigni sitis amplitudine ex media communis cavitatis sede recta deorsum in cerebri substantia insinuatum descendere dixi, ita sanè vt praesentis meatus finis è regione eius caluarie partis sit, quae sinum glandulae qua cerebri pituita excipitur

pitur reponēde aptum, cōstituit. Alter meatus,  
 quem rarissimè observauī, quiq; dicto longè ar-  
 ctior secātibus occurrit, ac ex meatu illo deducit  
 tur, qui à tertio ventriculo in quartum per ce-  
 rebri testes natesq; pertingit. quāprimum enim  
 meatus is cerebri testes subire incipit, ex ante-  
 riori inferiori ve ipsius sede, alter pituita expur-  
 gande subseruiēs cerebri meatus producitur, sen-  
 sim deorsum in anteriora tātisper protensus, dū  
 in sinē primi meatus terminetur, idemq; ex am-  
 bobus meatibus orificiū cōsurgat. Ad huius ori-  
 ficij latera, tenuis mēbrana etiā hic cerebelli ba-  
 sim succingēs, orbiculatim à se educit sui portio-  
 nem processum ve, substātia prorsus cū reliqua  
 tenui mēbrana similē, nisi quod gracilibus pror-  
 sus venis, quāquā interim frequētibus, inter-  
 textitur. Præsens processus initiū accuratè re-  
 fert elatissimā regionē infundibuli, quo in an-  
 gustioris orificij lagenas vinum infunditur. est  
 enim amplum, & orbiculare. Ab exortu verò  
 sensim in arctum infundibuli quoq; modo cogi-  
 tur, donec eādem veluti in angustā oblongamq;  
 fistulā, similiter atq; infundibula, finiatur. que de-  
 orsum protēsa, per peculiare sibi in dura cerebri  
 membrana excisum foramē descendit, suo mu-  
 crone ad glādem qua cerebri pituita excipitur,  
 desinens. Adeò vt vniuersum hoc mēbraneum  
 corpus infundibulo, & imagine, & vsu quā-  
 b b simil

similitimum censeari debeat, vnde etiam Grecis  
 χοδον nuncupatur. quanquam etiam à scyphi,  
 seu in qua in balneis lauamur conche forma  
 (quam superior huius corporis pars exprimit)  
 τωδον & appelletur. Nilominus alibi à nomi-  
 num impostoribus, humilior corporis huius in-  
 fundibili fistule non absimilis, χοδον dicta vi-  
 detur. reliqua autem pars superior, que sensum  
 in arcum desinit, magnaq; ex parte visorij  
 neruis quæ illi inuicem coeunt, subtenditur, τωδον  
 & Rursum integrum hoc membranæ cor-  
 pus, τωδον nonnullis vocatum video; glandem  
 autem in quam pituita distillat, χοδον quasi  
 forma quepiam esset, in quam aliquid infundit  
 tur. Et si veteres, qui generis successione pueris  
 Anatomem edocebant, id nomen glandi non at-  
 tribuerint, eam inter omnes in caluarie ampli-  
 tudine repositas partes solam priuato nomine  
 indigam reliquisse videbuntur. Locatur autem  
 glandula sub dura cerebri membrana in pro-  
 prio ipsi in osse cuneum imitante exculpto si-  
 nu, cuius etiã effigiem exprimit. depressa namq;  
 est, & in humiliori parte quodammodo gibba-  
 sa orbicularisq; in superiori vero concava, &  
 sinu quodam insinuata, secundum orbem non  
 prorsus circularis conspicitur, verum paulo mi-  
 nus toto quadrata. Substantia constat glandu-  
 losa, sed cæterarum glandiũ corporis substantia

tōgē duriori et cōpactiori. Omni ex parte tenui  
 mēbrana obducitur, quæ aut ab infundibuli ter-  
 mino glādula sinui innato exoritur, aut etiā à  
 mēbrana caluarie os tota illa sede succingēte,  
 qua in hac regiōe dura cerebri mēbrana à cal-  
 uarie osse abscedit, distatq; . Huius caluarie os-  
 si obducte inibi mēbrana interuētu glādula fir-  
 matur, & etiam duabus insignioribus sopora-  
 lium arteriarū propaginibus adheret, quæ ad  
 ipsius latera prorepūt, et ridiculè in hominibus  
 reticularem plexū formare ceteris dissectiōnis  
 professoribus credūtur. Nō secus profectō quæ sū-  
 & illarū propaginū gratia, hæc glādula effin-  
 goretur, ipsisq; eūdē præberet vsum, quo reliquæ  
 glādula vasorū distributiōibus diductibusq; fir-  
 mātis & suffulciendis, præsumt. Porro ad huius  
 glādus latera deorsum vtrinq; canales duo de-  
 scendunt, ac vnus quidē versus anteriora pro-  
 repit in foramē desinens, quod secundū cerebri  
 neruorum par deducit, quodq; cōtra Galeni pla-  
 citum multo visorū nervi foramine maius esse  
 inuimus. Alter verò in posteriora magis de-  
 scendit, atq; per inæquale asperumq; foramē sen-  
 rimā ducitur, quæ ad anteriore sedem lateraq;  
 foraminis quod soporalis arterie insigniore ra-  
 mū in caluarie amplitudinem transmittit,  
 habetur. Atq; hæc omnia pituitæ cerebri eua-  
 cuanda ministrant, quippe duo meatus, quos in

cerebri substantia incisos diximus, ex cerebri  
 ventriculis humorem illum deducunt, atq; in  
 infundibulum defluere sinunt. Ipsum autem in-  
 fundibulum superius amplum latumq; extrui-  
 tur, non horum dūtaxat meatū, qui in vnum  
 tandem orificium desinunt, occasione, verum  
 etiam vt fines illos dextri sinistriq; ventriculo-  
 rum cerebri contineret, quos ex posteriori ven-  
 triculorum sede deorsum in anteriora reflexos  
 inter cerebri reuolutiones hic desinere commo-  
 morauimus, quandoquidem & hi sue sedis pi-  
 tuitam deserunt, atq; in infundibulum expor-  
 tunt. Præterea infundibulum ea constat ampli-  
 tudine, vt si quid pituitæ super callosum corpus  
 & sinus illos colligeretur, quos ad callosi corpo-  
 ris latera conspici retulimus, id ipsum in infun-  
 dibulum tenuis membrana beneficio procumbe-  
 ret. Siue enim eiusmodi humor ab anteriori cal-  
 losi ac instar arcus protuberantis corporis sede,  
 siue à posteriori descendat, ad tenuem membra-  
 nam cerebri basim inuestientem insuere, &  
 hinc paulatim in infundibuli amplitudinem  
 prolabi potest. Infundibulum verò ab omnibus  
 his ductibus pituitam excipiens in angustum  
 cogitur, vt tandem hanc per vnicum & prima-  
 tum sibi in dura membrana patens foramen de-  
 ducat, ac innoxie in illius glandule centrū pro-  
 manare sinat. Glandula quādā substantiæ fami-  
 liar

liar  
 tur  
 tuic  
 à la  
 per a  
 veni  
 Prim  
 est i  
 fede  
 guior  
 nanq  
 rum  
 quā  
 minu  
 lim e  
 deind  
 tia me  
 tater  
 tum is  
 minor  
 ta hic  
 ditoris  
 non pe  
 ementi  
 rum su  
 tuita q  
 dam de  
 periu

liaritate defluxus impetum sustinēs, & quan-  
 tum cōicere possum, os ab iniuria vindicās, pi-  
 tuitam hāc excipit, ac sensim citra stillicidium  
 à lateribus suis eam vndequaq; defluere sinit,  
 per omnia foramina hīc in caluarie basi tum  
 venis tum arterijs tum nervis ipsis exculpta.  
 Privatim enim pituitę gratia foramen nullum  
 ossi insinuat, nisi forsitan rima anteriorem  
 sedem lateraq; foraminis soporalis arterie infi-  
 guiore ramū deducētis ambiens. Ridiculum  
 nanq; est, quod Galenus de foraminibus spongia-  
 rum aut cribri perforationes referentibus nus-  
 quā nō comminiscitur, quū huius generis fora-  
 minulum sub glāde nullū cōsistat. Quod te mā-  
 lim ex ossis cuneum imitantis cōstructione, &  
 deinde humoris defluentis lentore & substan-  
 tia metiri diligenterq; expendere, quā re osci-  
 tanter indagata, solis autorum suffragijs dedi-  
 tum impietatis me arguere, tanquā Galeni o-  
 mniumq; quos legi dissectionis professorū decre-  
 ta hīc perturbem, quibus illi nos in tantam con-  
 ditoris admirationem allicere se arbitrantur:  
 non perpendentes, si ad eum modum quem illis  
 ementiuntur, Deus os illud creasset, quā pa-  
 rum fuisset providus, qui hīc continuū os ne pi-  
 tuita quicquam ipsi incommodaret procrean-  
 dum duxerit, tantum abest vt foraminibus  
 peruiū (vt ipsi cōsurgunt) fabrefecerit, præcipue

quum hæc caluarie pars tantis foraminibus  
 nervorum, venarum & arteriarum gratia sit  
 insculpta, & ipsum cuneiforme os hæc sede qua  
 glandula ei incumbit, intus duas tam insignes  
 & notatu dignas cauernulas adipiscitur, duo-  
 bus foraminibus in narium amplitudinem, uti  
 in primo docuimus libro, pertinentes: & si quan-  
 do ille cauernula, quemadmodum inter secu-  
 dum aliquando vidimus, non occurrent, tunc os  
 ipsum inibi vt calcis aut tali os solidum vis-  
 tur, & nihil æquè promptè demonstrat, ac per  
 ipsius foraminula seu cauernulas pituita nenti-  
 quam defluere. Decubit itaq; pituita & in pa-  
 latum per ea que palatum spectant foramina,  
 & non minima profecto portione per foramen  
 secundi paris nervorum ad oculorum sedis radi-  
 cem, & hinc per amplum foramen cum alijs  
 quamplurimis foraminibus, cæteris ignotjs dis-  
 sectionis professoribus, in narij amplitudinem  
 fertur. Neq; etiam ambigo, aliquem & hic ad-  
 miraturum, quamobrem nullos adhuc meatus  
 pituitam ad olfactus organorum sinus declu-  
 centes enarrauerim: quod sanè non ob aliud ac-  
 cidit, quam quod nullam prorsus pituitam per  
 hos sinus expurgari autemem, mireq; pluri-  
 mum, qua fronte alij per tenues illos ac neruis  
 non absimiles cerebri processus, quos olfactus  
 organo tribuimus, ab anterioribus cerebri ven-  
 tric



tuculis pituitam ad nares deduci, non erubue-  
 rint scribere: quum nullus omnino in ipsis me-  
 tus sit, neq; etiã in hominibus ea consentiant cras-  
 sitie, vt vel meatum quo pituita deduceretur,  
 habere possent. Adde nullum prorsus pituitæ du-  
 ctum ad olfactus organorum sinus imaginari  
 posse, nisi fortassis anteriorem callosi corporis  
 regionem, que pituitam sibi influentem in illam  
 summum olfactus organorum amplitudinem di-  
 mittere queat: vti fortassis accidit, si quando  
 cerebrum nimia pituita vexatur. vnde etiã  
 non naturalis per nares pituitæ fluxus perfici-  
 tur, & pruritus, calor, dolor & odorandi vir-  
 tutis noxa, eiusq; generis symptomata oborin-  
 tur quã plurima, quemadmodum indies in  
 distillationibus que ad narium summa perti-  
 nent, ac grauedines nuncupamus, accidere ex-  
 perimur. adeo sanè vt si ad amussim singula  
 perpenderit, necessario per olfactus organo-  
 rum sinus foraminula ve aut cribri aut spõgie  
 modo forata, quum lege Nature homo dispen-  
 satus, nihil pituitæ defluere fatendum erit: & si  
 forte casu defluit, non minus præter naturam  
 fluxum esse donabimus, quã quum foramina  
 que ad glandis exsculpuntur latera, totam pi-  
 tuitam non ad amussim deducunt, hæc q; deor-  
 sum versus foramen dorsali medulle transmit-  
 tendæ paratum decumbit: ac cum dorsali pro-  
 labens,

labens, in dorsum, & dein secundum nervorum ductum modo in brachia, modo in crura, modo in lumborum musculos, modo aliò quouis promanat. vt nunc taceam, quàm grauer Natura veniret incusanda, que tam patentes amplosq; pituitæ in caluarie amplitudine, dum adhuc tenuis aqueaq; est, ductus fecisset, adeò autem retortos angustosq; & inflexos in octauo capitis esse produxisset.

De cerebri plexibus, quorum alter reticulari, alter secundarum efformato plexui similis esse creditur.

C A P. XII.

**Q**uantum Galeno dissectionis professorum facile principi à medicis & Anatomicis illum secutis nonnunquam præter rationem attributum sit, vel beatus ille & mirabilis plexus reticularis attestatur, quæ is nullibi non in suis libris inculcat, quoq; nihil frequentius medicis in ore habent, eumq; etiam si nunquam (vt ferè nulla in humano corpore) viderint, ex Galeni sententia enarrant. Verum vt alios taceam, ipse meam stupiditatem & nimiam in Galeni aliorumq; Anatomicorum scriptis fidem hanc satis demirari possum, qui adeò in Galenum affectu laborauerim, vt nunquam in publicis sectionibus humanum caput, absq; agnino aut bouino ostendere aggressus fuerim, vt quod in homine ventiquam reperirem, id onillo capite

refere

resarcirem, spectatoribusq; imponerem, ne plexum illum nomine omnibus notissimum, nequam inuenisse dicerer. Nihil enim minus à soporalibus arterijs, quàm eiusmodi reticularis plexus, quem Galenus recenset, perficitur. Multoq; minus arteriæ foramen quod ipse tradit ingrediuntur, aut totæ etiam in plexum illum absumuntur. Primum enim tota soporalis arteria dextra (est enim eadem utriusq; ratio) caluariam petens per unum foramen indiuisa, uti Galenus commemorat, non ingreditur, verum ubi ad caluariæ usq; basim conscendit, insignem sui propaginem ad foramen nervi sexti nervorum cerebri transmittit, quæ unâ cum grandi vena sibi coniuge in dextrâ, primum ve duræ cerebri membranæ sinum exhauritur. Secundo soporalis arteria nequaquam commune foramen cum tertio nervorum pari obtinet: verum longè maiori industria, quàm Galenus arbitrabatur, rerum Opifex vsus est. maiori namq; soporalis arteriæ ramo obliquum & in osse discedens foramen machinatus est, in cuius ductu id fieri voluit, ob quod Galenus plexum efformatum confinxit. ut enim vitalis spiritus in multis gyris anfractibusq; arteriæ excoqueretur, aptaq; animali spiritu efficiendo materia fieret, Galenus arteriam ilico atq; in capitis amplitudinem ingressa esset, in innumeros ra-

In lib. de  
Venarû &  
arteriarû  
sektione.

mos diffundi dicebat, qui inuicem ita impone-  
 rentur commiserentur, ve, ut plexum efforma-  
 re viderentur illi similem, qualem in collecto  
 piscatorio reti fieri cernimus: aut illi plexui, qui  
 ex pluribus inuicem incumbentibus retibus  
 consurgeret. Atq; hunc implexum inter os &  
 duram cerebri membranam fieri asserit, inte-  
 rim tamen dure membrane portiuicula que  
 os succingeret, plexui substrata. Deinde ut ple-  
 xus ille ex vno vase, aut si dextrum sinistro  
 coniunctum surgit, ex duobus complicari inci-  
 pit, ita quoq; plexus huius furculos sensim colli-  
 gi, ac tandem in duo rursus vasa desuere atte-  
 statur, molle illis vasis respondentia, qua ple-  
 xum efformare dicebantur. Quam vero hæc ab  
 omni prorsus veritate sint aliena, quantum  
 Nature oscitantiam arguant, is demum perci-  
 piet, qui verã eius arterie soporalis rami seriem  
 didicerit, quem per oblongum illud osis fora-  
 men in caluariã penetrare diximus: & ut ple-  
 raq; taceam, expenderit pariter, quã impossibi-  
 le sit vasa, eque grandia cerebrum petere, atq;  
 in caluariam primùm pertingunt, quum tam  
 insignes rami dure membrane latera, & per  
 foramina secundi paris neruorum ad oculos, ac  
 ad narium amplitudinem ab illis vasis prin-  
 quam tenuem accedant cerebri membranam  
 dispergantur. Caterum que horum vasorum  
 vera

vera sit series, in tertio libro dum cerebri vasa non minus quam reliquas corporis venas & arterias persequeretur, adeo vere & ad amussim describere conatus sum, ut hic locus ne utiquam eius seriei enarrationem expetat: verum si memoria qua illic complexus sum exciderint, eò lectorem remitto, hortorq; ut illo capite diligenter perlecto, id vniuersum hic denudè poni sibi persuadeat. Porro ut huius soporalis arterie rami sobolem ibidem enarraui, sic etiam plexus, quem extimo factus inuolucro comparamus, naturam quoq; inibi recensui: ac proinde in presentia duntaxat superest, ut studiosos qui duobus proximè precedentibus annis mihi secuti non astitere, sedulo ad ævτὸς horter, quo iam admoniti, corporis humani fabricam Galeni meaq; descriptione perlecta diligenter expendant, in posterumq; Anatomicorum libris minus fidei adhibeant. Hic autem denudè cerebri plexuum obiter memini, ne quid in cerebri constructione hoc libro præterisset viderer. Atq; quo minus id fiat, singula sensuum organa seriatim iam aggrediar.

De olfactus organo.

CAP. XIII.

Libri quarti tertium Caput conscribens, atque necessariò propter neruorum seriei olfactus organi constructionem prosequens, arbitrab

bitrabar me hoc loco certius aliquid de olfactus  
 instrumento præcepturum, quàm illo Capite  
 nudam constructionem enarrans, faciendum  
 duxeram. Verùm quum aliud nihil certius mi-  
 hi studiose admodum odoratus organi naturam  
 inquirenti hæctenus occurrerit, præsens Caput  
 cum illo commune esse velim. Præter duos enim  
 illos nervis non absimiles cerebri processus, qui  
 in octavi calvarie ossis sinus pertingunt, &  
 frontis ossis sinus, & substantiam illis conten-  
 tam, & foramina tum dura cerebri membra-  
 ne, tum ossium hic recensere possem. Nolle namq;  
 hic de odoribus, et huius sensus medio, & de in-  
 temperie aliquid pertractare, ne in immensum  
 hic meus conatus, qui præter opinionem iam  
 excrevit, impensius crescat.

De oculo visus instrumento.

CAPUT

XIII.

**R**ationem formationis capitis primo libro  
 perquirentes, oculorum situm, qui neminem  
 latet, descripsimus. in secundo autem libro ocu-  
 lorum numerum & mouentes ipsos musculos,  
 uti & palpebrarum quoq; naturam necessariò  
 edocuimus. In præsentia verò oculi spheræ mo-  
 do exactè rotundi constructionem enarraturus,  
 eam à cætro aut ab vltima ipsius circumferen-  
 tia auspiciari integrum erit: perinde ac si ovi  
 constructionem quis, ab ipsius luteo ad album,  
 & dein

& dein ad tenuem membranulam albo obdu-  
 ctam, & postea ad putamen crustam ve ag-  
 grederetur: aut à crusta ad tenuem eam mem-  
 branulam, ac dein ad album, et hinc ad luteum  
 enarratio fieret. Pari prorsus modo quo mundi  
 partes, aut à terra ad aquam, aërem, ignem, lu-  
 ne cælum, ac sic deinceps ad extimum vsq; cæ-  
 lum, aut ab hoc cælo ad centrum vsq; mundi,  
 ipsam videlicet terram, recenseremus. Mundo  
 namq; & ovo oculi fabrica quod ad constru-  
 ctionem spectat, conferri potest. Quam quo ex-  
 actius tradatur, eademq; postmodum memo-  
 rie firmiter hereat, à centro primū ad extimam  
 superficiem, & postmodum ab hac ad illud per-  
 tractabimus. Est itaq; oculi cætrum humor, quē  
 Greci *λεγομεν οὐδὴν* vocant, uti & nos quoq;  
 qui & glaciale illum nuncupamus, à simili-  
 tudine nimirum quam cum lucidissima glacie  
 & exactissimo crystallo obtinet, non quidem  
 in consistentia aut duritie, verum in colore,  
 seu luce potius & pelluciditate. Est enim is hu-  
 mor optimi crystallo modo pellucidissimus, &  
 omnia quibus iam exemptus vitri alicuius mo-  
 do imponitur impense quorundam specillorum  
 ritu adaugens. Consistentia autem ea consti-  
 tuitur, ut ab oculo liberatus non defluat, sed  
 ipsius rotundam formam molliuscule cere ritu  
 seruet. Atq; hæc non exacte rotundum exprimit  
 glob

globum, sed & anteriori et posteriori parte leuiter non secus compressum, quàm si ex ligni globi medio secundum lineas aequidistantes orbem crassiusculū serra excuisses, & dein duas globi partes demò conglutinasses, adeò vt praesens humor in anteriora & posteriora minime protuberet, quàm secundum orbem in latera, et superius & inferius quodammodo ad lentis similitudinem. vnde etiam hunc humorem *voeidiū* Graecis nūcupatum fuisse arbitror, etiam si nescio quā oculi tunicam alij ita vocare videantur. Superficie constat leui & insigniter lubrica. Vniuerse ipsius anteriori sedi tunica obnascitur in star tenuissima ceparum pellicula, cuiusmodi inter crassiores ceparum orbis reperimus, tenuis & exactissime pellucida. at haec tunica eius generis ceparum pellicula durior est, ac (vt dicebam) toti anteriori humoris crystallini sedi obducitur, nulla parte posteriorem ipsius sedem contingens, sed imbi finiens, ubi crystallinus humor amplissimus cernitur: & ipsius capacior consisteret circulus, si illi multo aequo distantibus circulis, seu lineis orbiculatim obuolutum fingeremus. Huic tuniculae melum priuatim nomen inditum esse videtur, nisi forte à continuatarum araneae telarum imaginem hanc à *voeidiū* Graeci vocauerint. respondet enim tenuitate, quamuis nentiquam robore & duritia,



duritia, illis araneorum telis. Ergo illam inter  
 diffecadum, uti iam dixi, cepearum tenuissimis,  
 ac pariter pellucidissimis membranulis confero:  
 cornu etiam illam collaturus, si modo cornu in  
 laminas diuisum tam tenue ac pellucidum &  
 leue, atq; haec est tunica, reddi posset. Tunica  
 enim huius substantia à cornu substantia nihil  
 differt. Sit igitur praesens tunica secundum in  
 oculi constructione nobis enarratum corpus,  
 quod quidem anteriori tantum centri, hoc est  
 humoris crystallini parti, obducitur, ac velut  
 semiglobus tantum in oculi fabrica censendum  
 venit. Porro posterior humoris crystallini sedes,  
 dicta nuper tunicula non obtecta, in alio conti-  
 netur humore, qui instar medij globi in poste-  
 riore oculi sede copiosus reponitur, vulgari qui-  
 dem albo vitro iam refrigerato colore seu luci-  
 ditate correspondens. non enim adeò lucidus est,  
 atque crystallinus humor, aut exactissimum  
 crystallum. Consistentia autem, humore cry-  
 stallino longè mollior visitur: & ab oculo ex-  
 emptus, suum terminum formamve neuti-  
 quam seruat, quamuis interim aquae modo non  
 defluat, sed ita consistat, quemadmodum vi-  
 trum in fornacibus fusum, & ferreis canali-  
 bus, quibus id ab artificibus à fornace eximitur,  
 abolui cornimus. Atq; huiusmodi vitro qui-  
 dem ita ignito, consistentia hic humor congruit:

at nota

at non colore seu luciditate, quum humor, ut prius dixi, refrigerato vitro luciditate respondeat, fufum autem vitru candenti ferro colore quam similitimum videamus. Quando itaq; presens humor cōsistentia fuso vitro, luciditate autem refrigerato & formato iam vitro respondet, vadoe dicitur Græcis, nobis verò vitreus merito nuncupatur. Atq; hic humor multus numeris quoque crystallini humoris superans, quum adhuc in oculo reponitur semiglobo similis est, cuius plana superficies oculi anteriora spectaret, rotunda autem seu conuexa in posteriora protenderet: & in cuius anterioris sedis, seu planæ superficiei medio sinus imprimeretur latus, quanta posterior humoris crystallini pars est. Is nanque humori vitreo ita immittitur, ac si globum in aqua natantē cerneret, cuius media pars exactè in aquam mergitur, altera supra aquam cōspicua. atq; ut inter eiusmodi globum & aqua nihil mediat, ita quoq; inter crystallinum & vitreū nihil prorsus intercedit: neq; illi humores inuicem secus cōmittuntur, quam globus aliquis in duriuscula pulte complecteretur. Porro relique regioni sedis anterioris vitrei humoris crystallino non occupate tuniculæ quandam obduci, suo loco dicam, que cilijs palpebrarum ve pilis assimilabitur, queq; orbiculatim lineæ modo crystallino humori, nobis

amplissimus est, adnasci docebitur. Nunc autem  
 inuolucrum mihi venit enarrandum, quo poste-  
 rior vitrei humoris sedes proximè continetur,  
 quamq; nerui visorij substantia in quarto libro  
 constituere dicta est. Nervus etenim visorius  
 tenui, duraq; cerebri membranis, & aliquot ve-  
 nis arterijsq; concomitatus, ad posteriorè oculi  
 sedem fertur, ac illi nonnihil versus externum  
 oculi latus implantatur, ipsius substantia in in-  
 uolucrum iam enarrandum dissoluta. tenuis au-  
 tem membrana nerui substantiam obuoluens,  
 in aliam degenerat oculi tunicam, quæ vena  
 vocabitur, & dura quoq; membrana in aliam  
 quæ dura dicitur, & vene quoque & arterie  
 (uti seriatim enarrabo) oculi constructionem  
 subintrat. Quæ primùm itaq; nerui visorij sub-  
 stantia in oculum mergitur, mollior reddita dila-  
 tatur, in latum quoddam inuolucrum posteriori  
 vitrei humoris sedi obductum, & non ultra me-  
 diam oculi sedem in anteriora pertinens, & ex-  
 tremè gracilibus, sed interim cõspicuis venulis,  
 ac item arterijs intertexta. Hæ venule à tuni-  
 ce radice antrorsum ductæ ipsi exporriguntur,  
 quum primùm nervus ille dilatatur. Ceterùm  
 Galenus in decimo de Partium vsu innuit, hoc  
 inuolucrum à plerisq; tunice nomine nõ digna-  
 ri; forsitan quod ceterarum tunicarum modo men-  
 branea nõ sit, sed mollis, & veluti mucor ali-  
 quis

quis ex naribus procidens. quum enim hoc inuolucrum secantibus in vnum colligitur, atq; à sua radice propendet, mucorem, aut cerebri substantiã aqua quapiã dilutã refert. non enim ita solidum crassumq; ac cerebri substantia visitur. Ntcunq; vero sit, siue tunica nuncupandã veniat, siue minus, constat. Galenum quoq; in libris de Hippocratis & Platonis decretis, & item in octauo de Partium vsu hoc inuolucrum, tunicam appellasse. Neq; ego scio quod nomen illi aptius quã inuolucrum, aut tunice indici possit: quum, vt diximus, toti posteriori sedi humoris vitrei proximè obducatur, illumq; integat. perinde atq; tenuis oui pellicula oui albam tunc continere diceremus, quã dimidiã oui partem ab alia effractam & adhuc oppletam manibus seruaremus. Est enim hoc inuolucrum forma dimidiato tantum ouo comparandum, aut minori piscatorum reti, quod vni accommodatur baculo, & ex ampla basi dimidiati globi modo in obtusam mucronem fertur. Ab huiusmodi enim retis imagine arbitror presens inuolucrum Grecis ἀπὸ τῆς ἀγγοῦστος nuncupatum fuisse. nam retis formam, non autem plexum refert, quum vndiq; sibi sit continuum. Nisi forte venulas & arterias ipsi intertextas, quis retis a similitudine contēderet. Haclenus itaq; quatuor oculi partes recensui, duos nimirum humores,

res, &amp;

res, & totidem tunicas: ac proinde iam meri-  
 to eam aggrediar tunicam, que à tenui mem-  
 brana nerui visorij substantiam concomitan-  
 te producitur. Mox enim atq; hæc membrana  
 simul cum neruo oculum subit, in tunicam de-  
 generat ad omnes oculi sedes, globi modo, vt ita  
 dicam, pertinentem. non enim vti nuper com-  
 memorata tunica, quam nerui producebat sub-  
 stantia, posteriorem oculi sedem solum occupat,  
 verum & anteriori quoq; obducitur, & in to-  
 ta posteriori oculi sede proximè tunicam inue-  
 nit, à nerui substantia pronatam, & in horum  
 contactu prorsus nihil mediatur, neq; ambo etiã  
 inuicè aliquo nexu præterquam contactu com-  
 mittuntur. quã autem præsens tunica à tenui  
 membrana cõformata, anteriori oculi sedi ob-  
 ducitur, interna sua superficie vndiq; humorẽ  
 cõtingit & complectitur, quẽ aqueum & al-  
 bescens vocari paulo post audies. Externa  
 vero huius tunice superficies passim ea tunica  
 proximè obducitur, quam à dura membrana  
 visorio obducta pronasci dicam: neq; quicquã  
 inter eas duas interuenit, sed ita inuicem com-  
 mittuntur, quemadmodũ dura membrana te-  
 nuem succingit in nerui versus oculũ progressu.  
 Verum id priuatim huic tunice que à tenui  
 pronascitur mēbrana accidit, quod exacti glo-  
 bi modo prorsus nõ sit rotũda. nã anteriori re-  
 gione

gione nonnihil introrsum comprimitur, alio  
 sui parte planam superficiem pro conue  
 orbiculari commonstrans. Quum enim hac  
 nica ad eam vsq; anterioris oculi sedis reg  
 pertingit, secundum quam maior oculi ed  
 tur circulus, quem iridē vocamus, aut qui  
 bum oculi (vt ita loquar) à nigro distinguitur  
 & ea tunica à dura cerebri mēbrana pro  
 pars consistit, quā cornu in luciditate &  
 tia quoq; comparabimus, ipsa ab hac ab  
 quam dura procreat mēbrana, neq; ampl  
 lam contingens inibi in posteriora cōprimi  
 qua illi parti quā cornu assimilamus, it  
 duci debuisset, quemadmodū secundum r  
 oculi regionem illi subducitur tunica, qua  
 membrana efformat. Neq; hac duntaxat  
 pressione præsens tunica à tenui membr  
 rebri generata donatur, verū etiam i  
 compressionis medio foramine quodam  
 est, quod minimū in oculo apparentē e  
 circulum, & pupilla nobis appellatur.

Pupilla.

hac tunica vae folliculo, à quo pede  
 quo affirmatur extraxeris, quā similitudine  
 præsertim si vnam illic parum conc  
 vt sit vacuari intelligas, vbi pedunculo  
 traxeris. Totus enim vae folliculus  
 huic respondebit: ea autē concidentia  
 debet compressioni, quā in anteriori p

tunica sibi vendicat. Foramen autē quo pedun-  
 culus firmabatur, ipsi pupilla comparatur. Atq;  
 ab hac similitudine Greci presentem tunicam  
 $\rho\alpha\rho\omega\epsilon\iota\delta\eta$  &  $\rho\acute{\omega}\gamma\alpha$ , nos autē vueā appellamus.  
 Quoniā verō à tenui cerebri mēbrana  $\rho\alpha\rho\omega\epsilon\iota\delta\eta$   
 dicta hec tunica constituitur, Greci illam  
 quoq;  $\rho\alpha\rho\omega\epsilon\iota\delta\eta$  nuncuparūt. Quāquā nō ob id  
 solum quod à tenui mēbrana cerebri produci-  
 tur, eā ita vocarunt, sed forsitan quod ipsa ve-  
 nas arteriasq; oculi sustinet, perinde atq; tenuis  
 membrana cerebri vasa suffulcit. Quandoqui-  
 dem passim quā vuea tunica, illa obducitur,  
 quam durā cerebri mēbranā progenerare mox  
 dicam, venarū arteriarumq; surculi ab hac in  
 vueam pertingunt, & vueā ita exasperant, vt  
 hac quoq; ex parte internæ superficiei folliculi  
 vue accedat, que fibras illas continet, quibus  
 vue caro & acini sustententur. Quum itaque  
 ab ea tunica quā dura cerebri membrana pro-  
 creat, complures vasorum surculi sparsim in  
 vueam producantur, fit eorum surculorum in-  
 teruentu vueam illi tunice connasci. Quā ve-  
 rō vuea tunica ab illa secundum iridis circu-  
 lam abscedit, introrsumq; premitur, vuea per-  
 tinaciter secundum totum circuli ductum ipsi  
 adnascitur, & colorem euariat. Vuea nanque  
 tota superficie qua dura tunica succingitur,  
 perpetuo nigra est, & modicè humecta: in an-

teriori autem sue compressionis sede variè tin-  
 gitur, eumq; semper exprimit colorē, qui in ocu-  
 li iride seu maiori circulo, aut oculi nigro oc-  
 currit, cuius gratia oculos nigros aut caecos,  
 aut glaucos dicimus. Neutiquam enim is color  
 humorum oculi beneficio consurgit. quod & si  
 magnum sit paradoxum, non secus tamen id  
 probatum velim, quàm quod is oculi color in  
 vvea perpetuò appareat siue integro oculo, siue  
 effluxo humore, siue ipsa vvea tunica à dura  
 liberata, dimulsaq;. Quod non solum in hominis  
 oculo est cernere, sed & in cuiusvis alterius ani-  
 malis oculo. Ceterum interna vvea superficies  
 varijs interstinguitur coloribus. in posteri-  
 ori enim oculi sede, qua hec tunica primum pro-  
 nascitur, subalba est. mox viridis, & dem car-  
 lea iridis in modum efficitur. atque hos colores  
 in posteriori oculi sede adhuc interna hec su-  
 perficies possidet, in anteriori autem oculi sedi  
 vniuersa impense nigricat. & non adeo leui-  
 ter hic atq; in posteriori sede visitur: quod illi pos-  
 simum accidit propter processus, quos à se ha-  
 in parte educit tunicā constituturos, que an-  
 teriori vitrei humoris sedi obducitur, & vniuersi  
 interstitium est vitrei & eius quem aquen vo-  
 minabimus. Presens tunica planis dumtaxat  
 donatur superficiebus, non autem concavis aut  
 conuexis. Quandoquidem hanc tunicam con-  
 stituit.



situeres, si ex tenuissima araneae tela orbem  
 excinderes tantum, quanta est anterior sedes  
 vitrei humoris, ac dein in hoc orbe alium orbi-  
 culum excinderes, foramen facturus tam am-  
 plum, atq; crystallinus humor amplius est, ubi  
 visitur amplissimus. Huiusmodi nanque orbi  
 presentem tunicam conferre posses, si illum cir-  
 culatim ab vrea tunica pronasci fingeres, il-  
 liq; suo foramine crystallino connasci, ubi is  
 amplissimus cernitur. Verum haec tunica tenui-  
 tate araneae telas ferè superat, & processulis  
 ab vrea pronatis talibus constat, vt nigra ci-  
 lia, seu palpebrarum pilos imagine insigniter  
 exprimat. Num autem tunica, aut aliter nunc-  
 cupanda sit, non admodum moror: modo qua nam  
 sede reponatur, & quibus committatur, qua  
 sit imagine & substantia, explicem, mihiq; nul-  
 lum occurrat nomen quod ipsi aptius sit quam  
 tunica, aut si voles, interstitij inter vitreum hu-  
 morem, & eum quem albugineum aqueum ve  
 nuncupabimus. Sed iam tempestiuum fuerit &  
 duram tunicam sermone complecti, quam à du-  
 ra cerebri membrana visorij nervum inuesti-  
 te pronasci ac dissolui credimus. Quum primò  
 enim haec membrana oculi posteriori sedi ap-  
 plantatur, dilatescit, & crassior ac durior ipsa  
 cerebri dura membrana evadens, orbicula-  
 tim vndiq; oculq; obducitur, tam in anteriora  
 c c 4 quam

quàm in posteriora pertingens. quanquam interim cū passim sibi similis sit, neq; simplici donetur nomine. Quā enim posteriorem oculi sedem constituit, & in anteriori sede ad maiorem oculi circulū seu iridē vsq; pertingit, crassa & dura est (vnde & οὐραγός τὸν μὲν καλεῖται) & dein duræ cerebri membrana modo opaca, & minime pellucida. Ea verò sede qua oculi nigrum seu iris cōsistit, hæc tunica in cornu imaginem degenerat, quod in laminas diuisum & exactè lenigatum, vitri alicuius loco lucerna accommodatur, pellucidumq; est. Neq; hæc presentis tunicæ pars, cornu in luciditate qua id etiam superat solū respondet, verū & substantia quoq; est enim hæc tunicæ pars cornu modo dura. & vt cornu in laminas diuidi radiiq; potest, ita etiam hæc tunicæ pars secantibus non secus radii disungiq; valet, quā si ex laminis aliquot seu squamis inuicem compactis constitueretur. Atq; hinc est ea oculariorum medicorum cura, quæ senibus hanc tunicæ partem de radi precipit, quā à tanta cum cornu similitudine legætoesclū Greci, nos verò corneam nominamus. Quanquam videntur Grecorū pleriq; non hanc tantam presentis seu duræ tunicæ partem ita appellasse, verū vniuersam (quum ipsa insigniter dura sit) tunicam. Quod verò pellucidam duræ tunicæ partem à reliqua

ipsius

ipsius  
tunica  
minime  
dixit  
huius  
modi  
substantia  
arte  
scitum  
ac or  
oculi  
tunica  
non e  
est, a  
quā r  
intern  
ter a  
pupill  
adhuc  
setur.  
cantib  
insigni  
etiam  
nomin  
ri comp  
etiamse  
bo non  
fit, & n

ipsius sede non pellucida, ac si illa diuersa esset  
 tunica, in presenti non distinguā, neminē iam  
 mirari arbitror, quum haud aliter quā modō  
 diximus ille partes inuicem varient. Interna  
 huius tunica superficies, tota ea sede qua cornu  
 modo non pellucet, vneam tunicā absq; alicuius  
 substātie interuentu succingit, ipsiq; venarum  
 arteriarumq; gratia, vti prius diximus, adna-  
 scitur: quemadmodum etiā illi pertinacissimē  
 ac orbiculatim adnectitur, secundū maiorem  
 oculi circulum seu iridē. Porro ea sede qua hec  
 tunica cornu instar pellucida cernitur, vneam  
 non contingit, & tantisper atque oculus sanus  
 est, ab vnea notabili intervallo inibi distat,  
 quā vnea anteriori in sede comprimitur. Hoc  
 intervallum & vniuersum spatium quod in-  
 ter anteriorem crystallini humoris sedem &  
 pupillam habetur, humore illo adimpletur, qui  
 adhuc enarrādus superest, ac verus humor cen-  
 setur. nam aque modo tenuis quodammodo se-  
 cantibus & suffusiones curātibis occurrit, &  
 insigniter aque modo pellucidus cernitur: vnde  
 etiam v̄d̄at̄ v̄eol̄is Græcis, nobis verō aqueus  
 nominatur. quanquam pleriq; hunc ovi humo-  
 ri comparantes, illum albugineum nuncupent,  
 etiamsi arbitrer Græcos hunc humorem in al-  
 bo non contulisse, quum nequiquā eque crassus  
 sit, & multum accedit illi humori, quem ex re-

centibus integrisq; ouis igni apposis resulara  
cernimus. Atq; hic humor vna tunica partem  
corneae in sano oculo non contiguam sustinet,  
& (vti dixi) in priori ac in posteriori eius  
partibus continetur: atq; quum in oculo confi-  
sit, terminoq; alieno, vt sic dicam, concluditur,  
vitrei humoris modo dimidium exprimit glo-  
bum, cuius posterior pars, quae plana constat  
superficie, tantum habet sinum, quanta in an-  
teriora protuberans crystallini humoris est  
pars. Anterior autem aquei humoris sedes gib-  
ba, dimidiatiq; globi modo rotunda est, secundâ  
oculi nimirum formam. Ceterum externa du-  
ra tunica superficies tota sede qua pellucida cer-  
nitur, ac reuera cornea existit, admodum leuis  
est & lubrica: verum cetera sede ita aspera  
inequalisq; visitur, quemadmodum inui-  
cem connatae membranae ad mutuum conta-  
ctum exasperantur. Posteriori enim dura mem-  
brana sedi praeter venas & arterias ipsi in pla-  
citas musculus inferitur, quem musculorum ocu-  
lum mouentium septimum numerauimus: de-  
inde lateribus superioriq; ac inferiori externa  
huius superficiei sedibus, nervosa tenuitates mu-  
sculorum inseruntur, quos sex primos oculum  
mouentes recensuimus. & deinde anteriori  
quoque dura tunica parti ad iridem vsq; seu  
maiores oculi circuli tunica obnascitur, qua  
admo

adhuc commemoranda superest, ac adherens eo quòd oculum continet, & vicinè paribus committit, dicitur, alba à colore què possedit etiam nuncupata. Hæc membrana anteriori tantum oculi sedi obducta tenuis est, illi cõtinua quæ internam palpebrarum sedem inuestit, oculiq; partium numero ascribitur, quemadmodum & ipsæ palpebræ, si modò cui id visum sit, his quoq; partibus adijci possunt. Fuit itaque hæc oculi partium series: humor crystallinus: tuni-  
cula cepis pellicule tenuissima modo pellucida, anterioriq; crystallini humoris sedi obnata: humor vitreus in posteriori oculi sede tantum positus: tunica in quam visorij nerui substantia resoluitur, ac posteriorem humoris vitrei sedem tantum amplectitur: tunica vnea, à tenui cerebri membrana principium ducens: tunica seu orbis araneæ tele modo tenuis & nigricans, & interstitium vitrei humoris ab aqueo: tunica dura, quæ in anteriori oculi sede cornu modo pellucida redditur: aqueus humor: septem oculum mouentes muscoli: tunica adherens, seu alba, anteriori tantum oculi sede obnata: palpebræ, & demum venæ ac arteriæ. Ceterum si quis modò oculi constructionem ab externis ad intima aggredi velit, iam promptissimum est retrograda serie illum eas persequi: aut si volet separatim humores, & dein tunicas commemorare, nihil  
 prob

prohibet. Ego verò nunc ea oculum enarratione persecutus sum, qua in scholis vti soleo, primum oculi constructionem explicans, & in charta maiusculam effigiem ita sensim delineas, atq; in prima huic capiti præposita figura oculum exprimere conatus sum. dein post enarrationē ita sectionem obiens, quemadmodum suo loco in vltimo huius libri capite subiiciam. Verim vt oculi fabricam adeò studiose soleo commonstrare, vt spectantium nemo in ipsa quicquam desideraret: ita in ipsius partium vsu explicando hic prorsus obmutesco, quod mihi ipsi de primario visus instrumento non satisfaciam, atque hac in parte quod sanum vndique sit, à me non adferri posse, mihi persuadeam. Non sanè quasi crystallinum humorem præcipuum visus instrumentum esse, & vt hic alatur vitrum produci, & huius gratia oculi reliquis partes efformatus esse, quemadmodum Galenus in decimo de Partium vsu diffuse persequitur, commemorare, aut hic prolixè etiam scribere nequirem: sed quod mihi certò què visus fiat, non constet, hincq; reliqua oculi constructio dependeat, quodq; potissimum de huiusmodi philosophorum & medicorum controuersijs primatim quedam aliquando mihi scribenda duxerim, præsentì labore ad instam molem perducto.

De aud

## De auditu instrumento. CAP. XV.

**Q**uæ de auditu organi fabrica modo enarranda essent, superius in primo libro ita explicui: atque in presentia, si inibi nihil commemoratum fuisset, ea pertractarem. In octavo enim primi libri Capite cavitatem auditu organi gratia in caluaria exsculptam, paratamq; & deinde huius concauitatis foramina membranas & ossicula recensui. In decimo sexto autem eiusdem libri Capite, auris cartilaginum & reliquarum constructionem, ut tunc occurrit, modoq; animo obuersatur, persecutus sum. Nihil enim hic certius de auditu sonituq; percipiëdo, quàm inibi attexere possum, nisi etiam plus nunc quàm dum illa scriberem, ambigem, mihiq; longè minus satisfaciam, & non satis mirari queã, omnes de auditu, ipsiusq; obiectis tam prolixè citra organi ipsius vel maximè superficiariam cognitionem scriberet ex quo tamen præcipuè ad præsentem disceptationem petendæ erant demonstrationes.

## De gustu instrumento. CAP. XVI.

**L**inguae oris amplitudini adamussim congruentem gustus esse instrumentum, medicis iuxta ac philosophis concessum est omnibus. quum itaque in decimo nono secundi libri Capite, novem lingue musculos, & variam illam fibrarum, compositionisq; in ipsius parte  
hante

hiante ore ante confectionem conspicua speciem  
 vna cum illius inuolucris recensuerim, & in  
 tertio libro venas arteriasq; linguam peten-  
 tium seriem similiter descripserim, in quarto li-  
 bro ipsius nervos minime negligens, quorum al-  
 ter præcipua maioris tertij nervorum coniugij  
 radice numerabatur portio, gustus occasione  
 potissimum lingue oblata, alter vero septimi  
 nervorij cerebri paris propagines musculorum  
 nomine linguam implicantes, nemo, uti arbi-  
 tror, hic à me requiret, ut prolixam de lingue  
 fabrica inter ceteras partes, ut verum fatear,  
 mihi minus cognita, sermonem instituam, aut  
 disse saporum differentias & qualitates com-  
 memorem.

## De tactus instrumento. CAP. XVII.

Gal. in pri-  
 mo lib. de  
 Locis affe-  
 ctis.

**E**T tactus quoq; instrumentum in quarti  
 libri initio me persecutum arbitror, quum  
 nullum nervum tactus sensu non præditi per  
 corpus digeri assererem, & Nature scopos in  
 nervorum distributione quantum is locus exi-  
 gebat enarrarem: illorum subridens sententiam,  
 qui vnan eiusdem nervi portiunculam sensui,  
 aliam motui absq; sensu præesse docuerunt. Ac-  
 proinde totius humane fabrica partium enar-  
 ratione pro mea virili absoluta, nunc superest,  
 omnium partium que præsentis libro aggressi  
 sumus, sectionis rationem perscribere: & sic ca-



has partis in alijs libris traditæ secundi ratio non expressa sit, etiam illam ad huius libri calcem seriatim subijcere, & postremò de viuum sectione nonnulla proponere.

Cerebri, omniumq; quæ præsentì libro traduntur organorum administrandi ratio.

## CAP. XVIII.

**D**Vmmodo musculos cervicem occupantes, & nervos à cervicis dorsali medulla profluentes, in corpore quod nutritionis vitalisq; facultatis organis inspiciendis hæctenus subserviit, aggressus fueris, suadeo nunc caput ita atque ad præcedentis libri finem recensui, à reliquo corpore auferri. Ablatum enim longè commodius, minoriq; molestia attrectabis, unde etiam capita deturcatorum hominum ad huc usum sunt accommodatissima: præcipuè quod illa vix bene mortua, statim à sumpto supplicio minus morosorum iudicum ac præfectorum opera, obtineri possunt. In quorum numero si quis unquam alius, meherculè habendus est, studiorum vnicus Mecænis, illius tristissimiq; senatus Veneti singulare ornamentum MARCVS ANTONIVS CONTARENVS, ob raram philosophiæ linguarumq; cognitionem, ac totæ felicissimè obitus legationes, toti orbi clarissimus, qui nunc Patavine urbis Prætor vigilantisissimus, vberem profecto nobis ad Anatomies adm

adminiſtrandas copiam ſuppeditat, ipſe huma-  
 ne corporis fabricæ ſtudioſiſſimus indefeſſusq;  
 ſpectator, ac alius veluti Romanorū Boethius  
 aut Sergius. Qualecunq; igitur caput obtigerit,  
 ſemper eius os ſerra diuidendum eſt, ac promde  
 nouacula aut cultro in capitiꝝ cute ad os vſque  
 orbicularem duces ſectionem, quæ pollicis lattu-  
 dine elatius quàm ſupercilia ſunt, non inoper-  
 tunè auſpicabitur, hinc per tempora ad eminen-  
 tiſſimam maximeq; poſticam occipitiꝝ ſalem  
 tendens, & illinc rurfus per tempora frontem  
 accedens. Duſta hac linea, tenuiori ſerra, qua  
 in gangrena auferendis membris vti conſueui-  
 mus, aut alia ab eburneorum peſtlinum artiſti-  
 cibus petita, caluariam ſecūdum illam lineam  
 diuides. ſtudioſe præcauens, ne altius quàm ut  
 ſit, ſerra deſcendat. In hoc opere conduxerit ca-  
 pitis crines nondum abraſos, neq; etiam aures  
 præſectas eſſe, quo leuiori negotio altera manu,  
 & ſodalis vtraq; caput ne ſerra cedat continea-  
 ris. Vbi caluariam orbiculatim diuiferis, obruſo  
 cultelli mucrone ſecūdum ſectionem ducto,  
 num aliqua oſſis pars adhuc diuidenda ſuper-  
 ſit examinabis, vt & eam quoque ſerra diui-  
 das. Porro ne ſectionis finem ipſius principio  
 elatiorem, depreſſiorem ve moliaris, ſi modo ul-  
 tra aliam operam (quanquam factus ſit leni-  
 gè facilimum) te facturum non ſiſis, nihil ob-  
 ſtate

fliterit funiculum colore aliquo intinctum nu-  
 da calvariae fortiter illorum qui trabes in asse-  
 res diuidunt modo, circundare, vt coloris orbicu-  
 larem lineam, quae ferram dirigat, calvariae  
 intingat. Atq; hunc funiculum ossi obuoluere  
 conuenit, postquam iam cutem orbiculatim dis-  
 secueris: quippe cutis sectio te manu ducere ne-  
 quit. nam sectionis in cute factae latera, dum  
 caput valide continetur, hinc inde abscedente cu-  
 te diuelluntur. Diuisa ad hunc modum calua-  
 ria, si à cervice inferioriq; maxilla caput habue-  
 ris liberum, illud sua basi mensae impones, vtrin-  
 que si visum fuerit ne in latera concidat, lapi-  
 dem, aliud ve simile collocans. Si verò caput re-  
 liquo corpore sectionis ratione adhuc hereat,  
 tot cervici occipitioq; quadratos lapides, aut  
 truncum aliquem subijcies, vt caput in anterio-  
 ra reflexum eleuatumq;, ac si basi inmitteretur,  
 tibi assurgat. Insuper sectioni per caluariam fa-  
 cte validioris cultri dorsum transversim ad  
 frontem primum impones, & illo modicè sur-  
 sum deorsumq; acto, sectionem aliquousque di-  
 rimes. Idem quoque in occipitio temporibusq;  
 tantisper faciendum est, quousque caluariam  
 à dura cerebri membrana liberam esse coniece-  
 ris. tunc enim verticis crinibus apprehensis at-  
 trahentem manum os subsequetur. Adempto  
 esse, cutem simul cum adipe & carnea mem-  
 bran

brana solis manibus (alicubi tamen cultro prius liberatam) facile diuelles, & deinde cultelli mucrone Grecis vocatum *περιστεριον*, ipsumq; *περιστερον* indagabis, deinde tiam venulas ex verticis cute in caluariam versus duram cerebri membranam, aut ab hac in illam profectas. Iam dura cerebri membrana aliqua ex parte cultello est perforanda; & calamo fistula ve, aut quo in elicienda vrina vti consueuimus siphone, foramini indito, sectionis latera ad illum digitis comprimenda sunt, vt postmodum siphone inflato, quanto dura membrana cerebri mole amplior sit, condiscas. Atque suffecerit in altero tantum latere eiusmodi firamen fieri. nam copiosus qui inflatur spiritus vndiquaq; duram cerebri membranam distendit, inflatq;. Verum si quum caluariam serra diuideres, duram membranam alicubi oscitanter dissecueris, illa quoque sectio dum inflatur membrana opportunè, ne aerem transmittat comprimetur. Diuisa rursus membrana, acutioris cultelli mucronem tertio duræ membrane sinui, per totam capitis longitudinem in elatissima eius membrane sede procedenti intrudes, longaq; sectione vniuersum quoad poteris, aut ab occipitio ad frontem vsque, aut à fronte ad occipitium diuides. Atque hic sinus si suspendis, aut aliter quàm capitis supplicio homo neca-

tus fuerit, sanguine oppletus conspicietur. quem  
 extergere conuenit, & distento sinu ipsius for-  
 mam, & ramorum qui vtrinque ab ipsius late-  
 ribus, & ex inferiori eius sede pullulant, orifi-  
 cia inspicere. Porro vt cerebrum dura ipsius  
 membrana nudes, iuxta frontis os eam ad ter-  
 tij illius sinus latera perforabis, & deinde stylo  
 in foramen indito, secundum illum cultello ad  
 occipitis vsq; os continuo ad sinus eius latera se-  
 ctionem deduces. Hac ad vtrinque sinus latus  
 facta sectione, rursus duram membranam cul-  
 telli mucrone propter aurem, qua ossi proxima  
 est perforabis, hincq; recta sursum vsq; in prio-  
 rem, seu secundum capitis longitudinem, ductam  
 sectionem secando perges. Postremo in capitis  
 verticem quatuor sibi proximarum sectionum  
 angulos virgibus attolles, & deorsum tractos  
 a cerebro reflectes, habita ramorum ratione,  
 qui ex tertij duræ membranæ sinus lateribus,  
 & us vasis quibus duræ membranæ implican-  
 tur latera, in tenuem cerebri membranam per-  
 tinent. Insuper dextra cerebri parte à sinistra  
 modicè manuum beneficio diducta, septum à dis-  
 ra membrana inter vtrinque cerebri partem extri-  
 ctum, & soboles à tertio duræ membranæ sinu  
 vtrinque in tenuem membranam diffuse, quan-  
 tum fieri poterit attollentur, vt qui illarum in-  
 uentis in viuentibus cerebrum erigatur vt-

cūq; intuearis, ac dein acutiori cultello illis propaginibus à suo sinu liberatis, eam duræ membranæ partem à septo sedium olfactus organorum liberes, ac veluti ex cerebro eleuatam in posteriora reflectas, ipsius sinu qui vene instat toti inferiori ipsius sedi exporrigitur inspecte. Cuius origo, vt & cæterorum omnium, paulo post in propatulum veniet. Nunc autem ductus in tenuem membranâ excurrentes, ipsaq; membrana inspiciuntur. Vbi itaq; nuper dictam duræ membranæ partem in posteriora reflexeris, ac vtrinq; cerebri partem disiunxeris, longos in tenui membrana ductus intuebere, qui per capitis longitudinem in illam ex quatuor duræ membranæ sinus termino produciuntur. Homini ortus in presentia curiosus non venit inquirendus, ne fortassis quum cerebrum nimium frades disungere, aliquid incuria rumpas. Alia enim hortarer, vt vtraque cerebri parte quàm maximè in posteriori sede disincta, durâ membranâ quâ cerebri partes intercedere incipit, quam posses proximè ab illa duræ membranæ parte, quæ cerebellum ac cerebrum interuenit, acutioris cultelli mucrone diuideres. tunc enim quartus tibi appareret sinus, & quas ille educit propagines. Deinde etiâ cerebro à duræ membranâ, quæ id & cerebellum intercedit, modico eleuato, ramuli ex illius duræ membranæ parte

te in tenuem cerebri membranam exporrecti  
 viderentur. Verum hac cerebri portione abla-  
 ta inspicere longè erit satius. ac proinde illis du-  
 ctibus qui secundum capitis longitudinem in  
 tenui membrana supra callosum corpus ferun-  
 tur expensis, vnguibus, aut cultello alicubi te-  
 nuem membranam diuelles, ac deinde sensim à  
 cerebro ipsiusq; anfractibus eam digitis detra-  
 hes. Cerebrum hac liberatum membrana suos  
 ostendit anfractus: argumètoq; est, quòd à tenui  
 membrana contineatur, quum scilicet hac de-  
 tracta, impense dilatescat, & còcidens prorsus,  
 quodammodo desluat. Porro cerebri anfractuum  
 altitudo ac profunditas digitis, aut stylo venie  
 indaganda. atq; ita etiam solo digitorum mu-  
 nere elatior callosi corporis sedes, & qui vtrin-  
 que hic consistunt sinus, inquirentur. Simulatq;  
 verò hos inueneris, vtrinq; magnam cerebri au-  
 ferens portionem, primùm magna & acutiori  
 nouacula sectionem per dextrum, qui ad cal-  
 losum corpus consistit, sinum deducens, que to-  
 tam cerebri partem sinu illo superiorem, à fron-  
 te ad occipitium vsque simul in dextro latere  
 adimat. pluribus enim reiteratis sectionibus,  
 operatio turpiter vitatur. Ademptam cerebri  
 partem in mensam ita repones, vt elatior de-  
 stri ventriculi sedes in conspectu sit. ea enim  
 quam fieri præcepimus sectio, dextrum ventri-

culum diuidit, si modo recte secundum finem, qui ad dextrum callosi corporis latus visus, administrata fuerit. Dextra cerebri parte ad eum modum ablata, in sinistra idem quoque, & sinister quoque pateat ventriculus, motus dum est, per sinistram iuxta corpus callosum consistentem sinum facta sectione, callosque corpore quam fieri licebit maxime immoto, diuisosque. Quandoquidem id postquam sinistra quoque cerebri ventriculum inspexeris, videndo ventriculorum septo, seu speculo, sensim, & quam accuratissime vbi vtrinq; continua illi cerebri pars adempta est, summis vtriusque manus digitis modice equaliterque attollendum venit. Septum enim si ad eum modum callosum corpus erexeris, & dein candulam contrario eius quod inspicias lateri (nisi illi elarior dies oblucent) adhibendam curaueris, euadet conspicuum. Latum callosum corpus anteriori parte, qua obfactus organorum interstitio vicinius est, cultello à cerebro liberabis, & deinde id hac parte eleuatam digitis sursum trahes, in posteriorem speculi septi, ve sedem calloso corpori, inferiorem vero illi cerebri parti quam testudini ac camerato assimilamus, conatam cernes. Cameratum autem (cuius nunc superior sedes vndique obuia est) obtusiori stylo venit examinari

minime  
phonus  
ventric  
perpens  
substan  
septo con  
de eleua  
inferior  
est, occur  
steriori s  
rebri ven  
uestigab  
repositum  
tello min  
xerit tan  
lum ad ea  
membran  
cerebri ve  
icere, ac  
nug; ratio  
tim vero  
nsum, ac  
des plexu  
cis disto,  
sum sine e  
inferiorem v  
iter hec s  
priora defec



minandum. ac primum quidem stylus ad sy-  
 phonis formam obliquatus camerato ex dextro  
 ventriculo in sinistrum mittetur. & camerati  
 perpendis lateribus, anterior ipsius pars cerebri  
 substantie non procul ab olfactus organorum  
 septo comata, cultello diuidetur, & digitis dein-  
 de eleuata in posteriora reflectetur, ut & ipsius  
 inferior superficies que testitudinis modo caua  
 est, occurrat. Reflexo itaq; camerato, qui id po-  
 steriori sua parte velut ex dextro sinistroq; ce-  
 rebri ventriculo enascatur, immisis stylis per-  
 uestigabis, & deinde id in pristina ipsius sedem  
 repositum longa sectione diuides, aut potius cul-  
 tello uniuersum radicatus praescindes. Condu-  
 xerit tamen priusquam praescetur, sub ipso sty-  
 lum ad eam usq; partem, qua ex quarto durae  
 membranae sinus vasa ductus'ue, ad anteriores  
 cerebri ventriculos sub camerato pertinet, sub-  
 iicere, ac ad amissim ipsius usum constructio-  
 nisq; rationem elegantissimam examinare. Sta-  
 tim vero atq; ademptum, longa'ue sectione di-  
 uisum, ac postea utrinq; diductum erit, atten-  
 des plexui à secundarum forma χορδαίη Grae-  
 cis dicto, & ductibus à quarti durae membranae  
 sinus sine exporrectis. Ac proinde primum po-  
 steriorem ventriculi sedem stylo inquires, qua-  
 liter haec scilicet ex posterioribus deorsum in-  
 teriora descendat, per illamq; arteria ascendat,

que antrorsum prorepens, alteram eius ductus  
 portionem assumit, qui à quarto duræ membra-  
 næ sinu in cerebrum sub camerato proficisci-  
 tur. Hunc enim rectà supra communem dextri  
 sinistriq; ventriculi cavitatem longius proce-  
 dere obseruabis, & deinde bipartitum versus  
 dextrum & sinistrum cerebri ventriculū por-  
 rigi, tandemq; ab hoc ac commemorata vltimò  
 arteria nuper dictum plexum efformari. Cete-  
 rum quum hos ductus ex quarto duræ mem-  
 brane sinu prorepentes conspicias, illi quoq; spe-  
 ctandi sunt, qui tenui membrana & humiliori  
 parte duræ membranæ dextram cerebri partem  
 à sinistra interdiuidenti, à quarto sinu effe-  
 runtur. Vbi enim hos inspexeris, ductus qui à  
 quarto sinu sub camerato in cerebri ventricu-  
 los pertinent, ea sede cultello sunt diuidendi, quæ  
 commemoratos efformant plexus. Hinc elenati  
 in posteriora leuiter reflectentur, ne simul glân-  
 dula quam *λωυδῶρον* Græcis vocari diximus,  
 auellatur. hæc siquidem illis ductibus sua sede  
 remotis, in conspectu iacet. Verùm hæc tentanti  
 oculum cerebrum ad manum esse velim, quod  
 id glandulam illam & cerebri testes, natesq;  
 apertius nonnihil quàm humanum caput com-  
 monstret. Glandula hæc in suum locum reposita,  
 digitis communem dextri sinistriq; cerebri  
 ventriculorum sinum, qui instar rimæ modò

spectantur

spectanti occurrit distendes, ac mox meatu quo  
 pituita versus peluim ex tenui membrana ex-  
 tructam defertur, vna cum meatus principio  
 intueberis, qui ex tertio vetriculo communi ve  
 hac concauitate in quartum ventriculum per-  
 tinet. quibus inspectis totam cerebri portionem  
 cerebello incumbetem transuersa in cerebro du-  
 cta sectione adimes, id duntaxat hic precauens  
 ne ductus arterias ve per posteriorem dextri si-  
 nistriq; cerebri ventriculorum regionem ascen-  
 dentes, vna disseces. Apparet modo dura mem-  
 brana pars cerebellum ab ipsi incumbente cere-  
 bri portione diuidens, & etiam illa que inter  
 dextram cerebri partem & sinistram ducitur.  
 quapropter tempestiuum est, vt quatuor dura  
 membrane sinus simul examines. Tertio itaq;  
 durae membrane sinui quem dudum per longi-  
 tudinem dissecuisti, plumbeum inseres stylum,  
 quem facile in tres reliquos eius membrane si-  
 nus hinc protrudes: si modo vtring; ad latera  
 primum, vbi cerebelli elatior pars ossi proxima  
 est, illum impuleris. ita enim dextrum & sini-  
 strum sinum, seu primum ac secundum inuenies.  
 Deinde si sub radice durae membrane partis de-  
 xtram & sinistram cerebri partem interue-  
 nientis stylum detruferis, quartum sinum com-  
 peries. Quo tamen eos videas exactius, acutio-  
 ris cultelli mucrone longis ductis sectionibus

omnes sunt aperiendi : & deinde cuitello tota dure membrana pars cerebello superius obiecta, orbiculari sectione secundum os ducta venit praefecanda, aut sectione secundum longitudinem ducta, diuidenda, ac retrosum reflectenda. Vt cerebello obiter inspecto, cerebrum cernit aggrediaris, communem dextri sinistriq; ventriculi sinum distendens, ac exactius pituita ductus immisso stylo examinans. Vt vero communis cavitatis seu tertij cerebelli ventriculi meatum in cerebri cavitatem porrectum obserues, obliquatum stylum meatui indes, leuiterq; in cerebellum concidere fines. Stylus enim grauior siphonis modo incuruatus, etiam non impulsus secundum meatus ductum, in cerebellum deuoluitur. Manente adhuc in meatu stylo, digitis cerebellum nonnihil à cerebri testibus dirimes, quoad scilicet stylum inter cerebellum & testes ipsos intuearis. tunc enim, & praecipue in omni cerebro, quae pars testibus, & quae natibus similior sit, disces. Quod quum obseraueris, cuitello testes ipsos natesq; secundum stylum diuides, vt meatus ille ex communi dextri & sinistri ventriculi cavitare ad cerebellum porrectus euadat conspicuus, pauloq; accuratius meatus à cerebro ad peluim pertinēs, pituitamq; eo deducens, reddatur conspectior. Poteris modo tenuem cerebelli membranam hamulo discerpere,

& ven

Venam que ab illius ductibus in posteriorem humilioremque anteriorum ventriculorum sedem pertinet examinare. Quippe hanc reperies facillime, modo illam iuxta antica cerebelli partis cum cerebro connexum inquisueris, qui presentis vene potissimum fit interuentus. Ut vero coalitum cerebelli cum dorsali medulla cognoscas, caput quasi in faciem reclinandum est, & manu inter cerebellum & duram cerebri membranam occipitis ossi commissam, imposita, cerebellum in priora, deorsumque detrahi debet, quousque vniuersum à dorsali medulla liberatum decidat. in ea enim administratio, ne nihil obstabit, quo minus venulas ductusve ex primi secundique duræ membrane sinuum principijs, aut venis arterijsque per transversos cervicis vertebrarum processus repentibus, in cerebellum porrigi videas, ac dorsalis ex ipso cerebro ortum, formam, & sinum cum cerebelli sinu quartum efformantem ventriculum cernas. Deinde etiam reposito capite, & cerebello in primum posito, ipsius intrueberis sinum, & partes quibus dorsali medulla connascebatur, & precipue ipsius reuolutisnii anfractuumve pulchram imaginem. à quibus ilico velut manus ducèris ad duos reuolutionum apices vermicibus assimilatos, & veluti reuolutionum terminos per cerebelli medium secundum ipsius longitudinalem

gitudinem deductarum. Atq; id apparebit cla-  
 rissime si per eam longitudinem vtrinque longa  
 sectione ad earum reuolutionum latera ducta,  
 eas à reliqua cerebelli substantia liberaueris,  
 exectasq; in mensam exporrexeris. ita nanque  
 vnus tibi apparebit vermis, illis quam simili-  
 mus, qui veris tempore è salicibus decidere so-  
 lent, aut bombicibus priusquam sese folliculo  
 includant: & adhuc multo magis quum iam  
 aliquandiu inclusi fuerunt, folliculum tamen  
 nondum corroserit. At si vniuersas illas medias  
 reuolutiones simul non abstuleris, & duntaxat  
 extrema execueris, duos poteris commonstrare  
 vermiformes cerebelli processus, vniam quidem  
 priorem, posteriorem verò alterum. Porro non  
 solum exectis ad hunc modum vermiformibus  
 processibus, ipsorum imago examinanda venit,  
 verum etiam quando cerebellum à dorsalis  
 medulle initio auellitur, ipsorum vsum praci-  
 puo studio expendere conduxerit. Inspectis itaq;  
 cerebelli partibus, neruorum paria inuestiga-  
 buntur. quod vt fiat ocyus, manum inter cere-  
 brum et frontis os inserta, cerebrum sensim at-  
 tolletur, vt primum à plerisque vocatum cerebri  
 mamillarè processum, & dein olfactus organo  
 seruietes videas processus, qui è suis sinibus sty-  
 lo quopià aut digito veniunt euellendi, & vnà  
 cum cerebro sursum in posteriora sectendi: in  
 quo

qu  
 ual  
 ort  
 spec  
 pia,  
 cere  
 teri,  
 ing  
 mur,  
 & s  
 verò  
 ctes,  
 bro a  
 in re  
 visor  
 vent  
 luq;  
 neru  
 tione  
 stud  
 aufe  
 curri  
 vent  
 gland  
 facile  
 foran  
 bran  
 reliqu

quo opere caput non inutiliter in occiput reclinabitur. ita enim reuolutum eorum processuum ortum pulchrè ostendet. Atq; hic pariter in conspectum venient visoriorum neruorum principia, & eorundem congressus, & sub illis peluis cerebri pituita expurgandæ parata. Mox et arteriarum in duræ membranæ amplitudinem ingressus occurret, quæ partim in tenuem absumuntur membranam, & partim in dextrum & sinistrum cerebri ventriculos properant. Ut verò exactam earum arteriarum seriem spectes, & hic quoq; tenuem membranam à cerebro diuelles, & ventriculorum terminos inibi in reuolutiones, non autem in olfactus organa visorios ve neruos finire, nihilq; minus quàm à ventriculis in ea organa pituitam excerni, illisq; ad octauum capitis os deduci. Nunc visorios à cerebro diuides, et totam ipsorum portionem in caluariæ amplitudine tibi conspicuâ, studiose resecabis, ne nuper dictam peluim simul auferas. ea namq; hac administratione tota occurrat, pulchreque cernitur, qui meatus ex tertio ventriculo ad hanc pertinet, & qualiter illa in glandem cesset, quæ duræ membranæ subijcitur, facileq; dilatato hic proprio duræ membranæ foramine spectabitur. Cōduxerit tamen membranam inibi tantisper illesam seruare, dum reliquos cerebri neruos examinaueris. Capite  
 igit

igitur in sinistrum latus reclinato; & cerebri parte que adhuc reliqua est, in suum locum reuocunq; reposita, cerebrum postea in sinistrum latus deorsumq; reflectes, & secundi paris originem contempleris, mox minorem tertij paris radicem, qua diuisa cerebrum adhuc magis in sinistrum deflectes, & mox tertij & quarti paris exortum intueberis: in super & quinti paris originem, quam similiter diuidere cõpetit, ut neruulum intuearis, qui iuxta quinti paris radicem principium obtinens temporali musculo, & in ore delitescenti maxillamq; attollenti offertur. Sextum quoque par & septimum eadem conspicua, si varijs ipsorum quibus ortum ducunt propaginibus animum adhibueris. Ceterum quum paria hæc perquiris, ductus quoq; venarum modo ex dura membrane sinibus in tenuem excurrentes obseruandi veniunt, & neruorum exortibus in sinistro si visum erit latere, similiter adiuuentis, quicquid dorsalis medullæ, aut cerebri in capite reliquum est auferes, ut duram membranam qua cerebri basi subiacet, adhuc integram videas, & os factus organorum sinus foraminulis peruios, & vidiq; egredientes nervos intuearis: quibus inspectis, primi ac secundi dure membrane sinuum originem, & in illos subeuntia vasa examina-bis, acutiore cultelli mucrone ipsos aperient.

Ductus



Ductus autem secundum duræ membrane latera excurrentes, & in ipsius iuxta frontem basi conspicui, vel citra aliam sectionem sunt obuij. vt verò glandulam, & quem dissectionis professores ementiuntur reticularem plexum videas, animum adhibebis duræ membrane foramini peluis infundibili ve medium excipienti, & adhuc peluis portionem adnatam habenti, non negligens interim arteriam vtrinq; ad foraminis illius latera duram membranâ penetrantem. quæ vbi obiter intuitus fueris, acutioris cultelli mucrone sectione ex illo foramine vtrinq; ad arteriarum vsq; transitum ducens, et labris sectionum distentis, glandula sese offeret, arteriæq; ad ipsius latus strata. Verum hæc magis reddentur conspicue, si hamulis & acutioris cultelli mucrone, quàm poteris maximè duram membranam hic liberaueris, aperueris ve, ac ab arteria duram penetrante membranam plumbeum stylum ad soporariam vsq; arteriâ in ceruice adhuc consistente, impellas. Id nanq; in homine factus promptum est, si modo tuis oculis Galeni nomine fidem derogare nolueris. Hic enim quàm pulchra de reticulari plexu in hominibus commenti sint hæcenus omnes, obseruabis: potissimum si ouillum aut bubulum cerebrum hic quoq; sectioni adhibueris. Præterea glandulam suâ sede dimouens, ac vt duritiem ipsius

experiaris eandem comprimens, perpendes quid  
 Galeno in mentem venerit, quod per crassissi-  
 mam ossis cuneum referentis sedem, quam spon-  
 giæ modo peruiam esse scribit, pituitam ad pa-  
 latum colari censuerit, & non potius proprius  
 hic pituitæ & attracto per inspirationem aëri  
 ductus, foraminaq; non minima etiam indaga-  
 uerit. Relicta modo interiori caluariæ sede ocu-  
 lum aggredi conuenit, ad cuius sectionem ha-  
 manus, si recentius adhuc fuerit cadauer, suffe-  
 cerit: alioqui enim bubulus quam nancisci pote-  
 rit recentissimus, simul quoq; operi adhibebitur.  
 Primum itaq; palpebrarum, & deinde oculi  
 musculos, quemadmodum in secundo docuimus  
 libro, inquires: in quo opere neruorum quoq; &  
 venarum arteriarumq; per oculorum sedem  
 ductuum habenda est ratio, secundi dico neruo-  
 rum cerebri paris. & minoris radice tertij pa-  
 ris, quorum ramulos facile adinuenies, si eos in  
 pinguedine oculi musculis obducta perquisiue-  
 ris, & præcipue si ossa reseruare nolens integra,  
 ferra frontis os superiorem oculi constituentem  
 sedem, instar trianguli prius executeris, & de-  
 inde primum neruos illos, & postea extracto  
 oculo ipsius musculos indagaueris, alias enim  
 oculus cum musculis illo offe esset eruendus:  
 acutiori cultro in oculi circuitu proxime ad et  
 ductis sectionibus, vsq; ad nerui visorij è calua-  
 ria

ria amplitudine qua cerebrū continetur egres-  
 sum. Vt cumq; verò oculum euulseris, conduxerit  
 semper adherescentem membranam quàm li-  
 cebit vicinissimè ab osse dirimere, imò etiã eius  
 portionem qua internam palpebrarum effor-  
 mat sedem, oculo appensam seruare. vt interdū  
 adhuc intactis oculi musculis, cultello acutiori  
 ad iridem vsq; ab oculo ac si cutem à corpore  
 auferres, auellere, & deinde vnde ortum duxit  
 considerare possis. Aliquando verò ipsam non  
 nisi ablatis oculi musculis aggredieris, perpen-  
 dens semper hanc totam anteriorem oculi se-  
 dem, præter corneam tunicam seu pellucentem  
 duram tunicam partem amplecti: illos verò totam  
 posteriorem, præter portiuunculã ab ingredien-  
 te visorio neruo occupatam. Cæterum oculo &  
 musculis & adherescente membrana libero,  
 visorium contempleris neruum, primū ven-  
 nas: arteriasq; secundum ipsum ex cerebro in  
 duram vsq; tunicam exporrectas: deinde por-  
 tionem visoriū nerui largã sectione diuides, &  
 cultelli mucrone duræ cerebri membrane, &  
 tenuis membrane portiones neruum inuestien-  
 tes, & postmodum nerui substantiam inqui-  
 res, vt velut trium præcipuarum oculi tunica-  
 rum initia ostendas, & deinde visorium ner-  
 uum ab oculo diuidas, vt nihil præter duram,  
 seu exactissimã quæpiam sphaera, appareat,

Spheram hanc summis digitis sinistrae manus ita apprehendes, vt pollex quidem pupillam, reliqui autem eam sedem in qua visorius nervus implantatur comprehendant, dein dextra manus acutiori nouacula sectionem quam poteris longissimam in dura oculi tunica transieris duces, vt citra compressionem omnes oculi humores excidere possint. Hi enim hac ducta sectione, oculoq; in dextram manum assumpto, in manus sinistrae volam ita sunt demittendi, vt crystallinus vitreo elatiorem locum habeat: negotium enim confuderis, si vitreus super crystallinum resoluatur. Atque id ne fiat vitabis, si quum in volam ex oculo humores prolapsi fuerint, oculum non admodum a vola eleuatum tenueris, & posterior oculi pars, qua visorius nervus inseritur, volam magis respexerit. Susceptis ad hunc modum humoribus, & reposita illa oculi parte ex qua humores prolapsi sunt, manum leuiter modice reuertes, vt aqueus a vola sinistrae manus profluat, solusq; vitreus cum crystallino reseruetur. Mox considerabis tunicam palpebrarum pilis quam simillimam, qua orbiculatim crystallino humori comata, anteriorem vitrei humoris sedem inuestit, integritate. Tuniculam hanc cultelli mucrone a crystallino humore primum diuelles, & deinde a vitreo subleuata, supra chartam extendes. Crystallinum

linum humorem digitis ex vitreo quam mini-  
 me compressum eximes: & vitreo in suum lo-  
 cum in charta reposito, illesum crystallinum hu-  
 morem scripturæ alicui primum impones, &  
 deinde cultelli mucrone ipsius lateri modicè in-  
 dito, scripturæ nunc altius, nunc demissius acco-  
 modabis, qui omnia specilli instar longè quàm  
 sint maiora reddat, consideraturus. Porro ipsius  
 tunicam, quã tenuissimam in cepis pelliculæ mo-  
 do tenuem ac pellucidam, sed duriorẽ esse di-  
 ximus, ex ipsius primùm lateribus cultelli mu-  
 crone dirimere conuenit, & deinde unguibus  
 ab humore auulsam, in suum in charta locum  
 reponere. Ut verò crystallini humoris discas du-  
 ritiem, poteris illũ inter digitos premendo con-  
 fringere, & postmodum chartæ adhibere. Cæ-  
 terum ut tres adhuc reliquas contempleris tu-  
 nicas, oculi partem ex qua humores deciderũt,  
 super sinistrum pollicem euertes: & ilico quæ  
 ex visorij nerui substantia dissoluitur, tunica  
 sese offeret, aut extensa adhuc, aut ut pluri-  
 mùm solet, instar mucis collecta. quapropter sty-  
 lo rursus venit extendenda, & quantã habeat  
 amplitudinem, cuiusq; coloris & substantiæ sit  
 inquirendum. Deinde rursus erit colligenda, ac  
 denique à suo principio ubi duntaxat firma-  
 tur absecta, in chartam reponenda. Iam inter-  
 na vne tunicæ sedes vndiquaq; est conspicua,  
 ee 2 in qua

in qua primùm ipsius intueberis colores, dein-  
 de hamulo à dura ipsam diuellens, venarū ex  
 dura in illam transitum, & nigricantē ipsius  
 colorem perpendes. quum verò ad iridem diuel-  
 lendo pertigeris, ipsius hic. contemplaberis ad  
 corneam firmissimum connexum, & pupillā  
 cuiusq; calorū vna sit, quā à cornea abscedit,  
 atque è corneæ regione consistit. Diuisam hoc  
 modo vneā, & à suo exortu vbi firmissimè cor-  
 neæ duræ vè committitur, dissectam, in chartā  
 repones, & solam iam durā cū pellucida ipsius  
 instar cornu partem quam corneā vocamus,  
 contemplaberis, ipsius examinans. erasitiam,  
 & eam partem pellucidam. Postquā & hæc  
 in suum ordinem in charta locaueris, memoria  
 omnia cōmendaturus, velut ab oculi centro ad  
 extimam vsq; superficiē, & hinc rursus ad cen-  
 trum singula enumerabis, & postea nisi mole-  
 stum fuerit, sinistrum ag gredieris, à quo adba-  
 rentem membranā, & musculos, vt in dextrā  
 administrabis. verum in durā que vneam si-  
 mul penetret sectionē, nullam dūces, sed quam  
 minimè cōpresso oculo nonacule mucrone sen-  
 sim sectionē in dura molieris, nō que primo in-  
 iectu eam diuidat, sed que sæpius iterata, ad  
 vneam vsq; pertingat. sectioni deinceps tenuis  
 sed retusum stylum inseres, ac sensim vneam à  
 dura dirimes, vt iam commode forpicula dura  
 tunc ita

tunica sectionem, que orbiculatim oculum am-  
 biat, illa sa interim rvea perficere queas, vt ve-  
 narum ex dura in rveam transitum, & rvea  
 postmodu dissecta, humoru situm paulo melius  
 contempleris. Absoluta oculi Anatomie, auatius  
 organum, si ossa reseruanda minus duxeris, erit  
 aggrediendu. & primum auris Natura euadit  
 conspicua, si a cartilaginea qua conformatur  
 substantia, cutis vtrinque separetur. At auditorij  
 nerui processus difficiliter adiuuentur. serra ta-  
 men maxima ossis portione, que supra meatu  
 habetur, & deinde cultro fortiori reliquo osse  
 ad meatum usque exceto, membrana in qua ner-  
 uus degenerat, & huius organi ossicula euadit  
 conspicua. Si enim serra meatu tetigeris, om-  
 nia vitiabis, & cultro etiā subinde nihil pro-  
 mouebis, quod in angusto & anfractuoso mea-  
 tu, mollis tenuisque neruus facile cu ossibus di-  
 uellatur, contundaturque. Omnia tamen mihi  
 percommode succedunt, si serra totu ossis parte,  
 que auditus organu continet, a reliqua calua-  
 nia libero, & deinde transuersim validiori cul-  
 tro os vniuersum impetu dissecō. Cōuenit autē  
 ita sectionē moliri, vt ea ossis sedes que neruus  
 a cerebro procedentem primum excipit, ab illo  
 separetur, cui auris conuascitur. Rursus si ossa  
 laud reseruanda putas, suaserim vt frontis os  
 qua supercilia spectat, passim effingeres, sinum  
 ee 3 illum

illum quem continet accuratè examinaturus. idem quoq; in osse cuneum imitante moliedum est, vt ipsius quoq; antra crebro apparentia, & que illis continetur materia in conspicuo sunt, neq; quicquã septimo hoc libro descriptum lateat. Ceterũ nunc aliquot musculorũ administratio adhuc superest, quibus videndis alterum latus suffecerit. Aggredieris itaq; musculos cubi tum mouẽtes, & qui radium, & brachiale, & digitos mouent: mox tibiam mouentes, & qui femoris motuum auctores censentur: deinde pedis & digitorum motuũ opifices ita simul cum ligamẽtis rescabis, quemadmodum in secundo libro iam multo antè commemorauĩ. Profsa enim abs re ducerem, si eos musculos, administrandiq; rationem vel obiter etiam hic pertrãtarem. Quod verò ad manus & cruris venas, arteriasq; & nervos attinet, quum horum administratio nondum expressa sit, aliquid dicam. reliquarum enim partium vasa, nervosq; iam pridem retulimus. Primum itaque à summo humero ad pollicis vsque vnguem in cute sectionem adeò leniter duces, vt carnosam membranam non vulneres: deinde sectionis labris inuicem diremptis, omni studio laborisq; pãtientiã cutem à carnea membrana ita auferes, vt adipem omnem membranae adherere sinas. studioseq; expendas, ne venam quampiam, aut



neruulum cuti connexum finas. & si fortè ali-  
 quem ramum cuti exporrectū negligentia di-  
 uiseris, atq; cum cute aliquousq; à carnea mem-  
 brana seimxeris, illum à cute sedulò refeca, &  
 carnea membrane ita atq; prorepebat, obten-  
 dito, ac dein cutem quemadmodum cœpisti adi-  
 mito, nullibi cutis aliquid, neq; in brachio, neq;  
 in cubito, neque in manus extrema relinquens.  
 Iam venulas & neruulos obseruabis, durae mē-  
 brane qua brachium attollentem integit mu-  
 sculum oblatos: dein primum neruum brachij,  
 qui carnosae membrane aliquousque in exter-  
 na brachij sede exporrigitur, dein ramulum ter-  
 tiū nerui inter muscolum brachium attollen-  
 tem, & eum qui brachium pectori adducit, in  
 carneam membranam hic in anteriori brachij  
 sede disseminatū. In posteriori autē brachij sede  
 & inferiori regione externi lateris brachij ner-  
 uorum surculos expendes, carnea membrane  
 à quarto neruo brachium ingrediente derina-  
 tos, simul cum ramo quem externae cubiti sedi  
 obliquè offert. Mox sexti brachium petentis ner-  
 ui seriè vniuersam expendes. ea enim tota car-  
 nea membrane duntaxat exporrigitur. Iam  
 humerariae secundū internum latus musculi  
 brachium attollentis egressum spectabis, & ra-  
 mulos quos hinc inde donec cubiti attingat ar-  
 ticulum dispensat. Ad cubiti autem articulum

ramū obseruabis obliquè deorsum ad cōmūis  
 vene constitutionem, ab humeraria diffusum:  
 dein eum qui secundū radiū in posteriora  
 cubiti ad paruum vsq; fertur digitum, axilla-  
 ris vene ramum sibi affeiscens. Ramum verò  
 quem humeraria rarius ad articuli cubiti pro-  
 fundiora mittit, si modo adfuerit, etiam citra  
 sectionē expendes, axillaris vene portioni ani-  
 mum accommodans, quæ sub media longitudi-  
 ne brachij carneam membranam subit. Hanc  
 enim ramum ad cōmūis vene constitutio-  
 nem promere cernis: dein alios ipsius ramos se-  
 cundum vlnam, seu inferiorem cubiti regionē  
 ad brachiale ferri spectabis, & etiam animad-  
 uertes huius portionis soboles per interiorem cu-  
 biti sedem variè admodumq; implicite ad bra-  
 chiale vsq; & manus volam excurrentes. Pre-  
 terea cōmūis vene seriem vniuersam quosq;  
 intueberis, ad secundi brachium petentis nerui  
 propagines animum dirigens, quæ ab illo pro-  
 ducuntur, simulatque in cubiti articulo car-  
 neam membranam ex alto adit. ad hæc ramū  
 quarti nerui etiam spectabis, qui externe cubi-  
 ti sedi ad brachiale vsque spargitur. Neros au-  
 tem digitos implicantes, aliquo pacto etiā mo-  
 do cernis. verū magis conduxerit, eos tum pri-  
 mū expendere, quū radices ipsorum ad di-  
 gitos vsque perduxeris. Postquam itaque hæc  
 omnia,

omnia, non resecta adhuc carnica membrana diligenter non sine magno usu spectaueris, carneam membranam vna cum ipsi annexis venis & neruis à succumbentibus musculis auferes: ac mox musculū, cuius beneficio brachium pectori adducitur ad ipsius usq; insertionem ab illis quibus adnascitur partibus liberabis, idem & in illo molieris, qui brachium attollit, & qui scapulam mouentium primus & secundus habentur, dein clauiculam à summo humero resecabis, & musculum auferes à pectoris osse & clauicula mamillari capitis processui insertum, & eum qui à scapula osi v imitanti implantatur, & eum quoq; qui à prima pronatus costa, transuersis processibus ceruicis vertebrarum inseritur. Ceterum quum hos adimis musculos, parum curandum est, num illos auferas illesos, parumq; vulneratos. hic enim non musculorum, sed vasorum natura venit discenda: & perpetuò cauendum est, ne vas, non autem musculus vitietur. Si itaque ad hunc modum accuratè hos musculos ademeris, in ceruicis vertebrarum latere neruorum radices seriesq; eleganter occurrent, qui ab illis prosiliunt vertebris: atq; ita etiam plexum neruorum in brachium excurrentium obseruabis, à quo seriatim cuiusq; nerui digestionem persequeris. Ac primus occurrit, qui musculo brachium attollenti

præcipuè offertur : deinde secundus, & ter-  
 tius. quorum seriem commodius spectabis,  
 si capita musculi cubitum flectentium an-  
 terioris illinc vnde prodeunt liberaueris, atque  
 à subdito illi musculo ad insertionem vsque  
 ipsius detraixeris. Mox enim ita præter secundi  
 & tertij nerui ad brachium ingressum, etiam  
 quarti & quinti & sexti nerui, & dein arte-  
 riæ & axillaris, & humerariæ venarū ingres-  
 sum adinuenies, sensimq; singulorum seriem se-  
 queris, que in secundo neruo obseruatu est prom-  
 pta, & tertij quoq; nerui series ad cubiti vsque  
 articulum in propatulo est, vti etiã & quinti  
 nerui & sexti. Quartus autem nervus, quã se-  
 cundum brachij os versus externum illius tu-  
 berculam retorquetur, non occurrit, nisi obli-  
 què secundum nerui ductū musculos cubiti ex-  
 tensionis autores dissecueris, neruiq; progressum  
 ita vitiatis musculis persequutus fueris. Vbi au-  
 tem hunc ad externū cubiti articuli latus vsq;  
 deduxeris, ramosq; quos hæctenus in progressu  
 edidit examinaueris, musculis ab externo hu-  
 meri tuberculo principium ducētibus, à sua ori-  
 gine liberatis, ramos quarti nerui expēdes, qui  
 illis musculis offeruntur, & eã sequeris propagi-  
 nem que tandem externe pollicis regioni, vt  
 & indicis quoque & medij surculos exhibet.  
 hanc enim leni negotio reperies, si musculo at-  
 tenderis

tenderis bifido tendine brachiale extendenti. lam quarti nerui propago similiter inquirenda est, quæ vlnæ exporrecta, ad brachiale vsq; excurret, & musculus ab externa vlnæ sede initiū ducentibus surculos depromit. Vt verò reliquū tertij quintiq; nerui, & dein recondita axillaris venæ portionis, & manus arteria in cubito extremaq; manus progressum videas, muscutorum ab interno humeri tuberculo originem sumentium capita veniunt liberanda: ita enim in anteriori cubiti articuli sede venæ & arteriæ, & tertij nerui in cubitum ingressus occurret: & elevato secundos quatuor digitorum artienlos flectente musculo, ipsorum ad brachiale vsque progressum etiam obseruabis, vnâ cum quinti nerui (qui secundum posteriora interioris humeri tuberculi in cubitum fertur) portione vlnæ exporrecta, atq; sub medio longitudinis vlnæ ramum diducente. qui in cubiti exteriora reflexus, externæ sedi parui digiti & annularis & mediij surculos offert: quem leni negotio, quum in superficie propemodū ducatur, adinuenies. reliquum verò quinti nerui & tertij progressum reperies, si transuersum in interna brachialis sede repositum ligamētum diuiseris, ac dein exiguo cultello venæ, arteriæ, & eorum neruorum seriem ad extremos vsq; digitos perduxeris. Ceterum priusquam cruris

neruos

neruos & vasa inquire, etiam diligenter obseruabis neruorum ex lateribus thoracis vertebrarum profilientium distributionem. quam tunc demum opportunè inuenies, quum sedulo illorum distributione perlecta, musculorum dissectionem perspectissimam habes, qua hic non minus indiges, quam ante musculorum administrationem absolutissima osium cognitione. Quum itaq; ad lumborum vertebrae vsq; deuentum erit, ab inguine ad pedis vsq; pollicem similiter atq; in manu, sectionem duces: cutem ad carneam vsq; membranâ diuidens: vt dein vniuersam cruris & pedis cutem illesa carnea membrana, & venis, & arterijs, & neruis, inter hanc & cutē excurrētibus ad carneam membranam relictis, cōmodè (licet laboriose) auferas, ac mox quatuor neruorum crus petentium radices exortusq; inuenias, quos reperies neruos è lumborum vertebrae & sacro osse profilientes, secundum ipsorum seriem subsequendo. Deductis autem ad crus quatuor neruis, primi nerui sobolem obseruabis, carnea membrane in externa femoris sede exporrectam. dein secundi nerui sobolem in anteriori femoris sede ad carneam membranam diffusum. atq; hic venam obseruabis per femoris & tibiæ interiora ad pedis vsque summum simul cum illius rami sobole exporrectam. Tertij nerui sobolem carneæ memb

membrane oblatā inuenies, si inguini animum adhibueris. Ut autem quarti nerui ramum in carneam membranam diffusum inuenias, primum femur mouentium musculum ab ilium osse & sacro coccygeq; ad insertionem vsque liberabis, moxq; quarti nerui truncum eumq; ramum spectabis. Quo inuento, etiam ramum quarti nerui in carneam membranam iuxta poplitem, femorisq; humiliora diffusum absque sectione inquires, & dein quarti nerui ramos tibie cuti multifariam simul cum venis depromptos in carnea membrana peruestigabis. & mox ad inguina reuersus, primi nerui seriem in musculis occultatam cultello per musculos quæres, quod & in secundo & tertio facies: quanquam cum tertio etiam arterie & vene propagines inueniende sint, quæ per pubis ossis foramen in femur delabuntur. Venam autem & arteriam insigniores femur petentes dissectis vitatisq; musculis sensim adinuenies, & ipsarum obseruatis ramis, progressum eorundem sequeris, quæ secundum femoris os retorquentur, ac poplitem vnâ cum quarto neruo adeunt. Atque vbi tria hæc, venam scilicet arteriam & neruum repereris, qui in poplite diuidantur peruestigabis, & musculis ligamentisq; vario dissectis, vniuersam ipsorum seriem disces, quod sanè feceris facile, quanquam laboriose.

riose, si modo horum distributione sedulo prele-  
ctis, & mea de humani corporis fabrica Epito-  
mes tabulis ob oculos positus, exactam osium  
musculorumq; cognitionem habueris. Est enim  
in hominis partibus accuratè discendis diligen-  
s ordinis habenda ratio.

De viuorum sectione nonnulla CAP. XIX.

**V**Ti sanè mortuorum sectio cuiusque partis  
numerum, situm, figuram, substantiæ pro-  
prietatem, compositionem accuratissimè docet:  
ita quoq; viui animantis sectio interim fun-  
ctionem ipsam manifestò ostendit, interim ad  
huius inuentionem ratiocinationes percommo-  
de exhibet. quare etiam meritò in mortuis ani-  
mantibus primum studiosi veniunt exercitan-  
di, vt postmodum actionem vsusq; partium  
inquisituri, promptè viuuum animal ageredian-  
tur. Ceterum quum corporis permulte sint par-  
ticulae, differentibus actionibus vsibusq; dicatae,  
multiplices quoq; viuorum sectiones esse, nemi-  
nè ambigere decet. An osibus enim, vt seriatim  
singula pertractemus, à viuorum Anatome pe-  
tinemus, num corporis hec optimum fulcrum ac  
firmamentum sint, numq; omnia his adnascen-  
tur adstabilianturq; quum enim viui animan-  
tis os aliquod ruptum cernimus, vniuersum  
membrum fracturæ subiectum collabi, neq; am-  
plius firmari intuemur: quod quia crebrius et

su o  
secti  
gine  
quis  
cuius  
stet,  
mus  
vsus  
torum  
rum  
inter  
musc  
artic  
himi  
vt ter  
tineat  
bit ce  
vt ita  
transf  
que i  
haben  
impet  
suis sin  
dem a  
specula  
carnei  
gracile  
trahunt



si obuenit, in ossium vsu indagando viuorum  
 sectionem non magnopere requirimus. Cartila-  
 gines quoque simili ratione quedam firmare,  
 quum franguntur, discimus: in articuli verò ali-  
 cuius dissectione, videmus quid cartilago præ-  
 stet, etiam si hanc in viuo animante non obee-  
 mus. atq; ita etiam ligamenti ossa colligantis  
 vsus in mortuis quoque visitur, vt & ligamen-  
 torum etiam transuersim tendinibus obducto-  
 rum. dum enim transuersum in brachialis  
 interna sede positum ligamentum diuidimus,  
 musculumq; digitorum secundos aut tertios  
 articulos flectentem ad suum principium tra-  
 himus, id videmus in hoc potissimum factum,  
 vt tendines, quo minus è sua sede exurgat, con-  
 tineat. quanquam id in cane viuo etiam lice-  
 bit cernere, si obiter cutem à cubito & manu,  
 vt ita dicam, extrema liberaueris, & cultello  
 transuersum in brachiale ligamentum, & alia  
 que in externa vlne radij sede ad brachiale  
 habentur, diuiseris. mox enim quum canis suo  
 impetu digitos flectet, & extendet, tendines è  
 suis sinibus subleuari cernes. Atque in hac ea-  
 dem administratione musculorum actionem  
 specularere, quum illos in se, vbi maxime sunt  
 carnei, colligi crassescereq; , & rursus produci  
 gracilesq; fieri videbis, prout collecti partem at-  
 trahunt, aut remissi eductiq; eam ab alio mu-  
 sculo

sculo in contrariū velli sinunt, aut etiam alio-  
 quin suam collectionem non exercent. Neque id  
 hic in cubito duntaxat est obseruandum, verum  
 altius ab eodem cane cutis est adimēda, vt bra-  
 chium inuersetur axillaq; denudetur, & ner-  
 ui per axillā in id prorepentes appareant, atq;  
 ex illis aliquem laqueo intercipias, cuius seriem  
 in musculos quosdam pertinere cognoueris. Ve-  
 rum quum canis neruorum & hominis nume-  
 rus distributioq; non admodum conueniat, sua-  
 serim vt quum hanc sectionem in viuo cane  
 obiturus es, mortuum quoq; ad manū habes,  
 in quo neruorum per brachium & cubitum  
 excurrentium seriem didiceris, atque ita ner-  
 uum aliquem inueneris, qui in musculos quos-  
 dam digeritur: vti ferē illi erunt, quorum alter  
 in homine tertius est, ac secundum anteriorem  
 cubiti articuli sedem in cubitum fertur: alter  
 verò quintus, secundum posteriorem hume-  
 ri tuberculi regionem in cubitum proferans.  
 Huiusmodi enim nerui in cane etiam obser-  
 uantur, & illis alicubi priusquam ad cubiti ar-  
 ticulum pertingant ligatis, motus aboletur mu-  
 sculorum digito & brachiale flectentium. vn-  
 de si & illum neruum etiam vinculo intercepe-  
 ris, qui in homine mihi quartus numeratur,  
 atq; secundum humerum ad externum ipsius  
 tuberculum porrigitur, etiam motus abelebi-  
 tur.

tu  
 der  
 laq  
 in  
 tui  
 dom  
 long  
 pene  
 nis  
 tran  
 mus  
 ction  
 sus  
 ut  
 uab  
 scind  
 nes.  
 contr  
 trunc  
 demq  
 itaq;  
 obuia  
 musc  
 neru  
 cubito  
 quod  
 admin  
 malia

tur musculorum brachiale & digitos extendentium. Condukerit autem huiusmodi nervos laqueis intercipere, quo illis modo in hoc, modo in illo nervo solutis musculorum motum restitui obserues. Iam musculo alicui muris forma donato (quales hic in cubito occurrunt plurimi) longam sectionem induces, que ventrem totum penetret, ut musculi illius motum, huius sectionis gratia non perdi expendas. Dum autem transversam sectionem ventri induces, tantum musculi motum aboleri videbis, quanta erit sectionis profunditas. Atque quum ventrem prorsus diuides, musculum ad insertionem ipsius una parte, alia vero ad exortum colligi obseruabis si vero alterius musculi tendinem praescindes, musculum versus exortum conuelli cernes. Item si caput diuiseris, is ad insertionem contrahetur. Si vero insertionem & caput abtruncaueris, musculus ad ipsius ventrem sedemque qua maxime carneus est conglobabitur. itaque musculorum functio tibi haec molienti erit obuia. Si autem priuatim nervi alicuius, aut musculi functionem inquiredam duxeris, cum nervum & musculum, ut iam in brachio & cubito faciendum praecipi, aggredieris. Neque est quod hic prolixè commemorem, qualiter in his administrationibus canes aut eius generis animalia ligare conueniat, quum quisque pro sua

ff ind

industria, si modo in mortuorum sectione ad  
 missim versatus fuerit, hæc omnia rectissime  
 obiturus sit, & citra mortuorū sectionis peri-  
 tiam in viuorum Anatome omnia in cassum  
 tententur. Adeo vt de neruorum musculorumq;  
 sectione mihi nihil dicendum superfit, quia  
 quæ & de neruis recurrētibus paulo post que-  
 dam subiiciam. Vt autē videas num nerui sub-  
 stantia, aut membrana illam induentes anima-  
 lem vim præcipue, porrigant, opportune feceris,  
 si cutem femoris tibiæ & pedis auferas, ac pri-  
 mo femur mouentium musculo à suis exortibus  
 liberato, quartum femur petentem neruum in-  
 quiras: & huius membranæ à nerui substan-  
 tia detractis, expendas quæ pedis digiti ipsiq;  
 pes adhuc moueantur, ipsiq; neruus cõcreditum  
 sibi munus adhuc exerceat. Verum si quis me-  
 dullæ dorsalis munus rimari statuisset, ac vi-  
 dere cuperet, quæ ea lesa, partes lesioni subdite  
 sensum motumq; perdant: huic licebit canē ita  
 afferi cuiquam aut trunco alligare, vt dorsum  
 cervicemq; porrigat, quo dein grandiori cultro  
 vertebrarum aliquot spinæ præsciindi queant,  
 tandemq; dorsalis medulla ea sede nudari pos-  
 sit, qua illum quis secandam arbitrabitur. nihil  
 enim facilius est, quàm tunc videre motum sen-  
 sumq; subditarum sectioni partium aboleri. Ce-  
 terum in venarum vsu inquirendo, vix quorū  
 viuo

vinorum sectione opus est: quum in mortuorum  
 Anatome assatim discamus, eas sanguinem per  
 vniuersum corpus deferre, & partem aliquam  
 nõ nutriri in qua insignis vena in vulneribus  
 præscinditur. Item in arterijs viuorũ sectionem  
 vix requirimus, quanquam licebit alicui arte-  
 riã in inguina procedentem nudare, vinculoq;   
 intercipere, ac intueri partem arteriæ vinculo  
 subensam, non amplius pulsare. Atq; ita leuis  
 negotio observatur in arterijs sanguinem nati-  
 ra contineri, si quando arteriam in viuis aperi-  
 mus. Vt autem certiores sumus, pulsandi vini-  
 non arteriæ inesse, aut contentã in arterijs ma-  
 teriam pulsum opificem existere, verum à cor-  
 de eam virtutem pendere. præterquam quod ar-  
 teriam vinculo interceptam non amplius sub  
 vinculo pulsare cernimus, licebit inguinis femo-  
 ris re arteriæ longam sectionẽ inducere, & ca-  
 naliculum ex arundine tã crassum assumere,  
 quanta arteriæ est capacitas: & illũ ita sectio-  
 ni indere, vt superior canalis pars altius in ar-  
 teriæ cavitatem pertingat, quàm sectionis supe-  
 rior sedes: & ita inferior quoq; canalis pars,  
 deorsum magis ipsa inferiori sectionis parte  
 protrudatur, ac dein vinculum arteriæ circun-  
 detur, quod ipsius corpus super canalem strin-  
 gat. Quum enim id sit, sanguis quidem & spi-  
 ritus per arteriam ad pedem vsq; excurrit, re-

rum tota arterie pars canali subdita non amplius pulsat. Soluta autē vinculo arterie pari canali subdita, nō minus quā superior pulsum ostēdit. Quāta verō vis à corde per arterias cerebro deducatur, postea videbimus: nūc Galeni viūā in hac demōstratiōe cōsectionē summo pere mirātes, quā omnia præscindi suadet quæ cerebro et cordi sunt cōmunia, semper omittēs arterias, quæ per trāsversos vertebrarū cervicis processus caput petūt, & etiā nō mediocrē portionē vitalis spiritus in primos duræ mēbranæ sinus, atq; ita etiā in cerebrū deserūt, adeo ut nō mirū sit, cerebrū diutius in illa administratiōe suo munere fungi, quā cōmodè Galenus per arbitrabatur. respirat enim in hac sectione diutissimè animal, et aliās mouetur. si verò currit, itaq; multo spiritu indiget, nō multo post concidit: quanquā adhuc postea cerebrū animalis spiritus substantiā recipiat, ab illis arteriis quas per trāsversos cervicis vertebrarū processus calvariam petere recessū. Ceterū hoc loco ubi de vivorum sectione obiter tantū pertractandum duxi, haud propofui Galeni aut recte, aut minus recte celebratas vivorum sectiones recensere: quum hic abundè fecero, si perfunctoriè aliquot sectiones recenseream singulis libris dicatas. Atq; quū iā ad quintū vsq; sit deventū, modo de nutritionis organis sermonē instituemus, quorum

minus ferè in mortuorum sectione etiam disci-  
 mus. Videmus enim peritonæum omnium ipsò  
 complexorum organorum esse inuolucrum, omen-  
 tum ut & mesenterium vasorum deductioni  
 & distributioni optimè subservire, ventricu-  
 lum cibos & potum conficere, hosq; per stomá-  
 chum huc deferri. Quamquam & viuos canes,  
 qui modo paulo aut multo antè cibum sumpse-  
 runt viuos aggredi, atq; ita etiam intestinorum  
 minus rimari, nihil prohibeat. Iecoris autem  
 officium, ut etiam lienis, aut renum, aut vesicæ,  
 in viuorum sectione vix melius quàm in mor-  
 tuorū intueri possumus. nisi quis viuo cani lie-  
 nem execare voluerit, uti et ego aliquando fe-  
 ci, diebusq; aliquot canē asseruavi. Atq; ita etiã  
 renem aliquando execuī: verum vulneris cura-  
 tio molestior est, quàm quæ hinc sumitur co-  
 gnitio iucunda. nisi quis non tam organorum  
 cognitionis ratione has sectiones aggredetur,  
 quàm ut manum exercent, ac abdominis vul-  
 nera aptè suere discat: quod & in intestinis  
 studiose experiendum est, quo quis vulnerata  
 consueat, atq; in abdomen quum exciderint, im-  
 ponere assuescat. Verum hæc perinde ac ossium  
 luxationes, & fracturæ quas in brutis, ut &  
 medicaminum quorundam vires aliquando ten-  
 tamus, exercendis potiùs manibus, & recte cu-  
 rationi instituende, quàm organorum officijs  
 ff 3 indag

indagandis conducunt. Porro vinas scētiētes instrumentorum generationi subseruientium indies ferē in ramicū curatiōibus, & in animalibus quę castrantur obseruamus. atque ille propemodum vasis seminarijs & testibus spectandis sufficiunt: nisi quis illam quoq; adde re velit, qua testis substantiam ex tunica ipsi proximē obducta eximimus, aut etiam à seminarijs vasis testis substantiam vnā cum illa tunica rescindimus. Verū in scētuum vinas administratione incundum est spectare, qualiter simulatq; scētus aērem ambientem contingit, respirare nititur. Atq; hæc scēlio opportune in cane aut sue obitur, quum non multa post sus est paritura. Si enim ipsius abdomen ad vterum quoque in vnus scētus sede aperueris, ac secundina ab vtero liberata scētum mense imposueris, cernes per pellucidas membranęsq; ipsius tunicas, qualiter frustra respirare conatur, & veluti suffocatus moritur. si verò ipsum innolucra pertuderis, scētusq; caput illi liberaueris, mox illum veluti reuiscere, & eleganter respirare cernes. Atq; quum id in vno scēto indagaueris, aliū aggredieris: quē ab vtero nō liberabis, verū apertū vterū ita inspectes: & inferiūs illic aperies, vbi scētus secundinū desinare, aut secundine inferiorē partē haberi arbitraberis.



beris, quo scilicet ea vteri pars integra seruetur, que secundine obnascitur, per reliquam verò sedem fœtus detectus sit. ita enim spectabis arteriarum vteri, & dein secundine pulsus: & fœtu adhuc in suis mēbris veluti sursum pro- triso, cernes umbilicum petentium arteriarum motum, & fœtum uōdum respirare, neq; etiam ad respirationem conari. mox verò atq; mem- branas pertundes, fœtus respirabit, & umbi- lici arteriarum pulsus intercidet, pulsantibus interim adhuc vteri arterijs. In cordis & pul- monis functionibus plerq; expēdimus, motum videlicet pulmonis, & num aspera arteria eor- um que bibūtur portionem assumat: dein cor- dis dilatationem & constrictionem, num idem rhythmus sit pulsus cordis & arteriarū, & de- in qualiter venalis arteria discedatur ac com- primatur, et qui execto corde animal adhuc vi- uat. In quibus obseruandis, magnoperè animalis indigeremus lato pectoris osse donato, & mem- branas thoracē intersepientes tam distantes ob- tinente, vt diuiso secundum longitudinē pecto- ris osse, sectionem inter eas membranas ad cor vsq; ducere possimus, citra thoracis cavitatum (quibus pulmones continentur) pertusionē. Ve- rum quum nullum eiusmodi animal præter ho- minem, & non caudatam simiam occurrat, in- canibus ac porcis illis que animalibus quorum

nobis datur copia, sectiones ita sunt aggredien-  
 dae, vt praedicta omnia intuearis. Quod itaque  
 pulmo thoracis motum sequatur, hinc patet,  
 quod sectione in aliquo costarum intervallo ad  
 thoracis vsq; cavitatem ducta, laesi lateris pul-  
 monis pars concidat, neq; amplius cum thorace  
 distendatur, reliqua adhuc pulmonis parte tho-  
 racis motum sequente: quae etiam mox concidet,  
 si & in altero latere sectionem in thoracis vsq;  
 cavitatem molieris. atque ita animal etiam si  
 thoracem aliquandiu moueat, non minus mo-  
 rietur, quam si suffocatum esset. Verum in hac  
 administratione obseruandum venit, vt sectio-  
 nem quam proximè ad superiorem alicuius co-  
 stae ducis, ne ad inferiorem sectionem dirigens,  
 vasa hac exporrecta pertundas: tum enim san-  
 guis illinc profueret, qui aeris per vulnus im-  
 missi & emissi gratia, spumosus redditus, pul-  
 monis loco tibi imponeret. Incautè enim secun-  
 dibus eiusmodi spuma pulmo esse videtur, ipsiq;  
 pulmonem aliquandiu etiam sua insita ri di-  
 stendi opinantur. Vt verò naturalem pulmonis  
 cum thorace sequelam videas, ex altero latere  
 duarum aut triu mediarum costaru cartilagi-  
 nes dissecabis, et sectionibus per illaru costarum  
 intervalla ductis, singulas costas extrorsum re-  
 flectes, ipsasq; franges, quo opportunam consti-  
 tuas sedem, per quam lateris illaesi pulmonem  
 videre

videre queas. quum enim thoracem intercipientes membrane in canibus admodum pellucide sint, per facile est, per eas pulmonis partem thoracis motum adhuc sequentem intueri, ac illis etiam membranis leuiter pertusis considerare, qualiter & ea pulmonis pars intercidat. Priusquam tamen eas pertundas, conduxerit arterie venalis propagines in eam pulmonis partem, que iam concidit, manibus apprehendere, et aliquousque ab ipsis substantiam pulmonis liberare, vt discas num ille perinde atque cor moueantur. Cordis enim motus etiam hic tibi est conspicuus, precipue si cordis inuolucrum diuiseris, atque ab illo cor in eo latere detexeris, vbi hanc administrationem moliris. Conduxerit vero hanc in sinistro latere tentari, vt scilicet dextra pulmonis pars adhuc moueatur, & etiam vniuersum arterie venalis truncum manu apprehendere queas. In huiusmodi quoque administratione non inutiliter cordis basim apprehendes, & vno vinculo vasa ab ipsa prodeuntia simul & ocyus intercipientes, ac dein sub vinculo cor excabis, solutisque quibus animal colligatum est laqueis, currere sines. Vidimus enim aliquousque etiam ita affectos canes, sed precipue feles, currisse. Ceterum cordis motus, vt et arteriarum, rectius spectabis, si mox atque canem asseri alligaueris, sectionem a iugulo per costarum carti-

lagines, quâ ille ossibus continuantur, in utroque latere acuto admodum cultro duces, ac mox ab vniuersa sectionis sine transuersim ad finem alterius sectionis, tertiâ sectionem in peritonei vniuersam amplitudinem molieris, & leuato pectoris osse cum ipsi coarctatis cartilaginibus, et septo transuerso ab ijs liberato, pectoris os ad animalis faciem sursum reflectes, ac mox diuiso cordis involuero, vna manu cor apprehendes, & alia arteriâ magnam dorso exprorectum cõtinebis. Quamquam & hæc omnia melius obis in ea vniuersa sectione, quam inter alias utpote vberior in scholis exhibere consueui. atq; hanc ideo simulatq; nonnulla de cerebro subiunxero, perscribam prolixius, ut ab alijs leuiori negotio etiâ aggredi possit. In cerebri igitur ipsiusq; partium examine, parum omnino in vniuersa sectione videndum est, quum hic velimus nolimus, vel theologorum nostratum causa, memoriam, rationem, & cogitationem brutis animalibus adimere debeamus, utcumq; illis cum homine eadem sit constructio: atq; ita Anatomes studiosus, & in mortuorum sectione versatus, nullâq; heresi insectus probe intelligit, quâ male mihi consultum velim, si quod alias longe lubentissime facerem, de cerebri vniuersa sectione aliquid instituerem. Quò tamen ad sensum & motum attinet, videre est, cerebro ablato utriusq; perire.

Atq;

Atq; hinc eadem indagandi est ratio, quã in nervorum administratione præcepimus. Num verò cerebrũ sentiatur, in homine venit inuestigandum: qui quum id scinditur, aut premitur, indicet num dolore afficiatur, num ve quo cerebrũ alteratur, sentiat, vti in capitis vulneribus indies experiri integrum est. Rursus calvariã canis posse frangi, & cerebri vetriculum aut dextrum aut sinistrũ aperiri, ac quĩ animal motum perdat, illumq; denuò occluso vetriculo recipiat, neminẽ ambigere arbitror. Porro sectionẽ quam me describendum paulo antè pollicebar, in pregnante cane, aut sue aggredieris: quamquam vocis occasione suam accipere magis conveniat. canis enim aliquandiu ligatus, utcunq; illum afficias, subinde neq; latrat, neq; ululat: itaq; vocis ablationem aut resolutionem interdum expendere nequis. Primum igitur animal vt supinum iaceat, anterioremq; colli sedem, & liberum corporis truncum porrigat, asseri ita quã poteris validissime alligabis, quemadmodum hic modo interiecta tabella proponit: quãquam id quisq; pro sua industria, rerumq; copia facile præstabit. haud enim arduũ est asserẽ quempiam sumere, cui foramina insint, ligandis cruribus apta, aut si nulla adsint foramina, proptè asseri duo baculi subjiuntur, illiq; crura aduincuntur. Inter cetera autem superioris

max

maxille precipua habēda est ratio, vt illa valide asseri firmetur. quod feceris catenula, aut corda quapiam robustiore ante dentes caninos ligata, ac dein cuiquam asseris anulo, aut foramini, aut vt commodius duxeris commissa, vt scilicet collum exporrectum, caputq; immotum sit, & interim animal libere respiret clametq; Priusquam verò animal ita vincitur. Spectatoribus in mortuorum Anatome versatis recensere soleo, quænam potissimum presenti sectione sint videnda, ne prolixa in dissectione enarratio operi obstet, illamq; inturbare cogar. Max itaq; longam in collo sectionem acutiori nouacula duco, que cutem & subiectos illi musculos ad asperam vsq; arteriam diuidat, id cauens, ne sectio in latus aberret, venamq; notatu dignam vulneret. dein manibus arteriam asperam comprehendo, & illam ab incumbentibus musculis digitorum duntaxat opera detegens, ad huius latera soporales arterias, illiq; attestos sexti paris neruorum cerebri neruos perquiro, dein recurrentes neruos lateribus asperæ arteriæ adnatos etiam obseruo, quos interdum laqueis intercipio, interdum præscindo, idq; primum ex altero latere, vt neruo hic intercepto præscitò re dilucide obseruetur, qui media vox pereat, totaq; ambobus neruis lesis intercidat, et si laqueos soluo rursus redeat. id enim citò et citra

insig

insignem sanguinis fluxum expenditur, ac pul-  
 chre auditur, quàm valida efflationem animal  
 citra vocem molitur, recurrētibus nervis cul-  
 tello diuisis. Hinc ad abdomen venio, & acuta  
 validaq; nouacula sub spuriarū cōstarum car-  
 tilaginibus, mucronataq; pectoris ossis sede se-  
 ctionem inſtar ſemicirculi vno ductu ad peri-  
 tonei vsq; cavitatem molior, ex cuius ſectionis  
 medio ad pubem vsq; aliam tento, quæ promptè  
 ſuccedit, ſi cultrum aut nouaculam peritonei  
 amplitudini indēm, itaq; inteſtina & vterum  
 ſortibus diſtentū duabus illis ſectionibus dete-  
 gem, id ſedulo ſtudent, vt peritus ſodalis pollicē  
 vaſis obdat, quæ ſub pectoris oſſe deſcendentia  
 abdomen petunt. illa enim ſola hæcenus mul-  
 tum ſanguinis fundūt. Hic modo ſectioni vici-  
 niores hortor, vt manu ſepto tranſuerſo adhibi-  
 ta, ipſius motum experiantur: diſitos autem, vt  
 ventriculi & iecoris veluti in thoracis cavi-  
 tatem aſſumptionem et diſiſſionem ſpectent. In-  
 terea in altero thoracis latere longā ſectionem  
 ad cōſtarum vsq; oſſa duco, ad eam ſerè regio-  
 nem, quæ coſtæ in cartilaginem degenerant. &  
 dein ſecundū cōſtarum oſſa tranſuerſas ſe-  
 ctiones molior, vt oſſa incumbētibus muſculis  
 aliqua ex parte liberem. & dein ſi operoſiorem  
 adminiſtrationem ſequi viſum ſit, intercoſta-  
 les muſculos in duobus cōſtarum internallis à  
 tunica

tunica costas succingente auferam, vt dein mediam inter illa interualla costam solarum manuum auxilio à tunica costas succingente auellam, illaq; à sua cartilagine fracta, & deorsum in latus inflexa, magna tunica costas succingentis appareat amplitudo, quae pellucida pulmonis motum utriusq; arguat. Hac insuper pertusa, videtur qui huius lateris pulmo concidat, thorace interim aequè vt prius moto. Vt vero id magis in conspicuo fiat, plura costarum ossa à suis cartilaginibus libero, et quam possum maxime hoc thoracis latus aperio, vt commodè per membranas thoracem interserpentes, altera pulmonis pars, quae in thoracis cavitate nondum laesa pulchrè cum thorace mouetur, in conspectum veniat, ac deinceps illis membranis pertusis, haec quoq; mox à perforatione concidere videatur. Nunc in altero etiam latere acutiori cutro, vna sectione costarum ossa à cartilaginibus libero, et à cartilaginibus pectorisq; osses septum transuersum, vt os illud cum cartilaginibus diuisis thoracem interserpentibus membranis, sursum ad collum reflecti queat, cordisq; inuolucrum in conspectu sit. quod ilico cutrello aperiendum est, obseruandumq; quantum aquae contineat, & qui cor agitur. Verum cordis motum non diu animum adhibebis, quin potius vt animali iam ferè propter coincidentes pulmo-

nes  
rur  
tos,  
enim  
mal  
repu  
ce &  
sum  
rum  
quod  
quæ c  
tantu  
tantu  
ris, i  
mili  
nunq  
damn  
rie ca  
aut ar  
assurg  
cat, len  
mo t  
corq;  
pulchr  
rum pu  
tum lu  
dicem a  
te, aut



nes suffocato succurres, ut dein ad amussina  
 rursus cor arteriasq; & foetus in utero cōten-  
 tos, quandiu visum erit, examines. Hactenus  
 enim sanguinis fluxus parum incommodi ani-  
 mali intulit, si modo illa quae sub pectoris ossē  
 repunt vasa sodalis diligenter pollice, aut indi-  
 ce & medio obturauerit, atque pectoris os sur-  
 sum ad collum reflexum iaciat, itaq; ob vaso-  
 rum obliquitatem illa nihil amplius fundant,  
 quod & in vasis costis singulis exorrectis sit,  
 quā costae effractae deorsum, uti fieri solet, euer-  
 tuntur: ipseq; dum sectionem administras, vasa  
 tantisper dū obliquentur occludere admissis fue-  
 ris, illorumq; series te non fugerit. utcumq; sit,  
 mihi in hac sectione sanguinis fluxus obesse  
 nunquam visus est. Ut verò vita animali quo-  
 dammodo restituitur, foramen in asperae arte-  
 riae caudice tentandū est, cui canalis ex calamo  
 aut arundine indetur, isq; inflabitur, ut pulmo  
 assurgat, ac ipsum animal quodammodo aere du-  
 cat. leni enim inflatu in viuo hoc animali pul-  
 mo tantū quāta thoracis erat cavitatis intumet,  
 corq; vires denuò assumit, & motus differentia  
 pulchrè euariat. Inflato igitur semel atque ite-  
 rum pulmone, cordis motum visu tactuq; quan-  
 tum lubet examinas, & arteriae magne cau-  
 dicem dorso explicatum, aut in thoracis cavitatis  
 aut ad lumborum vertebrae cōprehendū, &

spectas pariter, nihilq; tibi manifestius occurrit,  
 quàm cordis et arteriarum pulsuum rhythmus,  
 quo aliquandiu observato, pulmo rursus inflan-  
 dus est: hocq; artificio, quo mihi gratius in Ana-  
 tome nullum comperi, magna pulsuum diffe-  
 rentiarum cognitio paranda. Quum enim pul-  
 mo diu flaccidus concidit, vndosus, formicans,  
 & vermicularis cordis arteriarumq; pulsus mo-  
 tus ve spectatur. inflato autè pulmone, magnus  
 rursus & velox efficitur, mirasq; inæqualitates  
 proponit, & vt semel dicam, hæc administ-  
 ratio eiusmodi est, qua omnium optime pulsuum na-  
 turam medicine candidatis proponere soleo. Ve-  
 rum in horum examine factuum gratia non  
 diu herendum est, sed in aliqua bicornii canis-  
 suis ve vteri sede, sectionem super factum aliquem  
 duco ad extimum ipsius vsq; inuolucrum pene-  
 trantem: quo demceps ab vtero diuiso, factum  
 cum suis inuolucris eximo, & effracto extimo,  
 medioq; inuolucro, per intimum valde pellaci-  
 dum ostendo, qui factus respirare conetur quicq;  
 pulchrè intimo quoq; inuolucro fracto aërem  
 ducat. Mox proximū factum, quantum possum  
 detego, vterum nulla ex parte ab extimo inuol-  
 ucro diuellens, vt hic ita factus vasorum na-  
 tura examinetur, vti prius viuam factum disse-  
 ctionem faciendam præcepi. Et quum hæc factio,  
 ac per interualla pulmonem inflari curo,

no  
 riu  
 te  
 exp  
 sus  
 ad  
 sub  
 quo  
 ind  
 dex  
 obse  
 tur:  
 med  
 tore  
 tum  
 mal  
 nem  
 occu  
 ctan  
 dum  
 loph  
 que  
 diofo

nondum cordis & arteriarum motus latet, verum magno admodum intervallo animalis vita succurritur, & cordis auricularum motus expenditur, perinde ac arterie venalis, & rursus vena arterialis: qua si non sat sit proximè ad cor tetigisse, in aliqua pulmonis fibra ipsius substantiam à vasis vnguibus discerpo, & quod hic animadvertendum est, pro spectatoris industria observari sino. Quum hæc absolui, dextrum cordis ventriculum aperire soleo, & observare quæ cor nihilominus adhuc moveatur: dein sinistro similiter aperto, aut cordis media parte transversa sectione ablata, spectatores moneo, ut adhuc auricularum cordis motum nondum quiescere intueantur. Dein si animali potus colore aliquo infectus ante sectionem oblatus sit cuiusmodi ille in pulmonibus occurrit, perquiro: hac sectione, quam pro spectantium eruditione adhuc operosorem interdum instituo, toti Anatomice speculationi colophonem in nostris scholis perinde addens, atque huic meo de humani corporis fabrica studiosorum nomine suscepto labori, finem impono.

LIBRI SEPTIMI ET VLTIMI  
FINIS.

INDEX EORVM, QUAE  
IN HOC TOMO CON-  
TINENTVR.



<b>A</b> Bdomen cur non etiam osseum creatū	335
Abdominis membrana	256
Abdominis musculorum vene ac arterie	509
Abdominis musculorū octo administratio	509
Abdominis sectio	507
Acetabulum herba	469
Acetabulorum vteri examen	545
ἀδυνωαδής παρὰ ζέτρως	411. 417
Adeps intestinis obnatus	320
Adeps mesenterij	332
Adeps omenti	302
Adipis omenti vsus	404
Adipis administratio. siue resectio	507. 508
Aegyptiorum pudendi muliebris carunculas amputandi mos	459
Aër qui in respiratione digeratur	548
Aëreæ substantiæ resciciendæ quas partes Natu- ra fabrefecerit	ead.
Aetas nostra rerum capitibus potius quam pro lixâ enarratione gaudet	393
al Arabum articulus	257
Alberiteren	257
Alberti Magni de menstrui sanguinis prauita- te	teerr

I N D E X

AE	te error	464
	Alberti Magni de secretis mulierum indoctissimi liber	434
	ἀμαυροειδές, secundum fœtus inuoluerum veteribus appellatum	479
	Alterati color in nutritione alteranti similis	344
	ἀμυγδαλίνη μεμβράνη cuiusmodi, & cur dicta	482
	ἀμυγδαλίτης tunica	770
	Amygdalæ faucium quæ	580
	ἀναισθησις	321
	Anatome priuata publicæ præferenda	501
	ad Anatomem cuiusmodi corpus adhiberi conueniat	503
	in Anatome docenda qui ordo obseruandus	502
	Anatomicorum de cordis orificijs diuersa placita	627
	Anatomicorum de intestino ceco nugæ	313. 314.
	Anatomicorum de pylori situ error	274.
	Anatomicorum de ventriculi cellulis error	279.
	Anatomicorum de ventriculi exteriori tunica in fundo nimis carnosâ error	281.
	Anima Galeno quid	548
	de Animæ facultatibus ac sede considerare, Me dici quoque officium	642
	Animella quæ	587
	ἀντιαισθησις faucium glandula quæ	587
	33 2	Anuli

I N D E X.

- Anali à quodam deglutiti, rursumq; excreti hi-  
 storia 276
- ἄνωδος ἡδὲ ἰσθμὸς intestinum 317, 322
- Aqua in cordis involucre cuiusmodi 606. eiusq;  
 causa 607
- ἀγάχρον δὲ ἄλλοις dicta oculi tunica 766
- ἀγχορὸν intestinum 317
- Aristoteles unde cor nervorum principium esse  
 iudicavit 631
- Aristotelis de effectivo hominis principio sen-  
 tentia 391
- Aristotelis de lienis usu sententia expensa  
 363
- Aristotelis de mamillarum situ ratio 494
- Aristotelis de mamillarum τευχίασις sententia  
 488
- Aristotelis de seminalib. arterijs sanguine de-  
 situtis opinio 414
- Aristotelis de tertio cordis ventriculo lapsus  
 628. item de ventriculorum numero pro  
 animalium mole variare solito ead.
- Aristotelis nullam generandi seminis vim te-  
 stibus tribuentis sententia 419
- Aristoteli omenti pars colon dorso colligunt,  
 pro omento non habita 298
- Aristoteli superior tantum omenti membrana  
 cognita 297
- Aristotelem falsò cordis involucre pinguedine  
 tribuere

I N D E X.

tribuere	604
Arquato laborantis lien cuiusmodi	360
Arterialis vena. vide, Vena arterial.	
Alterialis venæ appellatio	625. 8
Arterialis venæ orificij membranarum ratio	654.
Arterialis venæ vsus, ipsiusq; constructionis ratio	650
Arteria quid sit 10. compositio eius	12
Compositionis ratio	13
Arteria Aristoteli, Platoni, Hippocrati, quæ	11
Arteria aspera præcipuum vocis organum	576.
	579
Arteriæ asperæ appellatio quando cæpta	12
Arteria aspera, quibus cartilaginibus constituitur	572
Arteriæ asperæ vsus & ratio	579
Arteriæ asperæ cartilagine, quæ inuicem colliguntur	574
Arteriæ asperæ examen	675
Arteriæ asperæ exterior superficies qualis	568.
item interna	569
Arteriæ asperæ numerus, ac situs	564. forma
	566. connexus 569. substantia
	570
Arteriæ asperæ tunica exterior et interior	574
Arteriæ asperæ tunicarum apta constructio	582
Arteriæ asperæ vsus, ipsiusq; constructionis ratio	576

I N D E X.

- Arteria aspera commissa corpora 565  
 Arteriam asperam membranea substantia  
 oportuisse extrui 576  
 Arteria magna quartum cordis vas, eiusq; ori  
 ficium cuiusmodi 627. & origo ead.  
 Arteria magne ortus 109. ortus sedes 110  
 Arterie caudicis bipartitio III. Partis ascen  
 dentis distributio 112. que ad sinistri late  
 ris primam costam oblique tendit ead. que  
 sinistram axillam petit 114. que dextram  
 118. Maior portio, suprema corporis petens  
 118. soporalis sinistra ead. dextra 118. so  
 poralis ad caluariam series 119  
 Arterie partis descendens distributio 121. que  
 ad inferiora costarum interualla ead. ad  
 septum transversum ead. que ad iecur, bi  
 lis vesicam, ventriculum, lienem, duodenum,  
 coliq; partem accedunt portiuncule 122. que  
 mesenterium accedit precipua 125. ad ve  
 nes ead. ad partem mesenterij humiliorum  
 126. ad lumborum vertebrae ead.  
 Arterie magne supra os sacrum facta diuisio,  
 eiusq; supra caenam ascensus 127. partium  
 huiusce diuisionis distributio 128. qua pu  
 bis osibus foramen transit 129. per crura di  
 stributio 130. qua tibiam adit 131  
 Arteria cur caue solum iecoris sedi exporre  
 Et. 147  
 Arterie in vesicam distribute ratio 182



I N D E X.

Arterie magna & cae. venae distributionum sub osse sacro examen	537
Arteria magna in mesenterii excursus	330. 331.
Arterie magnae membrana cuiusmodi	635
Arterie magna non idem cum stomacho per septum foramen	267
Arterie magna ortus non controuersus	109
Arteria magna per thoracem & iugulum col- lumq; distributionis examen	668
Arterie magna series in peritonaei amplitudi- ne qui obseruanda	529. 530
Arterie ramus, cuius pulsum ante brachiale exploramus	116
Arterie tunica peculiare bina 12. tunica a- scititiae	13
Arterie venalis descriptio	151
Arterie venalis appellatio, & descriptio eius- dem	626
Arterie venalis & magnae membranularum usus	659
Arterie venalis examen	668
Arterie venalis in corpore ratio 657. eiusdem usus	599. 601
Arterie venalis membrana cuiusmodi	632
Arteria & vene coli & recti intestini	319
Arterie ac vene gracilium intestinorum	311.
Arterie ac vene renibus oblatae	371.
Arterie ac vene ventriculorum petentes	282.

I N D E X.

in glirib. & sciuris	ead.
Cæcum intestinum vnde dictum	315
Cæci intestini an duo orificia	314
Cæci intestini ortum in cana & homine va- riare	315
Calamo assimilatus ab Herophilo cerebri si- nus	734 18
lxxxix leges	
lxxxix leges quid	302. 332
Callosi corporis cerebri historia 724. sedes ac nomenclatura ead. initium, seu cum reli- qua cerebri substantia continuitas ibidem 725. lateribus adiacentes sinus ead. vsus 727	
Callosi corporis administratio	724
Calor ingenitus corpori, Galeno anima	548
Caloris ingeniti substantia	549
Caloris nativi fomes cor	645
Caluariam succingentis membrane externe descriptio	695
Cameratum dictum corpus cerebri	740
Canis cæcum intestinum cuiusmodi	315
Canes colo & mesenterio ab hominibus differ- re	298
Canum & hominum colon differre	317
Canū & hominū π. xly leges coloris diuersi	302
Canum iecur quale	338. 340
Canum iecoris situs	334 Canum

I N D E X.

ad.	Canum omenti ratio, & ad hominis diuersitas	
315	299.301	
314	Canum penis osseus	421
315	Canum renes cur altius siti	368
si-	Canibus macilentius obtigisse mesenterium	332
734	Canini renie ad humanum differentia	370
18	Carnosa membrana. quere, Membrana.	
332	Carnose membrane in abdomine administra-	
es ac	tio	507.508
reli-	Cartilaginum costarum cum pectoris osse, ab	
idem	ipsarum ossibus liberatio	663
rsus	Cartilaginee cordis substantie examen	675
724	Caua vena. vide, Vena caua.	
548	Cauae venae distributionis per thoracem & iu-	
549	gulum examen	667
643	Cauae venae & arteriae magnae distributionum	
terme	sub osse sacro examen	537
695	Cauae venae orificio praeseptarum membrana-	
740	larum rsus	653
315	Cauae venae ortus examen	672
differ	Cauae venae series in peritonaei amplitudine,	
298	qui obseruanda	529
317	Cor. Celsi de arteriae asperae forma locus	572
rsi 302	Cento apud Arabes venarum quedam copia	92
8. 340	legato eiusdem tunica	776
334	Cerebelli descriptio totius	708. situs ac ma-
2211111	gnitudo 711. forma 713. implexuum ratio	
	& species: 718. durities	721:
		Col

I N D E X.

- Color & substantia 721. quo pacto continu-  
num sit cerebro. 711. administratio 794
- Cerebelli processuum vermiformium descriptio 748
- Cerebrum cuius animæ facultatis sedes 641
- Cerebrum homini grandius datum ex propor-  
tione 340
- Cerebrum, nervorum principium 159
- Cerebrum sensus ac motus arbitrarij prin-  
cipium, & rationis sedes 660
- Cerebri arteriæ. quere Arteriæ cerebri.
- Cerebri corpus callosum. quere, Callosum  
corpus.
- Cerebri corpus testudinatum cameratum &c,  
eiusq; descriptio 740. usus 743. admi-  
nistratio 731
- Cerebri dura membrana. quere, Membra-  
na dura cerebri
- Cerebri descriptio totius 709. numerus ibid.  
magnitudo & forma 713. anfractus, &  
eorundem usus 716. partes, dextra ac sini-  
stra 715. cur sic sectum 718. & quibus se-  
dibus continetur 710. durities 721. co-  
lor 721. substantia ead. quo pacto ab  
ossium medulla differat 722. nutritioni  
quo pacto prospectum 723
- Cerebri, eiusq; partium omnium administra-  
tio 783
- Cerebri excrementorum in os descendentium  
rece

I N D E X.

- receptaculum an gargareon 599
- Cerebri fabrica in brutis ab homine non differens 691
- Cerebri glandis descriptio 744
- Cerebri infundibulum, glandula, & pituitam excipientes ductus reliqui . descriptio omnium 752
- Cerebri partium ac functionum brevis enumeratio 684
- Cerebri neruorum partium aliquot examē 680
- Cerebri neruorum historiam . quere, in Neruis cerebri.
- Cerebri membrane venarum modo caue 136
- Cerebri membrane dura sinus quales sint 137. cauitates, sinuum quatuor quales 140. vsus sinuum 137. primi & secundi sinus constructio 138. tertius & quartus sinus 139. que à primo & secundo sinu enascatur propagines 142. que à tertio ead. à quarto 143. processus à quarto sinu, cerebri petens ventriculos 145
- Cerebri membrana tenuis. quere, Membrana cerebri.
- Cerebri pituita, ad palatum per quos meatus eat 754. & in narium amplitudinem. ead.
- Cerebri pituitam per olfactus organa non expurgari 754
- Cerebri plexus secundas referentis traditio 763
- Cer

I N D E X.

Cerebri plexuum , reticularis & secundarum plexibus similis, descriptio	760
Cerebri revolutiones intestinorum anfracti- bus eleganter ab Erasistrato collate	716
Cerebri substantia ab osium medulla quo pa- cto differat	722
Cerebri testium ac natium descriptio	746.
administratio	794.
Cerebri torcular	146
Cerebri vene. quere, Vene cerebri.	
Cerebri ventriculi. quere, Ventriculi cerebri.	
Cerebri ventriculorum anteriorum ductus	184
de Cerebri ventriculis confutata recentium opinio	688
in Cerebri ventriculis prioribus constituti ple- xus fabrica	149
Cervicis vertebra. vide Vertebra.	
Chamel	256
Χοάνη Græci	754
Χοήιον	106-477
Χοχοειδής dicta membrana	707
Χοχοειδής oculi tunica	773
Χοχοειδής plexus	145-149
CHRISTI lateris aperti aqua mysteris ple- na	608
Cibo ac potui in corpore, concoquendis simulati- tia organa, earumq; ratio	254
Cibum potumq; ventriculo deferentis ve no- minis	minis

I N D E X.

	<i>mina</i>	265
	Ciceroni parum rectè mesenterium, medium intestinum dictum	328
	<i>lido</i> cur pro gargareone	588
	<i>ligoseidus wagagatus</i>	405. 408. 410
	Clavicularum à pectoris osse liberatio	662
	<i>loidia</i> cur dictus Græcis ventriculus	270
	Coitus pruritus ac delectationis causæ expensæ 414. 415	
	Colon excrementorum velut promptuarium 324	
	Coli in hominibus & canibus discrimen	317
	Coli intestini à recto differentia	317
	Coli principium ubi	316
	Coli situs ratio	324
	Coli tunice ac fibræ cuiusmodi 318. 319. ve- ne & arteriæ. ead. nervi	320
	Colo mesenterij vice esse inferiorem omenti membranam	298
	Communis dicta vena	81
	Concupiscibilis animæ sedes iecur	334
	Cor an lienis beneficio refrigeretur	367
	Cor arteriarum fons, sine authorum controuer- sia	109
	Cor cuius animæ sedes	640
	Cor nervorum esse principium, cur ab Aristo- tele proditum	631
	Cor	

I N D E X.

Cor nervorum principium non esse	160
Cordis, ipsiusq; partium functio, & vsus, ipsarumq; constructionis ratio	640
Cordis, ipsiq; subministrantium partium functionis enumeratio	548
Cordis adeps	608. 619
Cordis auriculae dexterae vsus, & ipsius constructionis ratio 651. item utriusque 652. sinistrae	657
Cordis auricularum situs 636. dexterae situs & forma. ead. substantia 638. nexus. ead. item sinistrae	639
Cordis basis ratio & vsus	645
Cordis basim cingens vena	48
Cordis carnis vsus 616. 620. & fibrarum. ead.	
Cordis caro cur in mucrone quam in basi spissior solidiorq; appareat	515
Cordis carnis vsus	657
Cordis cartilagineae sive osseae substantiae vsus 648. eiusdem examen	675
Cordis dilatatio quid	617
Cordis figura 609. superficies. ead. magnitudo 612	
Cordis formae ratio	645
Cordis involucrium cuiusmodi aquam contineat. 606. & cur potissimum	607
Cordis involucrium quibus vasibus viam praebet	607



I N D E X.

60	beat	602
540	Cordis inuolucrum quibus vasis ac nervis im-	
	plicetur	605
548	Cordis inuolucri examen	665
619	Cordis inuolucri forma 601. initium 602.	
	situs 603. substantia.ead. superficies & ne-	
	vus	604
	Cordis inuolucri vsus & constructionis ratio	
	605. 643	
	Cordis membranae quae 603. & quot numero.	
	eadem.	
639	Cordis mucronis ratio & vsus	694
645	Cordis neruulus 619. eiusd. vsus	648
48	de Cordis orificijs, Anatomicorum diuersa pla-	
a.ead.	cita	627
515	Cordis partes non aequè omnes digne	644
657	Cordis partes omnes cui functioni potissimum	
e vsus	famulentur	643
675	Cordis pulsus in viuo animali examen	618
617	Cordis situs 610. eiusdem ratio	645
mitudo	Cordis substantiae peculiare venae & arteriae	
	618. eidemq; obnata tunica	619
645	Cordis substantiae vsus	646
contir-	Cordis vasa quot, & quae	623
607	Cordis ventriculus dexter cur sanguineus di-	
m pre-	ctus	648
beat	Cordis ventriculus sinister cur spirituosus siue	
	aërens appellatus	656
	h h	Cor

I N D E X.

Cordis ventriculi dextri, & ipsius orificiorum membranarumq; examen	671.	item sinistri	674	
Cordis dextri ventriculi vsus	648.	item sinistri, eiusdemq; constructionis ratio	656	
Cordis ventriculorum numerus & situs	620.	dextri forma ead. & sinistri	621. eorund. superficies	622
Coronalis vene vsus			646	
Coronarium arteriarum vsus	647.	earundem ortus	648	
Corpus cuiusmodi ad sectionem adhiberi conveniat			503	
Corpus testudinatium cameratum ve. quare, Cerebri corpus testudinatium.				
Corporis humani medium exactissimum quod			644	
Corruptele homini connata necessitas			253	
Costarum cartilaginum cum pectoris ossibus; ab ipsarum ossibus liberatio			661	
in Costarum octo inferiorum inflammatione an mittendus etiam sanguis			672	
Costis singulis peculiaris tunica.			556	
Costus succingens tunica vide, Tunica costas succingens.				
Costus herba			469	
Costus cur vteri acetabula dicta			469	
Coxendicis acetabuli ad vteri acetabula collatio			tiō	

I N D E X.

io	467
per Crura tendentium venarum & arteriarum examen	812
Crystallinus humor, siue liquor ocellus	765
Cursoribus lienem eximi, stulte persuasus vulgo	363
Cuticulæ administratio	506.507
Cutis & membrana in fronte & pene, scotois, nullo adipe substrata cur	395.396
λυβαδίτης & λυβαδίτης herba	469

D

Διδυμοί, cur testes dicti	394
Διδυμοί dicti in cerebro	747
Δωδεκάδελτυλον intestinum	308
Dorsalis medulla, quot nervos edat	200
Dorsalis medulla. eius descriptio 195. ab osium medulla quo pacto differat. ibid. que sint illi cum cerebro communia, que peculiaris 197. cur sit unica 199. cur sit facta 196. munienda quo pacto osibus 197. membranis involucris. ead.	
Dorsalis medulle cum cerebro coalitus	795
Dorsalis medulle terminus ex osse prodiens sacro, inter nervos non censetur	200. 202
Duodenū cur in nullos anfractus ducatur	324
Duodenum intestinum cur exortus	275
Duodenum non minus quàm ieiunū, in cave	309
hh 2 Duod	

I N D E X.

Duodeni appellatio	308
Duodeni intestini ductus, & ratio	308
Duodeni tunicae cuiusmodi	310
Duodeni intestini venae & arteriae III. uer- ui	312
Duodeno cur insertus bilis vesiculae mentus	317
Dura mater, dura Cerebri membrana. quare, Membrana dura cereb.	

E

ἐκφύσις quid	308
Elephantiasis laborantis lien maior	359
Elephantiasis laborantium superficies cutis & color, cuiusmodi	318
ἐντεγα	304
ἐνδέρμις	307
ἐπιδιδυμική tunica, quae	400. 406
ἐπιπλωμάτιον, cur Graecis dictus ramex	293
ἐπιπλωματι	294
ἐπίπλωμα, ἐπίπλωμα, &c.	291
Erasistrati opinio de arterijs sanguine desti- tutis	414
ἐπιπλοματις inuolucrum	398
Exortus, cur duodenum intestinum appella- tum	275
Exortus vene cauae, qui	616
Expirationis usus	550

F

Faux

584. 586

Fau

I N D E X.

308	Faucium glandula trium generum	585
308	Faucium organorum examen	679
310	Fibrarum cordis & musculorum ratio quate-	
per-	nus eadem aut diversa	616
312	Fibrarum in intestinis ratio	326
327	Fibrarum in vesica, ventriculo, & bilis vesica	
ere,	la ratio	381
	Fibrarum, quae motibus, tum naturali, tum ar-	
	bitrario sunt praefecta, differentia	5
308	Fibrarum usus	647
359	Fibras tunicarum in vesica optime cognosci	381
318	Fœtus, ipsiusq; inuolucrorum examen	543
304	Fœtus inuolucrum primum ac extimū, cuius-	
307	modi 476 & quali substantia	477
406	Fœtus inuolucrum secundum, seu medium cu-	
293	iusmodi 479. item tertium	482
294	Fœtus inuolucri extimi nomina	479
291	Fœtus inuolucra elegantius à matrib. asserva-	
251.	ri, quàm abijci, &c. 484. eadem ab reli-	
414	quis animantibus rursus devorari. ead.	
398	Fœtus in utero situs non qualis vulgò tradi-	
ella-	tur	477
275	Fœtus urinae meatus 383. ipsius ratio	481.
616	quomodo inquirendus	545
550	Fœtus urina & recremento uteri cervicem	
4.586	irrigari ad faciliorem partum	483
Fau	Fœtus vitalem spiritum deferentes arterie	383
	hh 3	Fœtum

I N D E X

Factum inuoluens membrana à quibusdam ex-	
iccata afferuari solita, eiusq; diuersa nomi-	
na	483
Factum inuoluens membrana false non omni-	
bus pueris communis habita	483. deq; eo su-
perscriptiones	484
G	
Galea, sextum inuoluens membrana quibusdam	
dicta	483
Galenus non pauca, in libris præcipue de Par-	
tium vsu, imaginatus est tantum, in animalib.	
non visa	737
Galenus in Aristotelem iniquior	638
Galenus in Aristotelem calumnie nimis sophi-	
sticæ	474
Galenus studio in Aristotelem sui ipsius obli-	
tus	3536
Galenus medicine parens 329. summus Natu-	
re admirator 315. omnium bonorum au-	
tor	548
Galenus non raro quæ maximè fuerant expo-	
nenda, tacitus præterit.	717
Galenus simiarum sectioni nimium fides, priorum	
anatomicorum rectas sententias sepe euertit 720.	
Galenus aliquot librorum interitus	571
Galenus autoritas quanta sit	47
Galenus bonum pene delusum, falsum de humanis	
penis	penis

I N D E X

	<i>penis materia dogma</i>	426
	<i>Galenum humani penis fabricam nunquam spectasse</i>	421
	<i>Galenii crebri in anatomicis tradendis lapsus</i>	628
	<i>Galenii demonstrationes Anatomice magna parte false</i>	417
	<i>Galenii de Demonstratione librorum interitus quatenus dolendus</i>	417
	<i>Galenii de tribus Animæ speciebus, aut partibus inter se natura diversis, sententia</i>	641
	<i>Galenii de Arterie magne &amp; venosæ orificijs lapsus</i>	629
	<i>Galenii locus de Arterie ortu</i>	110
	<i>Galenii sententia, de Arterijs plexum reticularem constituentibus</i>	686
	<i>Galenii de Ceco intestino, sententia</i>	314
	<i>Galenii vana ratio, de cerebelli simplicitate</i>	199
	<i>Galenii sententia de cerebelli duplicitate, improbata</i>	719
	<i>Galenii ratio de cerebri diuisione, notata</i>	723
	<i>Galenii sententia de cerebri reuolutionibus, notata</i>	716
	<i>Galenii dogmata non pauca de cerebri ventriculis, notata, alia omissa</i>	731
	<i>Galenus de præstantia cerebri ventriculorum, variis</i>	739
	<i>Galenii sententia de superficie ventriculorum</i>	
	h h 4 Cereb	

I N D E X.

Cerebri tenui membrana cinctâ, eiusq; im- probatio	736
Galenî de fœtus involucris dogma quatenus vera	475
Galenî de secundo fœtus involucro sententiâ	481
Galenî sententiâ, de foraminibus cribrum refe- rentibus, ac pituitam cerebri expurganti- bus, fictitiâ	757
Galenî notatâ sententiâ de Glande intestino ieiuno adnatâ	23
Galenî de Glandulosa carne ad inferius ven- triculi orificium sententiâ	277
Galenî anatomica demonstratio, qua Glando- sum corpus semini parando non præesse con- ficitur.	417
Galenî canium intestina magis quàm homi- num inspectâ	314. & 318
Galenî de Mamillarum situ ratio	494
Galenus an rectè tria Mesenteria numeret, & cuiusmodi	319
Galenî sententiâ, de Neruo paris tertij notatâ	179
Galenî sententiâ, de nervorum opticorum fora- minibus	175
Galenus nervorum recurrentium inuentor & admirator	190
	Gale



I N D E X.

n- 736 nus 478 tia  se- ti- 757 fino 23 en- 277 ndo- con- 417 omi- 318 494 t, & 319 notata  fora- 175 tor & 190 Gale	<p><i>Galen</i> in <i>neruorum</i> traditione notata sententia 238</p> <p><i>Galen</i> explosa sententia, quod <i>neruorum</i> alij sensui, alij motui presint 234</p> <p><i>Galen</i> locus de <i>neruis</i> è primo de <i>Locis affectis</i> notatus 219. eius. locus alter è lib.3. de <i>Administrationibus Anatom.</i> 221</p> <p><i>Galen</i> locus de <i>Oculi tunica</i>, è decimo de <i>Vsibus partium</i> 769. 770</p> <p><i>Galen</i> de omenti membrana colon dorso colligante sententia 199. 200</p> <p><i>Galen</i> sententia de numero ossium, os sacrum constituentium 201</p> <p><i>Galen</i> notata sententia, de <i>Pituita cerebri per olfactus canales educenda</i> 170. 172</p> <p><i>Galen</i> sententia, de <i>Processuum in cerebro vermiformium vsu</i>, notata 748</p> <p><i>Galen</i> sententia, de <i>Processibus dure membrane tanquam duplicatis</i>, notata 698</p> <p><i>Galen</i> sententia, de <i>Quinto Pulmonis lobo cannam venam sustinente</i>, notata 55</p> <p><i>Galen</i> de <i>quinto Pulmonis in homine lobo error</i> 595</p> <p><i>Galen</i> de <i>Renum situ ratio minime approbata</i> 369</p> <p><i>Galen</i> de <i>Reticulari in caluaria plexu lapsus</i> 406</p>
---	---

I N D E X.

- Galenì reticularis plexus usquam inuentus  
760. superq; eo locus è libro de Venarum se-  
Elione 761
- Galenì de Seminalium venarum ortu & du-  
Elu sententia 761
- Galenì de Seminis ex sinistro teste pruritu,  
sententia expersa 414
- Galenì placitum, omnia preter carnem et pin-  
guedinem, Semine constare, in humano cor-  
pore 475
- Galenì sententia notata, de Sinibus in mem-  
brana cerebri dura constitutis 137
- Galenì de Stomachi cum arteria incessu sen-  
tentia 267
- Galenì opinio de tendinibus processus vermi-  
formes continentibus notata 751
- Galeno quid Testis caput appellatum 400
- Galeno ignota Venæ axillaris diuisio qualiam  
79
- Galenì de vena cava ventriculo substrata opi-  
nio 283
- Galenì argumenta de venæ caue ortu in Ari-  
stotelem, non nimium firma 35. & que quo-  
que pacto, mox infra.
- Galenì irrefutabilis demonstratio, de caue ve-  
ne ortu, confutata. 13
- Galenì de venæ caue principio sententia ex-  
plosa

I N D E X

- plofa* 524  
 Galeni de caue vene in omentum ductu error  
 299  
 Galeni sententia, qua cauam venam vbi icco-  
 ris gibbo committitur esse amplissimam sta-  
 tuit, consutata 36.45  
 Galeni locus, à vena caua priusquam cor at-  
 tingat ramos in thoracis membranas distri-  
 buentis, notatus 56. eiusdem alius de vene  
 arterialis ortu, notatus ead. & 57  
 Galeni de Coronaliū venarum ortu senten-  
 tia 648  
 Galeni de ortu vene sine pari sentētia varia 56  
 Galenus cur de vena pari carente tam variè  
 scripserit 60  
 Galeni de venis Mesenterij ac intestinorum  
 lapsus 331  
 Galeni de Porte vena, vt sanguinem conscien-  
 te, sententia varia 35  
 Galeni de portæ caue ramis iccori sanguinem  
 preparantibus, opinio 344  
 Galenus in descriptione venarum humerariæ  
 & axillaris, partim verus, partim falsus,  
 & quo pacto 76  
 Galeni de Ventriculi situ sententia 271  
 Galenum hominis Viscera aut oscitanter, aut  
 neuiquam spectasse 605  
 Galeno vmbilicus non rectè corporis me-  
 dium

I N D E X

diu constitutus	644
Galenus de umbilico corporis medio sententia	
623	
Galenus vaccinus caprinus' ve Vterus; non muliebris; descriptus	448
Galenus de vteri venis in mamillas sese exonerantibus sententia	499
Galenus humanum vterum nunquam spe- ctasse	440
Galenus studiosos esse omnes medicine candidatos debere	440
Galenus in humani corporis fabrica cognitionem nimium à plerisque tribui	471
Gallicus morbus glandulis faucium palatoque & gargarioni præcipue infestus	588
γάργαρα	301
Gargarion cur iudæis Græcis	586
Gargarion vocis plectrum	589
Gargarionis nomina 588. eiusdem situs; forma; substantia; usus; &c.	589. 590
Gargarionis præfectio	580
Gargarioni infestus Gallicus morbus	588
Gargarionem soli inter animantia homini; & quibusdam auibus obtigisse	589
Gargarionem temerè à quibusdam excrementorum cerebri receptaculum esse: consilium	590
γάργας vnde dictus Græcis ventriculus	270
	Gemelli

I N D E X.

Gemelli dicti, in cerebro	747
Gemini cur testes dicti	394
Generandi amor animantibus natura ingeni- tus	390
Generationis nostrae principia	250
circa Generationis organa moueri solite qua- siones	391
Generationis organis, vtendi quoq; appetitus natura adiectus	390
Generationsi subseruietium partium breuis enu- meratio	389
Glans cerebri, pinea nucis similis, eiusq; descri- ptio 744. situs quis ead. vsus	745
Glandis cerebri pituitam excipientis, & ac- cumbentium ipsi arteriarum examen, seu administratio	799
Glandulae cerebri testula incumbentis admini- stratio 792. eiusdem historia 754. canales ab ea ducti	755
Glans penis cuiusmodi	423
Glandes intestinorum	312
Glandes, siue glandosum corpus mesenterio cur Natura addiderit	332
Glandium in faucibus, triplex genus	585
Glandularum, laryngis ratio	583
Glandularum in mamillis ratio diuersa	486
Glandularum quae vasorum diductibus subdu- tur,	

I N D E X.

tur, descriptio	16.	nomen	18.	differentia	2
nomine, colore, imagine ead.	vsus				16. 19
Glandularum stomacho crebro adnatarum					270
vsus					270
Glandulis faucium infestus Gallicus morbus					588
Glandulosa caro non procul ab inferiori ven-					
triculi orificio					277
Glandosum omenti corpus					302
Glandosum corpus vasorum semen deferentium					
infertionem excipiens					411
Glandulosum corpus vesicae. cervicis initio ad-					
natum. eiusdem vsus					416
Glirium caecum intestinum cuiusmodi					314
gstrica dicta in cerebro					747
Gulae appellatio quibusdam pro stomacho					265
G V L I E L M V S M A R T I N V S S T E L L A					
iureconsul.					434
Gulosis manus iecur datum					340
Gurgulio quid					588
Gustus instrumentum					781
H					
Hemorrhoidum fluxus par ratio cum men-					
struo sanguine					466
Hemorrhoidum sanguis vnde profluat					466
Hanabub Arabibus vocata vena					42
ἡνερύνη dicta vena					42
					Hipp

I N D E X

16.19	Hippocratis sententia, de phlebotomia in pleu- ritide que	60
270	Hippocratis de stomachi incessu sententia	367
270	Hippocrati que dicantur acetabula	471
276	Hispani cuiusdam, & vnionum ab eo deuora- torum historia	276
277	Homo quibus locis à simia differre Galeno per- speculus	421
302	Hominis primarium effectiuum principium virile semen	391
411	Hominis viscera ad ipsorum fabricam disce- dam non inutiliter coqui	358
416	Hominem necessariò corruptioni obnoxium, mortalem ve esse	250
384	Hominem producere immortalem materie oc- casione non licuisse	389
747	Hominum & canum <i>ωάκγεα</i> diversi coloris	302
265	Hominum fabricæ ratio	380
BLA	Humani alimenti ad plantarum nutritiuam vim differentia	288
414	Hymen puellarum constituentes venula	92
340	I	
583	Lactator quid	409
781	Lanitor, ventriculi orificium	274. & 278
in mei-	Lecur an crapula absumatur	340
466	Lecur anteriori peritonci sedi connexum	343
466	Lecur	
42		
42		
Hipp		

I N D E X.

Iecur cuius anima facultatis sedes	642
Iecur homini grandius, & quibus maius obti- gerit	340
Iecur humanum nullis fibris diuisum	339
Iecur maxima ex parte costis succingi muni- riq;	335
Iecur nulla peculiari eguisse figura	337
Iecur nutritionis organorum precipuum, & sanguinis officina	334-346
Iecur quare sanguine nutriatur crassiori	346
Iecoris constructionis ad testes collatio	412
Iecoris examen	676
Iecoris fibrarum ridicula quibusdam efficien- tina	339
Iecoris fibrarum ventriculum apprehendentium figmentum vnde natum	339
Iecoris forma varia	335
Iecoris humani formam à canum et porcorum iecoribus variare	338
Iecoris ligamenta, ac ex illis pronascens tunica	342
Iecoris munus siue officium 254. ipsiusq; stru- cture ratio	343
Iecoris sanguificatio quæ consiciatur	344
Iecoris situs, eiusdemq; ratio 333. 334. Qualis in auiibus & canibus	eade
Iecoris situs examen	576. 579
	Iecoris



I N D E X.

- Iecoris substantia* 340. *venarum series ead. arteriæ* 342. *substantia vasis circumfusa ead. nervi* 343. *eorumq; omnium ratio* 346  
*Ieiunum ab ileo nihil minus quàm inanitione dirimendum* 309  
*Ieiunum intestinum cuiusmodi* 308  
*Ieiunum intestinum cur cremorem suum ocyus transmittat.* 327  
*Ieiunum intestinum & ileum cur in ventris medio sita* 324  
*Ieiuni intestini finis vbi constituendus* 309  
*Ieiuni intestini venæ & arteriæ* 311. *item nervi* 312  
*Ileon intestinum cuiusmodi* 309  
*Ileum & ieiunum intestinum cur in medio ventris sita* 324  
*Ilei intestini initium vbi statuendum* 309  
*Ilei intestini nervi* 312  
*Indusium quibusdam dicta fatum inuoluens membrana* 483  
*Ives* 5  
*Infundibulum cerebri. quære, Cerebri infundibulum.*  
*Inspirationis vsus* 550  
*Intersepientes membranae. vide, Membranae.*  
*Intestinum cæcum. vide, Cæcum.*  
Intestinum



I N D E X.

	<i>Intestinorum gracilium venæ &amp; arteriæ</i>	311.
	<i>item nervi</i>	ead.
	<i>Intestinorum historia brevis enumeratio</i>	310
	<i>Intestinorum in scortum descensus</i>	294
	<i>Intestinorum munus</i>	293
	<i>Intestinorum munus, ac dein eorum constructio</i>	320
	<i>uis ratio</i>	304
	<i>Intestinorum nomine quæ cõprehendantur</i>	304
	<i>Intestinorum pars caua quæ dicatur Anatomis</i>	311. <i>item quæ gibba</i>
		ead.
	<i>Intestinorum situs examen</i>	514. <i>eiusdem ratio</i>
		324
	<i>Intestinorum situs, forma, substantia</i>	306
	<i>Intestinorum tunicam internam aliquando</i>	
	<i>in ægris putrescere, exteriore salva</i>	326
	<i>Intestinorum tunice quæ examinande</i>	525
	<i>Intestini nullas venas propagari à caua, contra quàm Galenus tradit</i>	331
	<i>Intestini obnatus adeps</i>	320
	<i>Inuolucrum cordis. vide, Cordis inuolucrum.</i>	
	<b>IOACHIMVS ROELANTS medicus</b>	464
	<b>IOANNES DRYANDER medicus</b>	392
	<i>Irascibilis animæ sedes cor</i>	640
	<i>isodipus cur pro faucibus</i>	585
	<b>L</b>	
	<i>Lac etiã viris quibusdã post pubẽ exprimi</i>	492
	ii 2	<i>Lactis</i>

I N D E X

Lactis in mamillis generatio, eiusq; ratio	498
Lactes an recte pro mesenterio versum à Ga-	
Za	328
Lactificinia que	587
Larynx, etiam φάρυγξ dicta	584
Laryngis cartilagineum coordinationis ratio	
581	
Laryngis glandularum & pinguedinis ratio	
583	
Laryngis musculorum examen	681
Laryngis operculi vsus	581
Laryngis radici adnatæ glandes	576
Laryngis rimæ vsus	579
Laryngis substantia cuiusmodi	572
Laryngis superficies exterior & interior qua-	
lis	568
Lateralis morbi vene sectio cuiusmodi optima	
367	
λεῖον, siue planæ testibus comparatæ	352
Lien cur linguosum viscus appelletur	357
Lien cur risus aut or vulgò dicatur	367
Lien qualis in auibus & canib.	354
Lien quid in ventriculū eructet, & quo me-	
tu	365
Lienis beneficio, an cor refrigeretur	367
Lienis eximendi ratio, in Anatome	526
Lienis nutritio, eiusdemq; ratio	255
	Lienis

I N D E X.

- Lienis situs* 290. & 256. *forma ead. superfici-*  
*cies & color* 358. *substantia* 359  
*Lienis situs examen* 516  
*Lienis tunica, & nexus eiusdem* 359  
*Lienis tunica quæ observanda simul cum ipsius*  
*ad ventriculum nexu & substantia* 527  
*Lienis vasorum series* 358  
*Lienis vene, arteriæ & nervi vnde ducantur*  
 361  
*Lienis vsus ac functio* 363  
*Lienem cursoribus eximi, stultè persuasum vul-*  
*go* 363  
*Ligamentum totam pedis amplitudinem sub-*  
*iens. quere, Pedis ampl.*  
*Ligamenta dorsi vertebrarum. quere, Dorsi*  
*vert.*  
*Ligamenta femoris ossis. quere, Femoris ossa.*  
*Ligamenta fibule ad ossa tibiæ. quere, Fibul.*  
*Ligamenta genu articuli. quere, Genu art.*  
*Ligamenta in externa cubiti sede. quere, Cu-*  
*bit.*  
*Ligamenta Manus. quere, Manus ligament.*  
*Ligamenta nervi nomine vocitata* 155  
*Ligamenta pedis transversa. quere, Pedis li-*  
*gamenta.*  
*Ligamentorum cuiq; parti corporis peculiariu*  
*traditionem, sub ipsius partis elemento repe-*  
*ries; velut Thoracis, Capitis, &c.*

I N D E X.

Linguae musculorum examen	686
Λόβοι iecoris	338
Lobi pulmonis quot	594
Loculi, extimum factus inuolucrum	479
Longaon intestinum	317
Lutetia itineris à porta D. Iacobi ad eam que Martini dicitur, varia nomina	305

M

Mamille an ex deuorato à muliere pilo vexari τ γοργιόες possint	488
Mamille cur homini elatius, cæteris animalibus demissius positæ	494
Mamillarum cum genitalibus affinitas cum utero	496
Mamillarum examen	498
Mamillarum forme ratio	540
Mamillarum glandulose substantiæ temperies	496
496	
Mamillarum munus & officium, ipsarumq; constructionis ratio	497
Mamillarum nerui vnde ducantur	497
Mamillarum situs, forma, substantia &c.	485
Mamillarum situs ratio	497
Mamillas petentium venarum series	489, 497
Manum petentes nerui. quere, Nerui per Manum tendentium venarum ac arteriarum examen	865

I N D E X.

MARCI ANTONII CONTARENI

laus 785

Marini Anatomicorum librorum iactura 587

Masseteris musculi examen 678

de Matricis cellulis stulta quorundam persuasio 434

Maxille inferioris musculi 680

Maxillam mouentium musculorum historia. quere, Muscul.

Meatus sctus urinam educens 383

Meatum urinam è renibus in vesicam deductum historia 384. eorundem artificiosa insertio 351

Mediana dicta vena 81

Medianum pro mesenterio 329

Mediastinum vulgò quid 557

Medico de anime quoque facultatibus ac sede considerandum 642

Medicorum in distinguenda sectione venarum pedis, imperitia 105

Medicorum in venarum scientia ignoratio 84

Medulla dorsi. quere, Dorsi medul.

Medullæ dorsalis initium quod 167

Membrana carnosæ cur sic dicta 257. 395

Membrana cerebri tenuis *χρυσολιθίου* dicta 706

Membranae tenuis in cerebro descriptio 705. n<sup>o</sup>

merus ead. situs 706. superficies exterior ead.

706. fabricæ totius ratio & usus ead.

I N D E X.

- Membrana dura cerebri cur sic dicta 692  
 Membrane dure basis, & eorum que adsunt  
 illi examen 799  
 Membrane dure cerebri administratio 785. te-  
 nus 787  
 Membrane dure cerebri delineatio quibus è lo-  
 cis petenda 786  
 Membrane dure cerebri descriptio 692. situs,  
 numerus, magnitudo, forma ead. superficies  
 interior 699. vsus & constructionis totius  
 ratio 703. nexus ad caluariam 695. ad te-  
 nuem membranam 700. processus 701. va-  
 sa 700. foramina 701  
 Membrane dure cerebri sinuum administra-  
 tio 793  
 Membrane caluariam foris succingentis crea-  
 tio & vsus 703  
 Membrana pubis ossium. quere, Pubis ossia.  
 Membrane cerebri. quere, Cerebri mem-  
 branae.  
 Membrane intersepientes quo pacto inuicem  
 distent 558  
 Membrantarum intersepientium nomenclatu-  
 ra, numerus, situs, forma, &c. 557  
 Membrantarum intersepientium substantiarum  
 subeuntia que 561  
 Membrantarum intersepientium superficies &  
 connexus 562. ortus & vsus ead.  
 Membr 562



I N D E X.

Membrane orificiorum cordis vndecim	630.
vide, Cordis, &c.	
Membranarum thoracis amplitudinem inter-	
sepientium examen	663
Membranularum caue vene orificio presecta	
rum vsus 653. item arterialis vene	654
Membranularum venalis arterie & magne	
arterie vsus	659
Menstrui sanguinis ad lactis generationem in-	
gerentibus vterum ratio	499
Menstrui sanguinis temperamentum ac ra-	
tio	250.
Menstruae purgationes vnde fluant mulieri-	
bus	451
de Menstruis purgationibus problemata quo-	
rundam	395
Meri quid	265
μεσεντέριον, & μεσάρχειον	328
Mesenterium quas venas aut arterias admit-	
tat	330. 331
Mesenteria quomodo Galeno numerentur tria	
	329
Mesenterij & omenti eximendi ratio in Ana-	
tome	527
Mesenterij membrane & adeps	332
Mesenterij natura qui per sectionem indagan-	
da	522
Mesenterij nomenclatura	328
ii 5	Mesenterij

I N D E X.

Mefenterij situs	329.	Substantia ead. forma	
& ortus			ead.
Mefenterij substantia ratio & vsus			330
Michaelis Scoti indoctiſſ. de phyſognomia ſcriptum			434
Mondini de vteri formatione error			434
Monilis à quodam Hiſpano deuorati hiſtoria			276
Motus ſeruato ſenſu perit, & contra			233
Motus arbitrarij ſenſusq; principium cerebrum			660
Motus naturales alij fibris, alij ſine illis perficiuntur			5
Muliebris Anatomies ratio ac ſeries			540
Muliebris pudendi prominulæ carunculæ earumq; præciſio cuiuſmodi			ead.
Muliebris pudendi carunculæ non in omnibus æquales			437
Muliebris vterus acetabulorum experts			472
Muliebris etiam ſemen habere perinde vt viros, idq; cuiuſmodi			463. 474
Mulieres præpingues cur ad concipiendum minus aptæ			292. 293. 430
Mulierum à Veſalio hæctenus ſectarum catalogus			467. 472
Mulierum teſtes cuiuſmodi	452.	eorundem inuolucra	453
Mulierum vaſa ſeminaria cuiuſmodi			454
		Mulierum	

I N D E X.

	Mulierum vesica quatenus à virorum diversa	386
	Musculus vesicae cervicis. quare, Vesicae cer- vic.	
	Musculo temporali quot nervorum propagines offerantur	184
	Musculi recti intestini cuiusmodi	320
	Musculorum brachium, scapulam, thoracem, caput, dorsumq; mouentium examen	678
	Musculorum quorundam & vasorum admini- stratio	661
	Musculis venas ad extimam tantum superfi- ciem adnasci	646
	Muscorum artificum instrumenta ad naturae imitationem fabrefacta	581
	Mustelarum penis offeus	421
	Mussi feruentis ad iecoris sanguificatione con- paratio	344
	N	
	Natum cerebri descriptio	746
	Naturae in nervis digerendis scopus	162
	Nervus non censetur, dorsalis medullae termi- nus, ex osse sacro prodiens	200. 239
	Nervus nullus cordi commissus praeter unum	156
	Nervus omnis sensu tactus praeditus	164
	Nervus pulsatilis apud Arabes quis	72
	Nervus quibus constet partibus	158
	Nervi	

I N D E X.

Nervi appellatio quàm latè pateat	155.	quibus organis propriè competat	ead.
Nervi coli, & recti intestini			320
Nervi coniugatim enascuntur			166
Nervi cutem subeuntes non eandem semper proponunt seriem			219
Nervi idem cerebro præstant quod arteria magna cordi, & vena epati			689
Nervi in papillas distributi			317
Nervi intestinorum gracilium			312
Nervi omenti			301
Nervi, vasorum nomine appellati			165
Nervi ventriculi, eorumq; vsus			285
Nervi visorij perforati	175.	& non perforati	176
Nervorum per abdominis musculos repentium administratio			509
Nervorum alios sensui, alios motui falso præfici			233
Nervorum Anatomæ ratio			520
Nervorum brachium adeuntium origo diligenter consideranda cur			218
Nervi in brachium à quibus partibus ducantur	218.	eorundem implexus descriptus. ead.	
Nervorum in brachium ac manum extremam distributorum expositio	218.	primi	219.
		secundi ead.	tertij 224. 228. quarti 224.
			quint

I N D E X.

quinti 228. sexti	234
Nervorum cerebri initium unde sit	167
Nervorum cerebri iuxta septem paria examina	796
Nervorum cerebri paris primi descriptio tota	
153. ortus. ead. coalitus. ead. ingressus	
in oculos 174. in tunicam reti comparatam	
dilatatio. eadem an sit perforatum, questio	
175	
Nervorum cerebri paris secundi descriptio 178.	
quod oculorum musculis distribuitur ead.	
Nervorum cerebri paris tertij descriptio 178.	
radix duplex 179 tenuioris ortus ac distributio. ead. crassioris	180
Nervorum paris quarti descriptio	182
Nervorum cerebri paris quinti descriptio	183
Nervorum cerebri paris sexti descriptio 185.	
in thoracis amplitudinem distributio	190.
in nutritionis organa series 191. cur sint facti	189
Nervorum cerebri paris septimi descriptio	194
Nervorum è cerebro prodeuntium par ceteris	
Anatomicis ignotum	168
Nervorum cerebri paria quot	185
Nervorum decussatim facta distributio fictitia	177
Nervorum differentie 160. à mollitie & duritie	ritie

I N D E X.

- ritie. ead. & eiusdem differentie ratio 161.  
 ab originis forma 163. ab ipsorum cavitate 164. à serie 165
- Nervorum è dorsali medulla prodeuntium numerus 200. non idem in omnibus animalibus 201
- Nervorum femur, tibiam et pedem adeuntium distributio exposita 240. primi. eadem secundum 241. tertij 242. quarti 243
- Nervorum in intestinis ratio 327
- Nervorum è lumborum vertebriis prodeuntium descriptio 235. sunt autem quinque paria.
- Nervorum per manum distributio, quo pacto intra sectionem deprehendatur 232
- Nervorum qui in extremam manum distribuuntur expositio 232
- Nervorum ortus à cerebro 156. non è dura eius membrana 158. nec à corde 156
- Nervorum ortus varie à priscis constitutus 156
- Nervorum ex osse sacro prosilientium descriptio 237
- Nervorum principium cor esse, unde iudicavit Aristoteles 631
- Nervorum propagines temporali musculo quot offerantur 154
- Nervorum recurrentium examen 668
- Nervorum recurrentium scientia, Galeni inveniuntur 688

I N D E X

	tum	190
	de Nervorum sectione liber Galeni, vix totius fragmentum est	179
	Nervorum septum transversum ingredientium descriptio	207
	Nervorum septi transversi examen	665
	Nervorum in vertebra foraminum ratio	195
	Nervorum è vertebra cervicis prodeuntium pa- ria septem. eorumq; descriptio 201. par pri- mum. ead. secundum 203. tertium 205. quartum 205. quintum 207. sextum 210. septimum	211
	Nervorum è thoracis vertebra prodeuntium de- scriptio, iuxta paria duodecim 212. par pri- mum, omnium octavum. ead. secundum quod omnium est nonum par 214. tertium, quartum, ac cetera paria vsque ad thora- cis duodecimum, uniuersorum autè vigesi- mum par	214. 215
	Nervorum vesicæ ratio	518. 30
	de Nervorum viscerum decussatione historie auctoris	175. 176
	in Nervis digerendis scopus nature triplex 162. sensus. ead. motus	163
	Nervis unde spiritus animalis prebeatur	159
	Nervos in musculorum initia potius quàm fi- nes inseri, Anatomicum axioma	208
		vñgus

I N D E X.

vūgis quid	308
vūgⓄ vnde	155
Nicolai & Gentilis de vteri formatione error	
434	
Nutrimenti vehiculum cuiusmodi Hippocrati dictum	345
Nutritionis instrumenta, triplicia	253
Nutritionis necessitas	252
Nutritiōi ex cibo potuq; famulantium partium enumeratio	254
Nutritiōi subseruientium instrumentorum necessitas	252
Nutritiua vis quatenus in plantis & hominibus differat	287
Nutritionis organorum enumeratio	387
ὡ μὲν quid 95. 437. eiusq; in mulieribus differentia.	ead. 459
O	
Oculi humores, Crīstallinus	765. Vitreus
767. 777. Aqueus	777
Oculi partium omnium brevis enumeratio	
779. earundem vsus	780
Oculi tunicarum expositio ἀραρυειδῶς	766.
quæ reti comparatur	769. vnae dictæ
quæ cilijs seu palpebrarū pilis respondet	775.
dura. ead. adherentis, seu albæ	778. Cornea
nea	776
	Ocul.



I N D E X.

- Oculorum colorem ex humorum spirituumve  
 copia non variare 774
- Oculorum fabrica tota exposita 764. eiusdem  
 administratio.
- ὀσπᾶν 265
- Olfactus organum constituentes cerebri pro-  
 cessus 170. 171
- Olfactus organi descriptio 765
- de Olfactus organo sententia varia
- Olfactus organorum sinus pituitam cerebri  
 non expurgant 758
- Omentum an deuolui adscortū possit 293. 294
- Omentum cur plumæ nomine Brabantis appel-  
 latum 304
- Omentum cur rete & reticulum appellatū 301
- Omentum qui diuellendum, ipsiusq; ortus inue-  
 stigandus, vnā cum vasis illo suffultis 517
- Omenti adeps 302. eiusdem vsus 304
- Omenti arterie ac nerui 301. 302
- Omenti & mesenterij eximendi ratio in Ana-  
 tome 524
- Omenti fabricam suis vsibus respondere 303
- Omenti figura & quantitas 294
- Omenti glandosum corpus 294
- Omenti inferioris membrane sectio difficilli-  
 ma 351
- Omenti membrana inferior qua parte mesen-  
 terij

I N D E X

terij vice	298
Omenti ortus, ac dein nexus	295. cum colo 298
Omenti præcipuus vsus quis	303
Omenti situs 291. eiusdem observatio	533
Omenti substantiæ enumeratio	295
Omenti superior anterior' ve, & inferior seu posterior membrana	295
Omentum implicantes venæ	299
Omentum ventriculi anteriori sedi non obdu- ci	290
Omento quatenus comprimi vteri fundi os possit	253
ὄζον quid	18
Oris apertio, organorumq; in faucibus posito- rum examen	679
ὄρχεον quid	395
ὄργανοι meatus, qui & ὄργανοι, & ὄργανοι ὄργανοι	384

P

Palato infestus Gallicus morbus	588
παχυλεως quid	16. 302. 312
Panniculus rotundus	257
Papilla βίλη	435
Papille substantia	438
Papille constructionis, & totius substantiæ cuiuslibet	

I N D E X.

	<i>eiusdem ratio</i>	426
	<i>Parastates lugyæ ad h.</i>	405. 408. 410
	<i>Parastates aduocæ dñs</i>	411
303	<i>παρῆχυμα quid</i>	342
323	<i>παρῆχυμα lienis</i>	359
295	<i>παρῆχυμα, faucium glandule cur</i>	586
r fen	<i>Partus septimestris Hippocratis sententia im-</i>	
295	<i>perfectus</i>	434
299	<i>Pectoris ossis cum cartilaginibus, &amp;c. admini-</i>	
bdu-	<i>stratio</i>	663
290	<i>Pelopsis sententia falsa, de venarum &amp; arte-</i>	
di os	<i>riarum ortu</i>	109
253	<i>Peluis cerebri pituitam excipiens</i>	753
18	<i>Penis constructionem subeuntia</i>	421. 422
sito-	<i>Penis duo præcipua corpora</i>	422. examen 539
679	<i>Penis corporum ortus, venarumq; arteria-</i>	
395	<i>rum &amp; nervorum huc pertinentium exa-</i>	
u/lu	<i>men</i>	536
384	<i>Penis &amp; testium à suis involucris detectio in</i>	
	<i>administranda Anatome</i>	533
	<i>Penis musculorum examen</i>	536
588	<i>Penis situs</i>	421
02. 312	<i>Penis structure ratio</i>	420. eiusdem substan-
277	<i>tia</i>	ead.
405	<i>Peni tres meatus falso ab Arabibus attributi</i>	
488		426
untia	<i>Penis vene, arterie ac nervi</i>	424. cutis 425.
eiusd		kk 2 inde

I N D E X.

inde. musculi.	ead.
περιζώνη & membrana	704
Perinæ situs	424
περιόστεον	556
περιόστε & membrana	574.704
περιτόναι & ὑμῶν 256. χιλῶν. eadem. &	
περιτόναιον σπένδαμου.	eadem.
Peritoneum in similarium partium numero	
257	
Peritoneum non vndique pariter crassum	260
Peritoneum quibus partibus peruium	260
Peritoneum quibus vasis ac nervis implicetur	
261	
Peritoneum tactus sensu etiam præditum	261
Peritonæi à partibus extrinsecus ipsi commif-	
sis liberatio	510
Peritonei apertio	511
Peritonei nomina	256
Peritonei superficies cuiusmodi 259. processus	
ab eodem enati.	ead.
Peritonei vsus	262
φαιλογόλις dictus humor	766
φάγγυ & appellatio	584
φάγγυες	564
φός in mamillis quid	483
Pinguedo. quere, Adeps.	
Pituitam cerebri excipientes ductus.	752
	Plan

I N D E X.

ead. 704 424 556 4.704 m. & adem. numera  m. 260 260 ollicitur  m. 261 omnis- 510 511 256 processus ead. 261 766 584 564 483  752 Plan	<p>Planarum ad testes comparatio 392</p> <p>Plantarum nutritiva vis quatenus ab huma- na differat 287</p> <p>Platonis de ingenito nobis generationis amore sententia 390</p> <p>Pleura vulgò quid 551</p> <p>Plinij de menstrui sanguinis prauitate &amp; gra- ueolentia error 464</p> <p>Plumæ nomine omentum apud Brabantos ap- pellari 304</p> <p>Popletica dicta quibusdam vena 105</p> <p>Porcorum iecur quale 338</p> <p>Portæ vena. quere, Vena portæ.</p> <p>Portæ venæ officium 343</p> <p>Portæ venæ rami vnà cum arterijs &amp; neruis illis attentis qui examinandi 520</p> <p>Portæ venæ ramorum officium 254</p> <p>Πορτοὶ ὀπίσσω 175</p> <p>Pregnantium vterus cuiusmodi 450</p> <p>Παροειδής dicta cerebri portio 145. 724</p> <p>Pubis ossa qui dirimenda 536</p> <p>Pudendi muliebris prominētes caruncule 459. easdemq; precipiendi apud Aegyptios mos. ead.</p> <p>Pudendi muliebris carunculas non esse in om- nibus equales 437</p> <p>Puellaris vteri fundus minor 444. cervicæ mollior 451</p> <p style="text-align: right;">Pulm</p>
---	---

I N D E X.

Pulmo instar præputarij cordi circumpositus	649
Pulmonis examen	666. 675
Pulmonis inflatio	671
Pulmon in quot lobos fibras' ve distribuatur	
594	
Pulmonis lobum in homine nullum caue caudis cem suffulcire	595
Pulmonis situs, ac partes	590. forma 591
Pulmonis superficies qualis	595. item connexus. ead. substantia 596. vasa 597. tunica 598. nerui. ead.
Pulmonis vasorum ratio	599. item tunica 600
Pulmonis vsus & constructionis ratio	598. 599
Pulmone carentia animalia etiam dextro cordis ventriculo destitui	650
Pulmonum colores diuersi	596
Pulsus & respirationis idem vsus	550
Pulsuum autor cor	643
ⲱⲛⲉⲗⲟ	754
ⲱⲛⲉⲗ	32
ⲱⲛⲉⲗⲟⲛ & vnde dictus	274. 278
R	
ⲣⲁⲛⲉⲗⲟⲛ tunica	777
Ramex, ⲉⲱⲛⲉⲗⲟⲛⲁⲗⲁⲗⲁ Grecis cur	283
Ramicum sectionis periculum	294
Rationis sedes cerebrum	660
	Ratio

Ren  
Rec  
Rec  
Rec  
Rec  
Rec  
C  
Rec  
ce  
Reg  
in R  
Ren  
ali  
Ren  
Ren  
Ren  
Ren  
Ren  
tia  
Ren  
Ren  
tom  
Ren  
de Ren  
gma  
Ren

I N D E X.

649	Rationis sedes an in corde	641
66.675	Recti intestini muscoli	320
671	Rectum intestinum quod, & cuiusmodi	317
atur	Recti intestini à colo differentia	317
e caudis	Recti intestini situs ratio	325
595	Recti intestini tunica ac fibre 318. inde. venæ	
591	& arteriæ 319. nervi	320
conne-	Recurrentes nervi. quere, Nervos sexti paris	
597.	cerebri, &c.	
ead.	Regum veterum coronæ cuiusmodi forma	632
tunica	in Religionis censors quosdam	642
598.599	Remigis cuiusdam Anatomie, peculiare quid ab	
tro cor-	alijs corporibus habere observat. historia	351
650	Renalis quibusdam dicta vena	105
596	Renis canini ad humanum differentia	374
550	Renis fascia quid	378
643	Renum cur alter altero elatior	369
754	Renum forma 370. magnitudo ead. substan-	
72	tia	ead.
274.278	Renum in internis sedibus conformatio	372
771	Renum fabrica negligentius hactenus ab Ana-	
293	tomes professoribus expensa	372
294	Renum munus	255.377
660	Renum numerus, situs, & usus	368
Ratio	de Renum officio ridicula Anatomicorum do-	
	gmata	551
	Renum sinus cuiusmodi	374
	kk 4	de Ren

de Renum sinibus falsa quorundam persuasio	
337	
Renum tunice ac nervi	378
Renum tunicarum, totiusq; eorundem nature examen	530
Renibus oblata vene & arterie	371
Respiratio naturalis, & non naturalis	549
Respirationis & pulsus idem vsus	550
Respirationis organorum artificiosa constru- ctio	599
Respirationis vsus ac ratio	548
de Respirationis vsu libri autorem falso Gale- num haberi	365
rete mirabile, seu plexus reticularis Galeni quis	350
Reticularis plexus falso à bobus ad homines quoq; relatus à Galeno	400
Reticularis plexus Galeni, nusquam repertus	642. 19
Risus autor cur lien vulgò dicatur	367
ῥῶγα	773
Rotunda omnia capacissima, & iniurijs mi- nus exposita	275
§	
ῥαγῖν	308
Sanguificationis in iecore modus ac ratio	354
Sanguificationis organū primarium iecur	345
Sang	



I N D E X.

378	<i>Sanguineus cordis ventriculus dexter cur ap- pellatus</i>	648
530	<i>Sanguis an mittendus in octo inferiorum co- starum inflammatione</i>	672
371	<i>Sanguinis in iecore generatio cuiusmodi</i>	344
549	<i>Saphena</i>	105
550	<i>Schiatica vena</i>	105
instru-	<i>Sciurorum cæcum intestinum cuiusmodi</i>	319
599	<i>σκαλοτος</i>	776
548	<i>σκαλοτος processus cerebri</i>	748
o Gale-	<i>Scrotum, siue scortum quid</i>	394
361	<i>sectio corporis difficillima quæ</i>	351
Galemi	<i>sectio viuorum, eiusq; historia, &amp; quid ea pe- culiariter doceat</i>	814
150	<i>Secunde, secundina, extimum fœtus involu- crum 479. vide, Fœtus involu- crum</i>	479.
romines	<i>Secundinarum examen</i>	544
406	<i>Semen à teste ad vesicæ cervicem deferentis vasis historia</i>	406.409
reperit	<i>Semen deferentis vasis structure ratio</i>	415
367	<i>Semen deferenti vasi nulla cum testium venis &amp; arterijs communio</i>	418
773	<i>Semen deferentium vasorum ortus ratio</i>	413
arijs mi-	<i>Semen deferentium vasorum insertionem ex- cipiens glandosum corpus</i>	410.411
273	<i>Semen deferentium vasorum ad glandosum vesicæ corpus examen</i>	537
101		
atio 154		
echt 345		
SANG		

I N D E X.

Semen virile hominis primum effectuum	
principium	391
Seminis genitalis temperamentum ac ratio	250
Seminis procreatrix testium substantia	412
Semini parando non præesse corpus glandosum,	
Galeni sententia impugnata	417
Semini urinæ; communis meatus 423. eiusdem	
glande diuisi exemplum	427
Seminales arterie an sanguinis expertes	414
Seminales arterie qui obseruande	529
Seminalium vasorum examen	532
Seminalium vasorum circa testem examen	534
Seminalium vasorum in mulieribus ratio	434
459. examen	541
Seminalium venæ & arterie series, ductus, ac	
ratio	401. 402. 406
Seminarij vasis in penem insertio	410
Sensus ac motus arbitrarij principium cere-	
brum	660
Sensus seruato motu perit, & contra	233
Septum, eiusq; foramen non obstruere, ne cibus	
è ventriculo superiora repetat	269
Septi transversj neruorum examen	665
Sibilus pro gargareone	588
Si yuoædæis membrana que	651
Simias colo & mesenterio differre ab homini-	
bus	298
	Simiat

I N D E X.

	<i>Simiarum ad hominem differentia in pulmo-</i>	
391	<i>nis lobo quinto venâ cauam sustinente</i>	53.55
250	<i>Simiæ caudata ab hominibus differentes in ner-</i>	
412	<i>uorum serie</i>	237.238
	<i>Simiarum omentum mediam inter homines et</i>	
	<i>canes rationem sortitum</i>	299
	<i>Simiæ pulmone deceptum Galenum; etiam ho-</i>	
427	<i>minis pulmone quintum lobū attribuere</i>	595
414	<i>Solis caloris in suspensis corporibus vis</i>	608
529	<i>Speciei propagandæ Naturam prouidisse</i>	384
530	<i>σπερματὶδὲς ωὄν</i>	409
534	<i>Spiritus animalis ubi elaboretur</i>	686
454	<i>Spiritus animalis per vasa distributio quæ fiat</i>	
541		687
46	<i>Spiritus in aquam conuersio in cordis inuolu-</i>	
2.406	<i>cro, quibusdam asserta</i>	607
410	<i>Spiritus vitalis fons cor</i>	643
cere-	<i>Spiritus vitali subservientia membra, eorumq;</i>	
660	<i>ratio</i>	548
231	<i>σπερματὶδὲς cur pro gargareone</i>	588
e cibis	<i>Stomachus, στόμαχος</i>	264.265. vide, Venti-
269	<i>culus.</i>	
605	<i>Stomacho adnatæ crebro glandulæ</i>	270
588	<i>Stomachi examen</i>	676
635	<i>Stomachi fibræ cur duplices solum</i>	266
omini-	<i>Stomachi obliqui ductus vsus</i>	269
298	<i>Stomachi situs &amp; incessus</i>	270
Simiar		Stom.

I N D E X.

Stomachum non eodem cum arteria magna  
 vti foramine septi 267  
 Stomachum non esse angustiolem quàm ventri-  
 culo continuatur 269  
 Suidæ in laryngis dictione sententia explosa 585

T

Tactus instrumentum 782  
 Temporalis musculi examen 678  
 Temporalis musculo, quot nervorum propagines  
 offerantur 184  
 Tendo latefcens plantæ cuti subnatus. quare,  
 Pedis planta.  
 Tendinum pedis traditio, ac digitorum, sub  
 Musculis pedis queratur.  
 τένων unde 155  
 Testis caput quid Galeno 400  
 Testis dextri vena à caudæ caudice 413  
 Testis involuorum intimum cuiusmodi 399  
 Testis musculus exteriori ipsius involuore in-  
 natus 398  
 Testis tunica exterioris apertio 534  
 Testem interdum vnum, interdum tres etiam  
 reperiri 394  
 Testem sinistrum petentium vasorum ortus  
 examen 532  
 Testes cerebri, ac eorundem descriptio 746  
 Testes mulierum cuiusmodi 452. eorundem  
 invol.

I N D E X.

inuolucra	453
Testium muliebrium musculorum descriptio.	
quere, Vteri musc.	
Testium muliebrium ratio	463
Testium constructionis ad iecur collatio	412
Testium & penis à suis inuolucris detectio in administranda Anatome	533
Testium & vasorum seminalium examen	535
Testium inuolucra vtriusq; testibus communia	
395. priuata vtriusq;	396
Testium situs, ac numerus	394.
substantia	ead.
Testium situs examen	533
Testium substantia seminis procreatrix	412
Testium substantiæ, insertæ venulæ	394
Testium venæ cuiusmodi, earumq; ortus	401
inde. & cum arteria cõnexus	404. & 406
Testium virilium ratio	389
Testium vasa duplicia cuiusmodi	389
Testibus nullam generandi seminis vim tribui	
ab Aristotele	419
Testibus sanguinem ac spiritum deferentium	
vasorum numerus & ortus	401
Testudinatum dictum corpus cerebri	740
Θήλυ, papilla	485
Theod. Gaza, an recte mesenterium lactes ver- terit	328
Theol	

I N D E X.

Theologis scholasticis frequentior de genitibus & semine, quàm medicis, sermo	435
Theophili parum Anatomici, locus reprehensus	339
Thorax	610
Thorax pro corporis trunco Aristoteli	271
Thoracis amplitudinem intersepientium membranarum examen	663
Thoracis cavitatē intersepientes membrane	557
Thoracis musculi intercostales. quere, Intercostales musc.	
Thoracis situs ratio	264
Θύμῳ	28.61
Tibiam petentes nervi. quere, Nervi.	
Timidis iecur maius datum	340
Tintinnabulum pro gargareone	588
Tonsille, earumq; usus	270
Tonsille faucium, que	585
Tonsillarum examen	680.681
Torcular cerebri	146
τηλωδῆς processus	630
τηλωδῆς mamillarum parum rectè Aristoteli asserta	488
Tunica costas succingens quid 551. eiusdem nomen, ac situs ead. magnitudo ead. figura 552. superficies quales, quisq; earum ad alias partes nexus	
	Tunica

I N D E X

	<i>Tunica costas succingentis foramina</i>	554. sub-
	<i>stantia</i>	ead.
	<i>Tunica costas succingentis secunde examen</i>	678
	<i>Tunica costas succingentis vsus, eiusdemq; con-</i>	
	<i>structionis ratio</i>	556
	<i>Tunice oculi. vide, Oculi tunice.</i>	
	<i>Turcica selle cuiusmodi</i>	637
	<i>Turcorum telorum triangulares cuspides cu-</i>	
	<i>iusmodi</i>	632
	<i>τυμοειδής cerebri substantia</i>	724
	<i>τυφλόν intestinum cuiusmodi</i>	373
	V.	
	<i>Vaccini vteri cornui</i>	441
	<i>Variciformis plexus</i>	406
	<i>Vasis semen à teste ad vesica cervicem dese-</i>	
	<i>rentis historia</i>	406
	<i>Vasorum appellatio, nervis attributa</i>	165
	<i>Vasorum per lienis corpus series</i>	353
	<i>Vasorum testi materiam deducentium ortus</i>	
	<i>ratio</i>	433
	<i>Vasorum testibus sanguinem ac spiritum dese-</i>	
	<i>rentium numerus &amp; ortus 401. &amp; an ma-</i>	
	<i>ior dextri lateris quàm sinistri implexus</i>	405
	<i>Vbera. vide, Mamille.</i>	
	<i>Venalis arteria. vide, Arteria venalis.</i>	
	<i>Venalis arteria descriptio 626. eiusdem appella-</i>	
	<i>tio</i>	626. 627
	<i>Vena</i>	

I N D E X.

Vena quid 4. qualiter à membrana eius cor- pus differat	ead.
Vena, corpus instrumentarium	5
Vene compositio, eiusq; ratio	4
Vene tunica ascititia, quæ	5
Vene vsus	6
Vene arterialis descriptio 151. 625. appellatio	
ead.	668
Vene arterialis examen	634
Vene arterialis membrane cuiusmodi	674
Vene arterialis orificij, ac membranarum exa- men	600
Vene arterialis vsus	674
Vene axillaris per brachium series 74. 54. di- stributio in truncos præcipuos duos, cæteris ignota 55. portionisq; qua in imum mergitur series ibidem. portionis qua cutem subit series	80
Vene axillarem constituentis ortus	62
à Vena quæ axillâ petit sparsi rami, priusquam illa brachium subeat	65
Vena caua. vide, Caua vena.	
Vena caua primum cordis vsus	625
Vene caue per collum caputq; series	69
Vene caue per crura distributio 95. femur pe- tentes radices due ibid. radices minoris series 92. maioris radices series	96
Vena	96



I N D E X.

1.	Vene caue distributionis descriptio, ab epate ordienda cum	40
5	Vene caue exortus, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributionis falsa haecenus traditio	340
6	Vene caue partis eius quae supra iecur consistit exposita distributio	45
io	Vene caue in iecore series	41
68	Vene caue ad iugulum progressus expositus	61
34	Vene caue membranae	630
4-	Vene caue orificium	624
74	Vene caue orificij in cor pertinentis vsus	650
500	Vene caue ortus, an à corde	624
di-	Vene caue ortus, apud autores controuersus	58
ris	35. item apud Galenum varius 56. & vnde eam enasci oportuerit	58
tur	Vene caue ortum è iecore esse, imbecilliter à Galeno confirmatum 35: & quo pacto, deinceps.	62
bit	Vene caue iuxta sacri ossis summam regione distributio 89. quae per foramen ossis pubis femur petit	92
80	Vene caue pars septum transiens, ea quae sub iecore consistit arctior non est 45. contra quam Galenus prodidit ead. & 36	ead. & 36
62	Vene caue per septum transeuntis descriptio	ead.
am	48. in septum rami ead. in cordis sinum dextrum adaperitio	ead.
65		ead.
65		ead.
67		ead.
pe-		ead.
ries		ead.
96		ead.
ene		ead.

I N D E X.

Vene cauae ad partes quae infra septum sunt, distributio	85.	ad renum inuolucra	186.	ad renes ipsos ead.	ad lumborum vertebrae	89
Vene cauae nomina						42
Venam caua constituentiu, eaq; iecore ductaru venaru, congressus qua iecoris parte fiat						42
Venam cauam sustinens pulmonis fibra, Galeni figmentum						54
Vene communis constitutio	81.	series				82
Vena coniugis ex pers dicta						50
Vena coniugis ex pers, quo pacto à caua educenda fuerit						49
Vene sine pari varia distributio exposita	51.	52.				
Vene coniuge carentis examen						667
Vena Coronaria dicta						48
Vene superiora costarum internalla petentis, descriptio						62
Vena decolationis						79
Vena ante paruum digitum & anularem, humerariae soboles						77
Vene humerariae per brachiū series	74.	iuxta cubiti articulum				76
Vene humerariae ortus, & priusquam brachiū subit series						69
Vena iugularis interior, eiusq; series	68.	exterioris ortus	69.	eiusq; series		70
Vena iugularis interna, quibusdam falso dicta						71
						Vena

I N D E X.

Vena minor Aristoteli dicta, quæ	12
Vene & arterie in testis substantiam imple- xus, &c.	406
Vena portæ. vide, Porta vena.	
Vena portæ descriptio 20. ramorum in iecoris substantia series ead. extra iecur distribu- tio 21. in bilis vesicam ibid. ad ventricu- lum ead. ad intestinum duodenum 22. in duos truncos principales scissio 21. trunci sinistri series 23. dextri 28. distributionis totius ratio	30
Venæ portæ nomina	32
Venæ portæ rami sanguinem melancholicum expurgantes	33
Vena portæ, sanguinem non confici	32
de Vena umbilici locus, ob Galenum aduerter- dus	107
Venæ & arteriarum umbilici descriptio	106.
ortus ead. ductus 107. usus	108
Vena qua uterus & mamillæ cõmunicant	94.
Venæ albæ Celso, quæ	384
Venæ & arterie colli & recti intestini	319
Venæ & arterie renibus oblate	371
Venæ gracilium intestinorum	311
Venæ omentum implicantes cuiusmodi	299
Venæ puellarum hymen constituentes	92
Venæ seminales, an à renum venis oriantur	
402. earumq; ductus	403
11 2	Venæ

I N D E X.

- Vene substantiæ, cerebri nõ innaſcuntur, ſed mē-  
branis ipſius implicantur, & quo pacto 136
- Venarum Anatomes ratio 281. inde  
in Venarum arteriarumq; ſerie Natura artiſi-  
cium 16
- Venarum ſex, caluariam ingredientium deſcri-  
ptio 134. earum quæ in primũ dura mēbra-  
næ ſinum vnã cū arterijs exhauriuntur 138.  
tertiæ venæ ſeries 147. quinta ac ſextæ ibi.
- Venarum cutem pedis ac tibiæ implicantium  
ſeries, quo pacto diſcenda 104. earundem  
nomina 105
- Venarum diductibus ſubditæ glandulæ. que-  
re, Glandulæ.
- Venarum è quibus purgationes menſtrua vir-  
ginib. promanare creduntur, expositio 92
- Venarum ex iecore prodeuntium ſeries 340
- Venarum in inteſtinis ratio 327
- Venarum in pede conſiſtentium ſectio imperi-  
tè à medicis diſtincta 105
- Venarum mamillis exporrectarũ ſeries 489
- Venarum manus extremæ cutem implicantiũ  
ſeries varia 84
- Venarum per abdominis muſculos repentium  
adminiſtratio 509
- Venarum per abdominis regionem inter cutem  
& carneam membranam excurrentium  
adminiſtratio 508

I N D E X.

Venarum per iecoris substantiam digestarum, cur tenuior tunica	345
Venarum per manum tendentium examen 656. 26. per crura	657. 49
Venarum quæ inter pollicem & indicem, inter anularem & minimum habentur, ignora- ta series apud Medicos	84
Venarum	807. 811
Venarum seminalium series. in viris 85. fini- stræ 87. dextræ 88. in mulieribus	89
Venarum series in cubito quoque vt in cute manus extremæ persæpe varians	85
Venarum sub pectoris osse deorsum repentium descriptio	62
Venarum totius animalis numerus quis sit	14
Venarum ventriculi munus	285
Venarum vesicæ distributarum ratio	382
Venis & arterijs ex iecore & magna arteria excurrentibus, quantum subserviât mesente- rium	330
Venas musculis ad extimam tantum superfi- ciem adnasci	647
Venas nullas intestinis à causa propagari, con- tra quàm Galenus tradit	331
Veneris hortus, herba	469
Venter & ventriculus, cur γαστήρ & νοστιά Græcis	270
Venter inferior qui	323

Ventris mappa	291
Ventriculus. vide, Stomachus.	
Ventriculus cerebri Galeno, nunc medius, nunc postremus, præstantior dictus	739
Ventriculi cerebri anterioris non sunt olfactus organa, vt putabat. Galenus, & quedam alia	731
de ventriculis cerebri confutata recentium sententia	688
ventriculorum cerebri administratio. primo- rum 790. tertij 792. quarti	795
ventriculorum cerebri descriptio 728. nume- rus. ead. dexter ac sinister ead. com- munis amborum cavitatis, qui tertius est ventriculus 732. quarti ventriculi histo- ria 733. 734. quid singulis insit 735. quis sit vsus 738. tres priores tenui membrana non succingi	736
ventriculus cordis dexter, cur sanguineus ap- pellatus	648
ventriculus cordis sinister, cur spirituosus, æ- reus ve appellatus	656
ventriculus, cur sub thorace locatus.	264
ventriculus rex corporis quibusdam dictus	
290	
ventriculi anteriori sedi nullam omenti par- tem obduci	290
ventriculi capacitatis & tunicarum examen	528
vent	

I N D E X.

ventriculi eximendi ratio, in Anatome	616
ventriculi forma 273. inde. &	316
ventriculi fundus, an carnosior	281
ventriculi historia	270. 271
ventriculi munus 254. &	289
ventriculi munus qui subseruiant partes ei ac- cumbentes, atque ita illius ad alias par- tes contactus	289
ventriculi nervi 285. eorumq; vsus	286
ventriculi nutrimentum cuiusmodi	287
ventriculi octo facultates	289
ad ventriculi inferioris orificium glandulosa caro cuiusmodi	277
ventriculi protuberans in orificijs substantiis 278. eius vsus.	ead.
ventriculi os inferius, cur superiori arctius, & quanta eiusdem amplitudo in quibusda	275
ventriculi quantitas	275
ventriculi situs 271. eiusdem examen	316
ventriculi substantia, forma, ac tunica	265
ventriculi substantia, quibus formetur tunica	279
ventriculi superficies	278
ventriculi venarum munus. 285 inde. & arte- riarum	ead.
ventriculum nullis cellulis abundare	279
ventriculum petentes vene ac arterie	282
ventriculum quinque iecoris fibris apprehendi, vnde ab Anatomicis traditum	338
ll 4	ven

I N D E X.

ventriculum sedi, non esse contiguum	321
vermis imaginem referentium cerebri processuum traditio	748
vermiformes processus, continentes tendines pro mente Galeni, qui	751
vermiformium cerebri processuum administratio	795
vermiformium processuum usus à Galeno mirabiliter traditus 748. recentioribus perperam	749
vertebrarum corporibus exporrectorum examen	677
vertebras dorsî nequentia ligamenta. quere, Dorsî vert.	
vescet quid	265
vesica urinae receptaculum, eiusq; situs ac forma 379. 380. substantia ac fibrae 381. vena, arteria & nervi	382
Vesicae tunica, cur durior	382
Vesicae cervicis musculi, ipsiusq; vesicae fundi, & cervicis examen	539
Vesicae cervicis per glandosum corpus transitus 411	
Vesicae cervicis seu colli non eadem in viris & mulieribus ratio	386
Vesicae collo adnati corporis glandosi usus	416
Vesicae & vteri forma quatenus eadem	411
Vini musti fermentis ad iecoris sanguificationem	88



I N D E X.

	nem comparatio	344
	Virginalis dicta vena	105
	Virile semen primariū hominis principium	391
	Virilis membri structura. vide, Penis.	
	Vitreus humor dictus	767
	Vitta quibusdam dicta fœtum inuoluēs mem- brana	483
	VITVS TRITONIVS Athesinus	464
	Vinorum sectionis ratio, & quid ea præstet	814
	Vmbilicus Veneris herba	469
	Vmbilicus an corporis medium	644
	Vmbilici vasorum administratio §II. eorum- dem præfectio	513
	Vmbilici vasorum vnà cum fœtus inuolucris, examen	545
	Vmbilici vena, arteria. quere, Vena, arteria.	
	Vmbilici vena iecur peritoneo connecti	343
	Vmbilicum non esse corporis medium	271
	in Vmbilicum pertinentium venarum & ar- teriarum series	484
	Vnionum à quodam deglutitorum historia	276
	Vocis generatio cuiusmodi	280
	Vocis materia optima que	599
	Vocis organū precipuū aspera arteria	576.579
	Vocis plectrum gargareon	589
	Voluulus cuiusmodi intestinum	309
	Ἐγὰρ ὁσ meatus, eius q; ratio	481
	Vrina serosus humor	368

I N D E X.

de Urine excolatione medicorū commentū	373
Urina fœtus meatus	383
Urinam fœtus deducentis meatus ratio	481
Urine seminiq; communis meatus 423. eiusdem separati exemplum.	427
Urinam è renibus in vesicam deducentium meatum historia 384. eorundem artificio- sa insertio	385
de Urinarij meatus operculo figmentum quo- rundam	376
Urinariorum meatū ad vesicam examen	537
Urinariorum meatum in muliere examē	542
de Vsu partium libri ex aliorum sententia Ga- leno conscripti	238
Uterus muliebris & asinæ, acetabulorum ex- pers	472
Uterus qualis in non prægnantibus 428. in im- prægnatis	430. inde
Uterus quibus partibus adnascatur, & quas solum tangat	457
Uteri acetabula verè que, & quæ primo, secun- do & tertio, ita nuncupata	468. 470
Uteri acetabulorum examen	545
Uteri acetabulorum ratio cuiusmodi	469
Uteri cervix an multis & orbicularibus mu- sculis intertexta	455
Uteri cervicis ratio	462
Uteri cervicis substantia	450
	Uteri


I N D E X.

mentū 373	Vteri cornua	440
383	Vteri muliebris cornua quid ab aliorum ani-	
tio 481	mantium cornibus differant	442
23. eiusdem	Vteri cum mamillis consortium	489. 490. 498
427	Vteri ac vesicae situs qui obseruandus	541. ☉
ducentium	forma	542
n artificio-	Vteri in fundum ☉ cervicem diuisio	427
385	Vteri fundus puellis minor	444. cervix mol-
ntum quo-	lior	451
376	Vteri fundi os omento comprimi	293
camen 537	Vteri fundi oris ad cervicis os proplapsus	429
examē 542	Vteri fundi os, quibus in pudendum soleat pro-	
tentia Ga-	pendere	444.
238	Vteri fundi orificium cuiusmodi	438
ulorum ex-	Vteri fundi sinus 433. cuiusmodi	435
472	Vteri fundi substantia	445
428. in im-	Vteri interna superficies cuiusmodi	437
430. inde	Vteri muliebris ab aliorum animalium vteris	
r, ☉ quas	differentia	431
457	Vteri muliebris magnitudo	442. 443
rimo, secun-	Vteri musculi	457
468. 470	Vteri officium, ipsiusq; conformationis ratio	459
545	Vteri orificium in coitu nō semper aperiri	439.
li 469	neq; penem eo excipi	ead.
aribus mu-	Vteri os, ☉ vteri cervicis os, non idem	438
451	Vteri sedem ☉ cervicem petentium venarum	
462	examen	542
450	Vteri situs, partiumq; vicinarum cōtactus	428
Vteri		Vteri


I N D E X.

Vteri situs quatenus factum sexus ratione variet	431
Vteri situs ratio 429. item formæ ead. magni- tudinis 430. substantiæ ead. superficiæ & nexus 431. orificij fundi	ead.
Vteri superficies cuiusmodi	433
Vteri testes	389
Vteri tunica	446
Vteri tunicæ interioris fibræ cuiusmodi	448
Vteri venæ & arteriæ, seminaliumq; organo- rum constructio	452. 455
Vteri venarum & arteriarum in fœtus inno- lucrum implexus	477
Vteri venarum & arteriarum ratio	463
Vterum humanum nunquam spectasse Gale- num	440
Vvea dicta tunica	771
Vvea cur pro gargareone	588
Y	
in adoesælis dictus humor	768
in æroesælis	779
in osælis tunica Grecis dicta, quæ	551
Z	
Zac & Zachd	457
Ziphac, Zimphac	256
Zirbus, Zirbus adipinus	291

I N D I C I S F I N I S.













RM

4912